

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome I. Alvarez De Paz In omnes libros De Vita
Spirituali Eiusque Perfectione**

Álvarez de Paz, Jacobo

Antverpiæ, 1620

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49057](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49057)



Th. 2868.

I. VI

28.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



EPITOME
I. ALVAREZ DE PAZ
E SOCIETATE IESV.

In omnes libros
DE VITA SPIRITUALI
Eiusque
PERFECTIONE

Per R. IOANNEM A GORCVM

Presbyterum collecta, ^{mitis}
Liber Collegij Societatis Iesu Paderbornae.



ANTVERPIÆ,
Ex Officina Hieronymi Verdussij.
ANNO M. DC. XX.

Reu. admodum in Christo
PATRI AC DOM. DOMINO,
ADRIANO STALPART
ABBATI TOINGERLOENSI
Ordinis Præmonstratensis.

RI A esse plausibilem latamq; virtutis semitam insistentiū genera, cuius notius est, Antistes clarissime, quam ut pluribus apud te rei huius doctore peritis simum, verbis opus sit ostendere. Quemadmodū enim in qualibet arte ac scientia, etiam obscurissima, sic & in arte omnium artium præstantissima, arte inquam amandi Deum, virtutisq;
a z studio,

EPISTOLA

studio, quosdam videre est incipientes, ac velut eiusdem candidatos, & ceu pueros tenellos humi quodammodo repentes, sæpenumero impingentes, & exsurgere in pedes molientes; alios deinde, primoribus difficultatibus, ac spinosis in limine tricis superatis, animosiores, proficiētes, indies magis ac magis adoleſcere, firmare lacertos, ardua perfringere, periculis vltro se induere, hostilibus insultibus intrepidos caput obiectare, ipsum quin etiam hostem, tot nonnisi de pumilionibus relatis victorijs turgidum, in certamen & arenam prouocare, ac generosè laceſcere. Videas denique & alios, frequentibus coronatos

laureis

DEDICATORIA.

laureis, tropeis de aduersario infernali excitatis illustres, adeò non minis vllis, periculisque deterreri, difficultates in solito virtutum exercitio persentiscere, vel defatigatos ignauescere aut debilitari, vt molestiarū amarities & absynthium in melleum ipsis saporem iam transferit, & bene operandi facilitatem quandam ceu naturalem & ingenitam sibi comparârint; demum, nec sola sui ipsorum salute contenti, etiam alios ad eamdem omnibus viribus ac neruis qua possint, infrendente licet cacdāmone, pertrahere allaborent. Huc qui peruererint, in perfectorum eos classem referimus, hos perfectos dicere possumus.

ā 3 quam-

EPISTOLA

quamquam non omni ex parte,
& omnibus vnde vndiq; numeris
absolutos. Quis enim huius-
modi in mortali ac fragili hac
vita mihi hominem præstet?
cùm talis nonnisi in Deum ter-
maximum, Ens illud absolutis-
simum, cadat perfectio? Nam,
ut sapienter monet Bernardus:
*Nemo perfectus est qui perfectior
esse non appetit.* Illos tamen inter
homines hoc verè donare pos-
sum nomine, qui insignes quo-
dam & incomparabiles in virtu-
tibus, præsertim humilitate &
charitate, fecerunt progressus.
Non igitur in gratijs à Patre lu-
minum gratis datis, & miracu-
lorum & prodigiorum esse
etiam patratione, non in sub-
limi oratione & contemplatio-
ne;

Epist.
34. ad
Drogo.

DEDICATORIA.

ne; non in magna, tametsi alio-
quin cælitus infusa, scientia,
qualis in Salomone fuit morta-
lium sapientissimo; non etiam
in status perfectione, etsi is Vir-
ginalis, Episcopalis, Pastoralis
ac Religiosus; non denique in
seuerioris disciplinæ obseruan-
tia perfectio consistit. Quam-
quam hæc magna sint ad sancti-
tatem, id est, charitatem præsi-
dia, sicut etiam miracula ma-
gna illius indicia; de quibus
Redemptor ait: *Verum tamen* Luc. 10.
in hoc nolite gaudere, quia spiritus
subiçtiuntur vobis: tamen illa, vt Hom.
29. in
Evang.
dixi, ferè sanctitatē, teste D. Gre-
gorio, ostēdūt nō faciūt. Sita igi-
tur perfectio in charitate Dei &
proximi. Etenim plenitudo legis
est dilectio. Hinc perfectus facit
Rom. 13

á 4 cum



EPISTOLA

cum Dauide omnes voluntates
diuinas, & omnibus potentijs
adhærere Deo nititur. Intelle-
ctum enim captiuat in obse-
quium fidei: memoria quoque
præsentem eum habet, volunta-
te denique in omnibus creaturis
eum diligendo illi adhæret: non
loquitur nisi sermones Dei, non
administrat nisi ex virtute quā
administrat Deus. Ex omnibus
quæ videt, audit, gustat, sentit,
in Deum assurgit, omnesque ad
eum adducere conatur; & quia
nouit separare pretiosum à vili,
ita amat creata, ut per ea in po-
tentias Domini procreantis in-
troëat.

Perfectio itaque vera quædā
est sapiētia, qua & homo Deum
agno-

DEDICATORIA.

agnoscit, & simul seipsum & humana atque diuina iura non tantum nouit, sed etiam quoad potest, exequitur. Ipsi drachma illa Euangelica, quam amissam Lxx. 13. mulier accensa conquerit lucerna, donec inueniat; drachma inquam signata Dei imagine: quia perfectio quædam Dei est similitudo. Ipsi pretiosa margarita, Math. 13. quam cognitam diligens attentusque negotiator diuenditis omnibus facultatibus coemitt. Ipsi denique regnum Dei, quod quotidie in Dominica dari nobis petimus oratione. Non enim est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax in Spiritu Rom. 14. Sancto; regnum inquam, per quod in nobis rex ille supremus regnat.

EPISTOLA

regnat. Omni ergo studio & cōtentione hanc sapiētiam, drachmam & margaritam conquirere, & ad regnum hoc anhelare nos par est perfectionis: ad hanc nullo nō Euangelij Redemptor loco, passim suis in scriptis Apostoli, ac reliqui Ecclesiastici scriptores ac Patres nos adhortantur: hinc tot eiusdem propè existēre præcones & præceptores, quot in Ecclesia videmus auctores; ac tot academiæ, in quibus eadem edoceatur, quot vtriusque sexus cœnobia. Quid enim in his aliud edocetur, quām perfectio? quid hæc dicas aliud, quām vera virtutis seminaria, humilitatis academiam, & omnigenæ charitatis palæstram? In his

DEDICATORIA.

his enim qui rudes & impoliti è
sæculi prodiere silua, Spiritus
sancti dolabra leuigati, in veros
perfectos efformantur. Nôrunt
id quotquot ab eodem afflatu
Spiritu, turbulentis sæculi pro-
cellis sese subducentes, in quietum
religiosæ trâquillitatis por-
tum sese recipiunt. Nôrunt id
omnes illi, quibus Reu. Domi-
natio vestra paternæ prouiden-
tiæ præest nutu, & quos in Chri-
sti tirocinio eruditos, tum domi
habet religiosæ obseruantiæ cul-
tores, tum domestica in vmbra
excultos, in aciem aduersus capi-
tales salutis humanæ hostes di-
micaturos produxit; de quorum
pietate, religione, sinceritate, vi-
gilantia, satius arbitror nihil di-
cere,



EPISTOLA

cere, quam duntaxat pauca di-
cendo ipsorum talem dignitatē
imminuere. Quibus tametsi do-
mestica, tum Reu V. tum colle-
garum aliorum non desint ex-
empla, quæ longè quām lecta
mouent potentiūs; vtpote ob
oculos obseruantia: illa ipsa ta-
men quæ Iacobus Aluarez de
Paz Toletanus, è Societate Iesu,
iam inde vſq; ab vltimo occidē-
tis solis orbe depromit perfectio-
nis præcepta, aliquam ipsis arbit-
rator posse vtilitatem afferre. In
his enim quidquid ad eam spe-
ctat, magno copioſe admodum
ipſe volumine pertractauit, va-
rias eiusdem conquirendo vias
suggessit, plurima ad eamdem
adminicula, multiplices eiusdē

con-

DEDICATORIA.

conseruandæ rationes, sed cùm
longior eius de eadé re tractatus
diffusiorque afferre naufam le-
genti queat, nec sæpe omnia mi-
nutim euoluere temporis finat
angustia, consultò mihi fecisse
Reu. D. Ioannes à Gorcum
Presbyter, Syluæducensis, vir
sincerus & candore ipso specta-
bilis, vitæque integerrimæ, visus
est, qui hæc ipsa productiora
concepta in breue quoddam re-
degit compendium; quo Lecto-
rum commoditati consuleret,
& fastidium tolleret, quod pare-
re diffusiora Icripta solent. Hoc
ipsu m Reu. Dominationi V.
quoniam ad meas post viri pro-
bi obitum deuenit manus, ty-
pis

EPISTOLA

pis euulgatum in gratiani insi-
gnium à D.V. & Tuis acceptoru
beneficioru memoriam, visum
est deferre; non quod sperem
hoc tantillo me atnplissimis in
immerentem collatis benefa-
ctis munusculo posse satisface-
re, sed quod in magnis etiam
vel tenuissimus laudari cona-
tus soleat, & summa præstitu-
ri, à paruis ducere initium con-
sueuerint, & in ijsdem tantisper
hærere, quoad maiorum sese of-
ferat offerendorum occasio. Ma-
gnum autem id esse donarium
arbitraberis, si donantis ad ani-
mum munusculum fueris di-
mensus, quo cogitari fane aut
dari maiorem posse haud facile
credi-

DEDICATORIA.

crediderim. Antuerpiæ. IX. Kalend. Aprilis Anno partæ salutis. M. DC. XX.

Ren. Dominationis Vestræ

Seruus.

HIERONYMVS VERDVSSIVS.

anno naturali auctoritatis 1600
quarantesimo annuntiatur 28. Aprilie 1603
hunc motum et rite amissusq. est. et
ad ipsius mortali m. 28. annuntiatur
de fidem patrum hunc etiam
etiam etiam monachum etiam
inventum. His hi meum annunti-
ans be. annob. 1603. meditata.
ab eisq. rite amissus. m. 28.
est. etiam monachum etiam
etiam etiam monachum etiam
aliqui hunc etiam monachum
etiam





DE VITA
SPIRITUALI
EIVSQUE
PERFECTIONE.

CAPUT I.

*Multa esse, quæ religiosos ad vitam
spiritualem innitant.*

VITA sunt in religioso statu, quæ cultores vitæ religiosæ constringunt, ut vitam spiritualem amplectantur, & summo conatu, ac vi, in fastigium perfectiōnis condescendant. Hoc ab illis efflagitat scopus, ac finis, quem Deus sibi in eorum admirabili vocatione constituit; qui post suæ gloriæ manifestationem, non fuit alius, nisi, ut hi ad religionem vocati, super Vniuersas res creatas le animo efferant, sanctitatem, ac animi puritatem exspectent, vitamque cælestem in terris, & angelicis spiritibus cognatam instituant. Hoc postulant media, atque præsidia, quibus ad vitam instruuntur spiritualem, atque perfectam, cuiusmodi sunt diuinorum frequentia Sacramentorum, sanctorum librorum assidua lectio, iugis oratio, ac

A terum

2 P. ALVAREZ DE PAZ

rerum cælestium intentissima meditatio,
exempla, & monitiones fratrum, & cura sol-
licita Prælatorum; quæ omnia inaniter reci-
pit, qui eorum vſu in ſpiritu & virtute non
proficit. Hæc ſunt illa quinque talenta, quæ
fideles ſerui à Deo prouido patrefamilias ad
negociandum accipiunt: hæc negotiationi
exponunt, vt alia quinque talenta lucrifu-
ciant. Nam sacramentorum ſuceptione pu-
ritas, mentis lectione ſcientia, oratione robur
ad ſpiritualiter viuendum, exemplis virtus, &
ſollicitudine prælatorum omnis tentationis
victoria conquiritur.

*Math.
25.*

Ad vitam etiam ſpiritualē mouet ipſe
ſtatus religionis, ſtatus vtique ſanctus, atque
perfectus; hunc illi arripiunt, qui vitam an-
gelicam, & Deo quam ſimillimam concipi-
ſunt: illi profitentur, qui aut iam perfecti
ſunt, aut ad perfectionem agili curuſ & ce-
leri paſſu contendunt. Status autem perfe-
ctionis quomodo vitam carnalem vitijſque
ſedatam adiittet? Status cæleſtis & angelic-
us, quid niſi vitam angelicam, & ſtudia cæ-
leſtis cæleſtia poſtulabit? Is qui hunc nobilif-
ſimum viuendi modum adiit, in primis ſe-
cum veſare in animo debet aſſidue, cūm vſ-
tra humanae naturæ fines proceſſerit, vitæ ſe-
cuidam iuſtituto à corpore ſeiuento tradi-
diſſe, angelorum conuerſationem dum ſibi
iunitandum proponit. Siquidem proprium
hos

DE VITA SPIRIT. EPIT. 3

hoc est angelicæ naturæ, liberam esse à vinculis coniugij, neque ad aliam villam contemplandam pulchritudinem animo distrahi; sed oculos in Dei os assiduè intentos habere &c.

Mouet similiter locus in quo religiosi habitant à curis diuitiarum, honorum & voluptatum sequestrati. Quid enim sunt monasteria, nisi præsidia munitissima (vt Laurentius Iustinianus ait) sanctorum angelorum vallata custodijs, ignitarumque orationum roborata suffragijs? est sane monasterium, aut religiosa domus, paradisus voluptatis, in quo ponit Deus homines, quos in dilectissimos filios efformat. Cella terra sancta, & locus sanctus est, in qua Dominus & seruus eius sepe colloquuntur, sicut vir ad amicum suum, in qua crebro fidelis anima verbo Dei contingit, sponsa sponso sociatur, terrenis cælestia, humanis diuina vniuntur.

Vitam quoque perfectam & spiritualem non solum generant, sed fouent ac nutriunt sanctæ occupationes locum solæ in coenobijs inuenientes, quæ non sunt honorum ambitionis, voluptatum cura, diuitiarum comparatio, sed studium virtutum omnium, & cultus Dei, sordes affectionum detergens, mentem purificans.

Similiter mouet ad spiritualem vitam communis opinio ab vniuersis sacerdotalibus de viis religiosis concepta; putant enim, eos, qui

Mona-
steria
præsi-
dia mu-
nitissi-
ma.
Laur.
Iust.
lib. de
obedi-
cap. 17.

Cella
religio:
si viri
terra
sancta
& lo-
cus
sanctus
est.
Bern.
epist. ad
frat. de
mont.
Dei.

A 2 50

4. P. ALVAREZ DE PAZ

se mundo exemerunt, homines esse sanctos, atque perfectos, vitaque genus profiteri valde alienum ab ingenio carnis & sanguinis: nec decet hanc opinionem fallere, & per quamdam hypocritum totum orbem in errorum inducere. Siquidem hypocrita dicitur histrio, qui in theatro personam sustinet alienam, saepe heri, cum sit seruus, aut regis, cum sit priuatus: ita isti, qui vitam religiosam, quam præferunt, operatione non tenent, aliud intus sunt, & aliud exterius oculis inspicientium ostendunt; iure ergo cum simulatoribus & hypocritis numerantur.

*Basilius
hom. de
laud. ie-
mii.*

Vestes
religio
forum.

Et tandem ipse habitus, quo religiosi operiuntur vitæ præfectionem exposcit; qui cum sit a vestibus mundanorum dissitus, & ab amictu eorum segregatus, vitam etiam valde diuersam, ac mores alios designat. Ad quid enim veste a mundanis separantur, si illis vitæ abiectione ac imperfectione iunguntur? Quidam religiosorum albis vestibus induuntur, ut internam animi puritatem foris designent. Alij nigris, ut mundi contemptum, vel (auctore Anselmo) ut sui despectionem denotent. Alij albis simul & nigris, ut internæ sanctitatis, & exterioris mortificationis se esse cultores ostendant. Alij fuscis, tue pullis, ut simplicitatem & humilitatem prece ferant. Alij vntuntur ueste communi, ut se propter amorem Dei (sicut Paulus) omnibus omnia factos esse profiteant-

DE VITA SPIRIT. EPIT. 5
fiteantur. Quid est hoc nisi quod vestes ipse,
clamat religiosos mundana omnia deseruisse,
& vitam ac mores sanctorum fuisse complexos?
Cogitate ergo fratres (inquit Augustinus) quae
reprehensibile est, si sub tali habitu superbia
lateat vel luxuria. Summè igitur necessaria est
in eremo morantibus ipsa humilitas, quae de-
signatur per vestem. Habitum igitur ipse, quem
gestamus, & omnia illa quae breuiter per-
strinximus, nos admonent, ut simus vita spu-
ritualis atque omnis virtutis ultores.

Inter ea quae religiosos mouent ad vitam spi-
ritualem, magni momenti esse considerare in-
gentia mala saeculi, a quibus per vitam sumus
religiosam liberati, & innumerabilia bona, ad
quae religiosè viuedo sumus euecti. Hec sane
notio ex mentibus nostris hunc fructum repor-
tabit, ut pudeat nos a tantis malis sine fructu
euasisse, & tam ingentia bona sine utilitate co-
parasse. Hec inspectio illud in nobis faciet, ut
vitam tanta amplitudine dignam exoptemus, &
pro ea sequenda fortiter & constanter labo-
remus. Vidi ego, Domine, saepe hoc praestabil-
sum donum mihi sine ullis meritis bonis, in modo
& cum multis meritis malis praerogatum: vi-
di & expauis: gauisus sum, quia recepi; fleui, &
contristatus sum, quia tanto beneficio me in-
gratum esse cognoui. Vellem ut omnes religiosi
grati essent, & hoc ingens donum agnosceret, &
cuius gratia in perpetuum tuam maiestatem laudaret.

A 3 De

6 P. ALVAREZ DE PAZ

CAPUT II.

De miserijs saeculi, à quibus per vitam religiosam sumus liberati.

Ierosolymam illam terrestrem typum fuis-
se non solum Ecclesiæ quæ in cælis trium-
phat, & in terris militat, sed etiam animæ no-
stræ ad vitam spiritualem vocatæ, nemo est
qui ambigat. Hoc virtusque fœderis paginæ,
hoc & sanctorum patrum testatur auctoritas.

Isai. 40.

Anima enim iusta est illa spiritualis Ierosolyma,
ad cuius cor præcipit Dominus, ut loqua-
mur & aduocemus eam: quoniam completa
est malitia eius, & dimissa est iniqitas illius.

Luc. 19.

Anima verò peccatrix est illa eadem ciuitas,
quam videns Dominus stetit super illam, di-
cens, quia si cognouisses & tu, & quidem in
hac diæ tua quæ ad pacem tibi: digna qui-
dem, quam lugeant vniuersi, siquidem Do-
minus ipse maiestatis super eius calamitatem
dignatus est flere; digna cuius omnes mis-
ereantur, quandoquidem tam cæca est, ut tem-
pus sibi datum ad pacem & fœlicitatem afie-
quendam, ignotet.

Orige.

Hom. in

Zech.

Has duas animas, iustum & peccatricem,
præsignasse Hierosolynam, docet Origenes,
in hunc modum scribens; omnes, qui didici-
mus diuinæ scripturas, siue bene, siue male
vivamus, Ierusalem sumus: si male vivimus,
illa

DE VITA SPIRIT. EPIT. 7

illa Ierusalem, quæ cruciatibus punitur, &
sustinet quatuor vltiones; si benè, illa Ieru-
salem quæ in Dei sinu requiescit. Et consen-
tit Hieronymus, ita dicens: Cæterum nulli
dubium est Sion & Ierusalem speculam & vi-
sionem pacis posse accipi animas fidelium,
quibus cum peccauerint, iratus Dominus tra-
det eas captiuitati, ut quæ Deum per bona
prosperaque non senserant, per mala sentiant
& aduersa. Cumque egerint pœnitentiam,
reuertetur Dominus ad Sion, & habitabit in
medio Ierusalem. Et in quibus antea regna-
bant vitiorum peccatorumque mendacia,
postea Christus veritas commorabitur. Quin
& Cyrillus sub nomine Sion, de eadem ciui-
tate loquens, sic ait: Sciendum præterea, ho-
minis animam derelinqui à Deo multifariam:
nisi præscripta rectè exequatur, & Domini o-
raculis cervicem submittat, pietatisque fru-
ctus pariat. Etenim si quis nostrum ab initio
probus fuerit, si nuncupatus filius, aut filia
Dei, si etiam Sion, hoc est specula, extiterit,
nimirum animo excelsò, & mente purissima
mysteria intuente, ac considerante: si verò
deinde, quæ fas non est perpetrare, & san-
ctum Israelis exacerbare conspiciatur, ab illo
deseretur, ac velut incustodita vinea pro-
detur Satanæ, tradetur carnis affectibus, om-
nibus præceptis vacuus præclarisque vitæ in-
stituendæ, ac conscrutionis decoribus, nu-

Hiero.
lib. 2. in
Zachær.
cap. 8.

Cyril.
lib. 1. in
Isaiam
ora. 1. ad
c. 1.

A. 4. dus

8 P. ALVAREZ DE PAZ
dus omnibus onustus malis efficietur.

Anima igitur est illa Hierosolyma, quæ visio geminæ pacis interpretatur, quia in eius medio Christus pax nostra nunc per fidem cognoscitur, & in futura vita per speciem videbitur. Hæc est ciuitas sancti, ab auctore sanctitatis à peccatis emundata, ciuitas Dei summi, ab eo qui omnium est creator & rector optimè gubernata: ciuitas Domini virtutum, à rege militiæ cœlestis angelicis spiritibus eam custodientibus, tanquam militibus cincta: ciuitas regis magni, ab eo qui omnibus præest in suum domicilium electa. Hæc est ciuitas munita, quam Sanctorum auxilia & deprecationes muniunt: urbis perfecti decoris & gaudium vniuersæ terre: de cuius conuersatione omnes terræ viuentium habitatores exultant. Tandem est filia Sion, quia eam supra illa Sion ciuitas cœlestis protegit, & dilectissimam filiam agnoscit.

Hanc ergo Hierosolymam putamus Dominum spiritualiter alloqui, cum Ezechiel ait: *Hec dicit Dominus Ierusalem.* ac, si diceret, verba, quæ subiungam, Domini sunt, electæ ciuitati suæ, dilectæ animæ, per aures spirituales infusa. &c. Ecce iam loquitur Dominus tuus: nam hæc dicit Dominus Ierusalem: Audilouquerat mala tua, & bona sua: Audi proferten tem miserias tuas, & miserationes suas. Recenset mala tua, ut te ipsam agnoscas, te ipsam con-

Ezech.
16.

contemnas, & tempus in sæculo malè expensum deplores: & refert bona sua, ut ea attenta meditatione consideres, ut ea in summo pretio habeas, & de eorum fœlici possessione læteris.

Quid ergo dicit Dominus Ierusalem? *Radix* (inquit) *tua, & generatio tua de terra Chanaan.* ac si dixisset, considera ô homo, non iam dignitatem, sed vilitatem tuam, expende serio, que patria te tulit, qui parentes te genuerunt, qua miseria educatus es, in quanta pericula & calamitates proiectus, & inde incômoda sœculi, & pericula mundani status elicies Non es creatus, ô homo, in cœlo empyreo, ut angeli creati sunt; non es productus in loco deliciarum, ut primus parens nostri generis, qui à Deo ex limo terre prope paradiatum factus est; sed natus es in sæculo, in loco tribulorum & spinarum, in arce hostiū, qui rebellarunt contra Deum, significata in terra Chanaan. Hoc enim nomē (ut Ambrosius interpretatur) idē est quod turbatio siue cōmotio. quid autem est sæculum nisi locus cōmotionis, fons inquietudinis, seminarium turbationis? Quid est sœculū, nisi vrbs iniquitatis, in qua regnat inuidia, sœuit crudelitas, dominatur ambitio, &c. Quid miserabilius mundo (inquit Gregorius) cuius fructus ruina est? ad hoc crescit, ut cadat, ad hoc cadit, ut germinet, ad hoc germinat, ut quæcumque germinauerit cladibus

con-

Amb.
lib. de
Noe &
arca.

Greg.
hom. 1.
in euang.
gel.

10 P. ALVAREZ DE PAZ

Job 4. consumat. Vidi eos (inquit sanctus lob) qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt, eos flante Deo, perisse, & spiritu ira eius esse consumptos. Qualis igitur est patria, quæ omnes suos ciues afflixit? Qualis illa, quæ omnes ex se nudos & inglorios excussit? Verè terra Chanaan, quæ deuorat habitatores suos. O igitur nequam sèculum, quām insipiens est, qui te amat? quām temerarius, qui te non horret? quām sui oblitus, qui tuos laqueos non fugit? quām inuercundus, qui inter tot mendacia, simulationes & vicia se natum, atque educatum esse non erubescit. O mundo immundus, qui homines illaqueare non desinis; quiescere non permittis; rapere omnes appetis; occidere omnes quæris! vae qui tibi credit: beatus qui tibi resistit; sed beatior, qui à te illæsus recedit! Sapienter ergo faciunt, qui istam terram sanc miseram deserunt, qui à patria ista proditrice suorum ciuium aufugiunt, & aliam ciuitatem fideliorum, scilicet sanctam religionem in matrem eligunt; cuius est omnes suos à prædictis malis terræ Chanaan liberare, & veris diuitijs, solidis honoribus & purissimis voluptatibus prosequi, & ad illam ciuitatem viuentium, quæ in cælis est, meritorum diuites, & virtutibus abundantes, destinare.

De

DE VITA SPIRIT. EPIT. II

C A P. III.

*De ignorantia atque insipientia
faculti.*

Non mirum est, si homini in saeculo constituto, difficile sit constanter pœnitere, siquidem adest ei ignorantia, abest sapientia, sine cuius praesidio, ut detestetur peccata, ipsorum nequitiam, & fæditatem, peruidere non valet. Est enim sapientiae lux, quæ inter alia eximia bona, hoc praestat, ut nobis, tum virtutis pulchritudinem, tum vitiorum praestet ac peccatorum enormitatem ostendat; quibus perspectis, prouum est vitia vincere, ac profligare. *Da mihi (inquit sapiens) sedium tuarum Sap. 9: adistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis.* Quid est? noli me reprobare à pueris tuis; nisi noli permettere, ut à sapientia derelictus, quæ omnis bonitatis est fons, serui, & amici tui, ô Domine, dignitatem amittam? nam sine sapientia, id est, sine luce diuinitus indita, nec peccatum agnosco, vnde nec detector; nec virtutis decorum video, vnde nec amo, nec sequor, nec amplector. Non est autem aliquis seruus tuus, & amicus tuus si ne odio peccatorum, & sine amore virtutum. *Sapientia (inquit Iob) trahitur de occultis, & non in libris addiscitur, sed suspirijs & gemitibus, quasi ex diuino pectore effoditur, ut*

ca



12 P. ALVAREZ DE PAZ

ea virtutis opera condiantur. Sapientia autem ignea est, à calore spiritus sancti generata; sed igni concupiscentię valde inimica, quę in malevolam animam non introibit, disciplinæ fugit fictum, & aufert se à cogitationibus impudicis, quæ sunt sine intellectu. Affectus humanos erodit, atque ab eis quidquid inordinatum est, & effrænatum detrahit. Corda iustorum adstringit, ne in vitia labatur, siccatur, ne humore praui amoris tabescant, alligatur, ne in peccata perefluant: nam per sapientiam sancti sunt quicunque Domino placuerunt.

Sap. 9. Hæc sane sapientia tam pretiosa, tam fugiendis peccatis & prosequendis virtutibus necessaria, haudquaquam in sæculo isto cæco & insipiente commoratur. Quare beatus *Iob 28.* Iob huius præclarissimæ lucis habitaculum ac domicilium illis verbis inquirens: *Sapientia ubi inuenitur, & quis est locus intelligentia?* Hoc audit responsum: Necit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me, & mare loquitur, non est mecum: abscondita est ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet. Quę neque ab homine, id est, terrena sapiente, cognoscitur, neque in suauiter viuentibus & carnalibus inuenitur quam neque abyssus, hoc est astutus, possidet, neque iracundus, & instar maris turbatus assequitur: quæ neque inter viuentes sibi ipsis, & proprijs passio-

DE VITA SPIRIT. EPIT. 13
passionibus seruientes, neque inter volucres,
hoc est, superbos & arrogantes inhabitat:
manifestum est quoniam à sèculo excludi-
tur, & cum impijs & peccatoribus minime
commoratur.

Satis aperte conspicitur quām sit homo in
sèculo omnibus adiumentis ad bene sanctæ-
que viuendum desertus ac destitutus. li-
cet enim multa auxilia ad studiosam vitam-
sectandam percipiat, vt sunt sacramenta,
exhortationes ministrorum Dei, inspiratio-
nes internæ, exempla aliquorum bonorum,
qui tanquam lucernæ ardentes lucent in ca-
liginoso loco, & alia huius generis: tamen
hæc non mundus suppeditat, sed Deus mis-
ericordia conimotus offert mundo, ne fundi-
tus pereat. Atque adeò mundani in sèculo,
quantum est ex ratione loci, in quo degunt,
valdè sunt præsidijs ad bonum destituti: quia
suapte natura desertum est quoddam incul-
tum, & vasta atque sterilis solitudo. deserto
mundus comparari videtur, adhuc incultus,
adhuc sterilis, adhuc infœcundus. habet
mundus hanc deserti proprietatem, quod so-
litarius est & inhabitabilis, quia non ab ho-
minibus suam dignitatem agnoscitibus, sed
utilitatem brutorum animalium sectantibus
habitatur. Illos non esse homines appellan-
dos, qui reætitudine iustitiae posthabita, volu-
ptatibus & perniciose cupiditati se tradunt.

Omnia

14 P. ALVAREZ DE PAZ

*Damas.
libr. de
Barlaā,
6. 12.*

Omnia mundana nos impediunt, omnia
nos vinciunt, ne curramus in cælum, ne ho-
stium nostrorum manus fugiamus. In medio
illorum tanquam in medio veprium & tribu-
lorum constituti, non occasiones exercendi
virtutes, quæ sunt bona summo conatu ex-
optanda, sed incitamenta peccatorum & se-
minaria curatum, quæ nos veluti spinæ pun-
gant inuenimus. Vnde Ioannes Damasce-
nus: valde abhorremus (ait) corruptibilia
hæc, & mortalia vitæ negotia, in quibus ni-
hil potest inueniri firmum neque planum, ne-
que stabile in se ipsis, sed vanitas sunt omnia,
& afflictio spiritus, multas in puncto ferentes
transmutaciones. Somno enim & vmbra &
aura per aërem flante sunt fragiliora, minima-
que inest eis gratia; & neque gratia, sed error
quidam, & seductio malitiæ mundi, quæ
non diligere, sed potius odire ex corde pra-
cipimur.

C A P. IV.

*Quod magnum bonum sit hac omnia mala
faculi effugisse per religiosam vitam.*

Nemo est qui non videat, magnum bo-
num, & præstantissimum Dei donum
esse, ab his nos malis evasisse, & in religio-
sam vitam euolasse. Et quidem hoc diuinum
beneficium duplex est: alterum, quod reli-
gioſi

DE VITA SPIRIT. EPIT. 15
giosi tantis malis eripimur, neque enim par-
uum bonum est carere malo, & præsertim
tanto malo, quod cumulus omnium malo-
rum esse videtur. Alterum vero quo contra-
rijs bonis beneficijs que donamur: ita procul-
nos in religiosa vita duo hæc beneficia rece-
pimus, & quod mala sæculi intolerabilia ef-
fugimus, & quod bona ineffabilia, quæ nun-
quam in mentem nostram venerunt sumus
sine meritis assequuti.

Ingens bonum est ab aliquo magno malo
eripi, quanto maius erit à tantis simul malis
educri: præstantissimum bonum est aliquod
maximum beneficium sine ullo merito acci-
pere, quanto præstantius erit tantis, ac tam
diuinis beneficijs simul ditari: iam non ex-
probat nobis Dominus: *Radix tua, & genera- Ezek. 16.*
tio tua, de terra Chanaan. quia per religiosam
vitam, non incolæ terræ sumus, sed cæli ha-
bitatores efficimur. Portio namque nostra in *Ps. 141.*
terra viuentium, & noster municipatus in
cælis est, non habemus hic manentem ciui-
tatem, sed futuram inquirimus; cuius si regu-
lam nostram custodiamus, iam ciues decreti
sumus. Nec mirum esse debet si ciues patriæ
cælestis habitemus in terra, quia terram inco-
limus, non tanquam ciues sed tanquam ad-
uenæ, & peregrini. Peregrinus (inquit Ber- *Bern.*
nardus) viâ regiâ incedit, non declinat ad *serm. 7.*
dexteram, neque ad sinistram; si forte iurgan- *quadro.*

tes

16 P. ALVAREZ DE PAZ

tes viderit, non attendit: si nubentes, aut
choros ducentes, aut aliud quodlibet facien-
tes, nihilominus transit; quia peregrinus est,
non pertinet ad eum de talibus. Ad patriam
suspirat, ad patriam tendit, vestitum & vi-
ctum habens, non vult alijs onerari. Quis
non videat hæc omnia religiosis conuenire?
quia à Domino charitate dilatati, regiā viam

mandatorum curunt, secularium iurgia nec
respiciunt quidem, ludos & prosperitates non
curant: suum iugiter deflent incolatum, di-
centes: *Quoniam aduena ego sum apud te, & pe-
regrinus, sicut omnes patres mei: Qui ita trans-
eunt per terram Chanaan ad terram promis-
sam, ad patriam viuentium festinantes, & ibi
desiderio & operum imitatione habitantes,
iam desierunt esse incolæ sæculi, & facti sunt
incolæ cæli, ciues sanctorum, & domestici
Dei. Iam non dicetur nobis, qui sæculo vale-
diximus: pater tuus Amorrhæus, & mater tua
Chetæa. quia illud à Domino mandatum ac-
cepimus, & patrem nolite vocare vobis super*

*Mas. 23. terram, *Vnus est enim pater vester, qui in cælo est.**

*Quid mihi cum parentibus, qui me ad labo-
res & lachrymas genuerunt? Quid mihi &*

*illis, nam postquam illos reliqui, mei oblitos
Psa. 26. esse cognoui? Pater enim meus & mater mea de-
reliquerunt me: dominus autem assumpit me. Quid*

*Luc. 14. tandem mihi & illis, quos obliuisci & relin-
quere iubor, ut partem, quam optauī, in æ-
ternum*

DE VITA SPIRIT. EPIT. 17
ternum accipiam? pater meus es tu, quem se-
quor, quem amo, cui placere, & similis
esse cupio, Deus meus, & susceptor salutis
meæ.

C A P V T V.

*De bonis vita & Religiosæ, quanta benigni-
tate Deus religiosos adspiciat.*

Religiosa vita cælum est, aut imago que-
dam cæli sanctissima, quam sicut stellæ
firmamentum, ita varia ac innumera bona
condecorant. Ingressus ipse plurimis bonis
plenus est, quæ Deus ad victoriam sæculi &
comitū eius diaboli, & carnis, & ad noui ho-
spitis in suam domum gratanter admissi con-
solationem impertit. Progressus innumerabi-
libus donis, & occasionibus proficiendi re-
fertus, quibus homo ad vitæ puritatem e-
uehitur. Egressus mirabili tranquillitate
mentis, & abundantissimis ad beatitudinem
acquirendam auxilijs cumulatus. Quare æ-
quum sane est, ut tam ingens beneficium
agnoscamus, & misericordias Domini in æ-
ternum cantemus. Collos. 1 **I**ste autem misericordiæ
quas Deus in religiosos contulit, ad breue
compendium redactæ, duæ sunt, à Paulo
recensitæ: *Qui eripuit nos (inquit) à potesta-
te tenebrarum, & translulit in regnum filij di-
lectionis sue.* Magnum beneficium quod
B Deus

Deus eos à misera seruitute tenebrarum eripuit, sed multo maius, atque præstans, transtulisse illos in religiosum statum, in regnum dilecti filij sui, quod bona ineffabilia comprehendit.

Videt ergo Dominus oculis benignissimis animam, quam ad se vocare decreuit, licet vitijs, ac peccatis deditam, & solis rebus terrenis occupatam: quia eam respicit non ut puniat, sed ut iacentem erigat, fugientem reducat, maculatam lauet, sedam venuster, pauperem diter, & destruetam, ac solo æquatam reædificet. Dominus Deus tuus, ô anima religiosa, vidi te conculcaram in sanguine tuo, non tamen despexit, imò exultauit, & gauisus est, quia aptissimam misericordia suæ materiam inuenit. An non materia misericordia miseria est? & quid te miserabilius, quam peccatorum reatus ligabat, mundana desideria suffocabant, & aduersarius humani generis diabolus vincitam & compeditam detinebat? Qui his oculis te vidi, ô anima, absque dubio non tibi iratus, & infestus; sed mitis, ac benignus adspexit. Adspexit te, sicut bonus pastor ouem suam; sicut trapezita sapiens gemmam suam; sicut dilectus sponsus sponsam suam. Quia oculi Domini super iustos, & super eos, quos potenter ad justitiam vocat, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Adspexit denique, ut eam benedictionem

Psa. 53.

nem assequereris. Cōuertat Dōminus vultum suum ad te, vt det tibi pacem. Ad hoc enim vidit, vt à sēculi contentionibus & bellis eriperet, & abundantissima pace, animique tranquillitate cumularet, & dixi tibi (inquit) cūm es in sanguine tuo, viue. Dixi inquam *Ezech.* tibi in sanguine tuo; viue. Hoc est primum ^{16.} religiosè vitæ beneficium, quæ à diuina vocatione exorditur. Diuina vero vocatio nulla alia voce commodius explicari potuit, quam hoc verbo, viue. Nam cūm quis ad religionem vocatur, à fauibus mortis eripitur, & vocatur ad vitam. Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificētia. Intonat voce virtutis & dicit, fugite de medio Babylonis, & saluet vñusquisque animam suam. Adeat commotio, cum ij, qui vitam religiosam sunt aggressuri, à somno vitiorum excitantur, in quo iacebant penè sepulti, & de nouo vitæ genere lectando, meditari incipiunt; ac rursus viuunt, cum omnia, quæ mortem afferebant, in ipso ingressu religionis, per veram detestationem deserunt, & modo viuendi placido atque tranquillo semetiplos subiiciunt.

Hæc igitur fuga seculi, hæc diuinæ vocationis auditio, hæc huius vocis acceprio, qua dictum est animæ: viue, est natuitas perseuerans, qua cæpit viuere Deo, vt si velit, facillime iam nunquam ipsa moriatur. Nam in seculo nonnunquam sanè Deo viuitur, dum

B 2 quis

20 P. ALVAREZ DE PAZ

quis peccatis valedicit, & pœnitentiæ gemiti-
bus suscitatur. At in cœnobio animæ vita
multò conseruatur facilius, cùm occasionum
ademptio, regularum instructio, clamores
senum, exempla seruidorum, prælati cura, &
ipſa vocationis gratia eam tueatur atque cu-
stodiat.

Inditb. 5 Quadrat reverà in eius professores illud
quod de Israelitis dicit Achior. *Egressi mareru-
brum, deserta Sina montis occupauerunt &c.* Hi
enim non contenti mare rubrum trajecisse,
*Orig.
hom. 5.
in Exo-
dum.
Pf. 54.* id est (yt interpretatur Origines) gratiam ba-
ptismatis inuenisse, deserta montis Sina, id
est, statum religiosum occupant: illo Psalmo-
graphi verbo delectati, *Ecce elongauit fugiens, &
mansit in solitudine. exspectabam eum, qui saluum
me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.* De-
sertum bonum est, vbi longè sunt tumultus
vitiorum, vbi nullus strepitus tumultuatio-
nis, sed in silentio auditur vox turturis, & ge-
mitus non cessat ex desiderio diuini amoris:
desertum bonum, vbi procul desideria lœu-
laria, desideria carnalia, Religionis deserta,
& solitudines bonæ, in quibus ea desunt quæ
animæ possunt officere, & ea abundant, quæ
possunt salutem veram, & desideratam puri-
tatem afferre. In his solitudinibus pinguiscet
religiōsi, tanquam speciosa deserti, & exulta-
tione tanquam colles accingentur; quia, fon-
tes amari propriæ abnegationis, & corporalis
affli-

afflictionis sibi dulcescunt, & pane de cælo allato reficiuntur, qui nihil aliud est, quam omnis virtutis exercitatio, & diuinæ consolationis auctoratio. Status hic, cui prædicta bona tam propria vitæ iucundæ & tranquillæ insunt, iure optimo dicitur vita; & cùm ad eum, o homo, vocatus es, dictum est tibi, iue: qua voce Dei es mirabiliter translatus ad vitam. Cùm vocamur ad religionem, in vitam adducimur per Paulum dicitur: *mortui enim es sis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cùm Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparetis cum ipso in gloria.* Sicut lignum corruptitur, vt ignis generetur, & granum frumenti moritur, vt iterum auerum & multiplicatum viuat: ita in hac religiosa vocatione, homo sæculo moritur, & ob hanc causam mortuus vocatur, sed viuit Deo, vt non mortuus, sed potius viuens appelleatur. Est ergo religio quædam suavis, & pretiosa mors, qua religiosi moriuntur sæculo, vt Deo viuant, ac cælestibus desiderijs. Omnidò fælix mors (ait Bernardus) quæ sic immaculatum servat, imò penitus alienum facit ab hoc sæculo, sed necesse est, vt qui non viuit in se, viuat Christus in illo. Hoc est enim quod ait Apostolus: *Viuo autem, iam non ego, viuit vero in me Christus. Quid hac morte pretiosus? quid utilius? quid suauius inuenitur? qua*

Coll. 3.

Bern.
ser. 7.
in qua-
drag.

Gal. 2.

B 3 homo

homo ea, quæ molestiam adferunt, nec aduertit, nec sentit; ea verò, quæ spiritualem voluptatem, ac trāquillitatem tribuunt, tanquam verè viuens, percipit, & in augmentum perfectionis aduertit? Qui enim habuerit in se mortem Iesu, is & vitam Iesu in corpore suo habebit. Operetur igitur mors in nobis, ut operetur & vita. Hæc igitur mors, qua sèculo morimur, vitam veram non tollit, imò eam infert, atque adeò nobis mundo mortuis, à Deo potentissima voce dicitur, ut viuamus, & à morte transeamus ad vitam.

Ambr.

lib. de

fuga sa-

culi. c. 7.

Mortui sèculo sumus (inquit Ambrosius) quid adhuc sèculo deseruimus? Mortui sumus cum Christo, quid adhuc vitæ huic aetæ requirimus? Mortem enim Christi in corpore nostro circumferimus, ut & vita Christi in nobis manifestetur. Non ergo iam nostram illam vitam, sed Christi vitam viuimus, vitam innocentiae, vitam castimoniae, vitam simplicitatis, omniumque virtutum. Cum Christo resurreximus, in ipso viuamus, in ipso adscendamus, ut serpens calcaneum nostrum, quod vulneret, in terrenis reperire non possit.

De

*De auxilijs gratiæ homini in vita
religiosa attributis.*

VIta hæc, quam statum religiosum suscipientes aggressi sumus, non est vita bonorum indiga, sed opū, ac donorum cælestium satis abundè referta. *Multiplicatam* (inquit Dominus) *quasi germen agni dedi te, & multiplicata es.* Ezech. 16. Hæc multiplicatio diuitias amplissimas, id est, gratiæ subsidia, quæ religiosis dantur, significat. Harum diuinarum nominae, quibus anima Deo dicata multiplicatur, gratiæ auxilia, & influxus intelligo. Sola illa gratiæ auxilia commemoro, quæ in actione consistunt; & merito appellauerim actuosa, quia animum mouere, & instigare non cessant, ut indies meritis crescat, & virtute proficiat. Huiusmodi autem sunt afflatus quidam diuini, qui intellectum illustrant, & suauiter de bonis erudiunt, & cuiusque rei aut valorem, aut vilitatem aperiunt: Eos, qui in tenebris ignorantia detinentur, illuminat: propterea lumen verum dicitur. Erigit è ruina, qui è sublimitate vitæ ad peccatum delapsi sunt, ob id vocatur *resurrectio*.

Omnia autem facit, contactu virtutis ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non

B 4 sunt

sunt, ea facit ut sint; condita conseruat) quibus optimè exponit Basilius, quid nomine auxiliaris gratiæ, aut diuinorum auxiliorum, Doctores intelligat. Omne scilicet illud, quod per Christum Saluatorem nobis datur, ut à peccatis surgamus, ut mentis cæcitatem pellamus, ut in bono incipiamus, progrediamur, & perseveremus. Meritò vero religiosus tanta gratia cumulatur & tantis prælijs ē cælo demissus roboratur, quoniam hæc omnia postulat status, quem Dei amore succensus arripuit. Si enim Dominus aliquem ad magnam dignitatem evehens, solet ei vires necessarias præstare, ut dignitatem illam optimè aut ministerium exerceat. O anima religiosa, postquam donis gratiæ, & auxiliis diuinis es multiplicata, nequaquam vilos & pusilla remansisti; sed grandis effecta es: grandis dignitate, grandis viribus, grandis & meritò. Virium autem magnitudinem voco robur animi, parua despicientis, & vilia conculcantis. Quis autem hanc religiosi magnitudinem intelliget? Quis hanc granditatem explicare sufficiet? Quis rogo maior est, qui diuitias appetit, an qui contemnit? Qui dignitates ambit, an qui despicit? Qui regnum concupiscit, an qui conculcat? non dubium, quin incomparabiliter major sit magna mundi contemnens, quam concupiscentis; quoniā iste rebus adspectu magnis, revera paruis, seruit, ille impe-

imperat: iste eas suspicit, ille despicit: iste sequitur; ille fugit: iste rebus caducis se inferiorem, ille se superiorē agnoscit. Et ut recte inquit Chrysostomus: magna reverā est anima, si affectioni non seruit. O quanta magnitudo solum Deum quætere, solum appetere, solo Deo expleri posse, & alia omnia tanquā arida alimenta, & quæ sustentare non valent, auersari? Est enim status hic, qui ab omnibus rebus mundanis abhorret, & seculum protexit atque contemnit. Est, qui sola cælestia appetit, & Dei conspectum & possessionem concupiscit. Est cui dictum est in Numerorum libro: *In terra eorum nihil possidebis, nec habebis partem inter eos; ego pars, & hereditas tua in medio filiorum Israel.* Sola tenui ysu rerum vi-
lissimarum contentus, ad summum bonum tantum anhelat, dicens: *Deus cordis mei, & pars mea, Deus in eternum.* Homo igitur in hoc statu constitutus, & suauiter cooperetur gratiæ Dei, vires & neruos acquirit, ut nobilium luxus, gemmas & pretiosa ornamenta subsan-
net, potentum diuitias detestetur: & his om-
nibus rebus spretis, summam filiorum Dei di-
gnitatem ambiat, & sanctitatem Deique amici-
tiam & familiaritatem suspiret. Hic est profecto magnus, qui magna optat, exi-
mia & ingentia, scilicet diuina bona ex-
quirit; parua verò, nimirum vniuersa tem-
poralia pusillis derelinquit. Ita prorsus non
magni

Nu. 12.

Psal. 72.

magni sunt nobiles, non magni sunt illustres & potentes saeculi. sed magni sunt humiles, magni sunt spiritu pauperes: magni sunt mundanarum rerum contemptores; magni sunt Deum amantes, & venerantes, quos filius Dei. magnos existimat. Hi sunt magni coram Domino, qui magna & eximia huius vitae bona, nimirum, diuitias, honores & voluntates, ipsis pedibus proterunt, & tanquam vilissima fugiunt. Religiosi ergo magnanimi sunt, qui sine ulla dubitatione magna patrunt, & pro eis non mundanos honores, sed Dei beneplacitum, & sui virtutem perfectionemque procurant.

C A P. VII.

*Quanta sit tranquillitas anima religiosa,
& quam magna sit occasio puritatis
cordis in vita religiosa.*

Nemo est qui non pacem amet, requiem expetat, tranquillitatem desideret. Est enim interna tranquillitas non minima pars felicitatis. Proprijs autem cordis introitus hominem clamoribus rerum mundanarum eripit, & in quandam ineffabilem pacem per-

Rom. 14

ducit. Nam regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia, & pax. Hoc autem regnum Dei, in quo regnat pax, intra nos est. Hanc pacem

pro-

proprij cordis, qui nunquam expertus est, eius absentiam non extimescit, quid enim dolet natus cæcus, & qui videndi facultatem alijs inesse penitus ignorat, quoniam cæcus natus est &c. Qui verò aliquando pacem est adeptus, nihil magis dolet, quam eam amittere, & à tranquillitate mentis exturbari. Hoc summam calamitatem putat, ab intimo cordis in externas distentiones contumeliosè ejici, & ab ore sponsi illam tremendam vocem audire, *Egredere, & abi.* Quæ enim anima (ait Bernardus) semel à Domino didicit, & accepit intrare ad seipsum, & intimis suis

*Cant. 1.
Bern.
serm. 55
in cant.*

Dei præsentiam suspirare, & quæcere faciem eius semper, nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri, horribilis pænaliusue ducat, quam post spiritualis studij huius gustatam semel suavitatem, *exire* denuo ad illecebros, vel potius ad molestias carnis sensuumque inexplibilem repetere curiositatem.

Hunc autem ingressum cordis, vbi inuenitur pax, ô anima; religio sancta ex ipso mundi contemptu, ac benè perfectèque operandi consuetudine, abundè suppeditat. Unde postquam contemnendo omnia, grandis effecta es, subiungit Dominus, pereundem prophetā: *& ingressa es.* Qui aliquam domum *Ezech.* vel urbem odio habent, statim ut possunt, eam deserunt, & aliam commodiorem, & si bi magis gratam habitationem inquirunt,

quam

quam inuenientes, cum magno gaudio occupant & cum exultatione frequentant. Sic anima saeculi inquietudinem fugiens, & commemorationem abominans, statim alia domum querit pacificam, in qua tranquille habitet, & placide vitam traducat. Inuenit autem corpus suum domum utique quietis, & pacis, illudque ingreditur, & ab omni strepitu curarum aliena, cum Rege & Domino suo Christo, secus pedes eius manet secura. Ibi tanquam sedula apis in alveario suo fauos dulcissimorum cogitationum singit, & sicut formica diligens, congregat in horreum suum grana sanctorum desideriorum, quibus seipsum reficiet, vitamque spiritualem sustentabit. Hic iucundus ingressus religiosis promissus est, cum audierint vocem Domini, sibi per Ieremiam dicentis. *Conuertimini filij reuertentes, quia ego vir vester, & assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.* Illi namque sunt filii reuertentes, qui a peccatorum & vitiorum foeditate in quam insipientes abierant, in domum Domini, id est in spiritualem vitam, sapientes reuertuntur. Hic autem reditus, ut pretiosior habeatur, nec omnium est, nec propria virtute perficitur. Opus est Dei, qui vocauit paucos, comparatione multorum, & assumpsit unum de civitate hic, & duos de cognatione illa, prout sibi placuit, ut introduceret eos in Sion.

Eze. 3.

Sion, hoc est, in secreta cordis proprij, vbi accipiunt pastores iuxta cor Dei, in quibus cælestes illustrationes, & afflatus intelligo, qui pascunt eos scientia & doctrina. Hæc cordis habitatio iucundissima est, in qua homo magna quiete & tranquillitate perficitur. Quid enim tranquillus cælo? sed corda iustorum cæli quidam sunt, quorum Deus ipse incola & habitator est; & qui in proprio corde per sanctas cogitationes habitat, comes, & cohabitator est Dei, & commune cum eo domicilium & habitationem possider. Corda fidelium (inquit Augustinus) cælum sunt; quia in cælos quotidie eriguntur: & Gregorius, ex eo quod Paulus vocat Christum Dei virtutem & sapientiam, & ex eo quod scriptura dicit, cælum esse Dei sedem, ac animam iusti sedem sapientiae; optimè colligit, hanc animam cælum esse quod Dei gloriam enarrat, & opera eius annuntiat: cælum quidem est cor iusti, magnitudine immensum, quia & ipsos corporeos cælos, & omnia visibilia, & inuisibilia, præterita, præsentia, & futura, & quæ in Dei cadunt potestatem, capit. In quam sententiam optimè dixit Origenes: Magnum est cor hominis, & spatisum, & capax, si tamen mundum fuerit. Vis eius magnitudinem latitudinemque cognoscere? Vide quantam diui-

Cor ho
minis
cælum
est
Aug.
ser. de reo
demp.
Greg.
ho. 28. in
Euang.

Orig. 7
hom. 21.
in Luca.

diuinorum sensuum magnitudinem capiat. ipse ait, dedit mihi eorum, quæ sunt, notitiam, rationem mundi scire, & opera elementorum, principium & finem, & mediaterem sæculorū, temporum varietates, & translationem mensium, annorum circulos, & siderum sedes, naturas animalium, & furores bestiarum, spirituum violentias, & cogitationes hominum, diuersitates arborum, & vim radicum. Vides nō paruum esse cor hominis, quod tanta capiat. Neque in corporis quantitate, sed in fortitudine eius intellige, quæ tantam scientiam capit veritatis. *Quia* igitur tam amplum est cor hominis, Deus ipse, tanquam eximum beneficium se illud impletum promittit; cum ait, *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum & implebo illud.* Hoc enim os, nihil aliud est quam cor nostrum, quod non frusto panis, sed Dei tantum possessione satiatur. Vnde Richardus de sancto victore. *Quid est hoc os*

Ps. 80.

*Richard.
in ps. 80*

interioris hominis, nisi desiderium cordis? sed hoc os, omnes Aegypti deliciæ implere non possunt. quia omnes diuitiæ mundi, carnali desiderio satisfacere nequeunt. Una bucella corporeum os facile replet, sed totus mundus desiderium cordis implere non valet. O quam digna, & quam nobilis animæ nostræ habitatio, in qua cælestia lustramus, terrestria contemnimus, cuiusque rei pretium & valorem

rem cernimus, eorum, quæ mundus amat, exilitatem cognoscimus. Hoc autem tam pacatum ac quietum domicilium, si alicuius est, proprium est sanè animæ religiosæ, quæ velut columba ex arca dimissa, cum non inuenisset in seculo, ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad Dominum in arcam cordis sui, ubi locum quietis & pacis inter munda animalia, & ab aquis diluuij seruata, reperiet. Quod si hæc est religio munda, & immaculata, misericordia subuenire, & se immaculatum custodire ab hoc seculo, manifestum est; quoniam religiosa vita si vera, & munda sit, docebit omnia sæculi desideria relinquere; quibus adhuc in corde residentibus, nullus se illibatum à seculo, incontaminatumque custodit. Certè magnum inquietudini & distractioni patet ostium retento rerum sæcularium amore. Magna tranquillitas cordis est nihil habere concupiscentiæ sæcularis. Nam si ad terrena concupiscenda, & ad diuitias cumulandas cor inhiat, tranquillus & quietus esse homo nullatenus potest; quia aut non adepta concupisicit, ut habeat, aut acquisita metuit, ne amittat.

Ecce quam benè religiosa vita nos intra cordis claustra contineat, omnia tribuens quæ mansionem istam facilem & iucundam reddit, & vniuersa remouens quæ nos ad sæculi inquietudinem exire compellant. Ad hanc ergo

32 P. ALVAREZ DE PAZ

ergo domum cordis tui, amplissimam quidem, & pacatissimam, ô anima mea, vocata es, cum sæculo despecto, statum religiosum artipuisti. Optat pius ac benignus sponsus tuus, vt hoc abditum cordis cubiculum ingrediaris, in quo solo pacem ipsam tam propriam tui status assequeris: vult enim tortus bonitatis Dominus infirmum hominem mortalis corporis pondere grauatum, iacentemque erigere, illuminare, allucere, terrere: vt redeat ad cor, inspiciat se, atque intelligat extra se nihil esse tutum, nihilque liberum, sed cuncta esse laqueis plena, sollicitudinibus referta, vallata tribulationibus, permista scandalis, pac mque eundem non nisi in te posse percipere. Nam quamdiu vagatur extra se, tentatur, turbatur, decipitur, impellitur, depredatur, vulneratur. Quod si, ô anima mea, nondum has tuæ internæ habitationis delicias experta es, fac ut experiaris. Collige te intra cor tuum, quere teipsum intra te, & que extra te perdita eras, intra te lucratam inuenies. Scrutare regnum Dei in corde tuo, quia regnum hoc intra te est. Inquire in hac aula interiori Deum tuum habitatorem eius, tene eum, ne dimittas, sicque omnia bona, quæ optas, eris assequuta. Ingredere in cor tuum, & dicetur de te: Quia grandis effecta es, & ingressa es. Cum anima in cor suum ad habitandum ingreditur, facile est illi Vniuersa depo-
nere,

Ezech.

16.

nere, quæ eius pulchritudinem turpant; & omnia, quæ eam ornant, comparare. Spont. ^{Puritas}
 sæ ornamentum, quo anima tanquam sponsa ^{cordis}
 Dei pulchra ornatur, atque excolitur, pu- ^{sponsæ}
 ritas mentis est, quæ eam amabilem efficit, & ^{orna-}
 Dei consortio atque conspectu dignam red- ^{mentū.}
 dit. Mentis puritas est, quam præ omnibus
 cupere & amare debemus, & nocte ac die
 iugiter pro ea adipiscenda laborare, tanquam
 pro vera pulchritudine, quæ Dei oculos ca-
 pit, sanctissimumque cor eius nostri amore
 succedit. Rectè enim dixit Leo Papa: Vniuer- ^{Leo ser.}
 sitas fidelium ad perfectam innocentiam, & ^{17. qua-}
 ad plenam debet tendere puritatem, ut eo- ^{drag.}
 tum consortio mereatur adscribi, de quibus
 dicitur, *beati mundo corde, quotiam ipſi Deum vi- Mat. 5.*
 debunt, *Et Gregorius Nazianzenus ait: Neque Nazian.*
 enim quicquam apud Deum, qui purus est, *ad Greg.*
 pluris habetur, quam puritas, aut certè pur- *Nyffen.*
 gatio. nec non & Augustinus: Munditiam ^{Aug.}
 vocat finem, quo perficimur, non quo con- ^{ser. 14.}
 summamur. Hæc puritas est, quam Deus im- ^{de san-}
 pensè amat, & in anima vehementer exqui- ^{etii.}
 tit: quæ si desit, inuisa est illi, & detestabilis
 omnis nostra exterrita lautitia. Hac puritate
 anima sponsum suum Deum tenet, nec di-
 mittit, donec introducat eum in domum ^{Cant. 3.}
 matris suæ, & in cubiculum genitricis suæ.
 Mater animæ gratia est, eam spiritualiter ge-
 necans, nutriendis, docens, atque gubernans:

¶ Domus

Domus autem huius matris fructus est actionis, & cubiculum genitricis, cor nostrum occupatum in opere contemplationis: spiritualis ergo munditia est, quæ animam in hoc cubiculum introducit, idoneamque reddit, ut cum sponso quietat. Quare optimè venerabilis Richardus inquit: Gratiam inuenitur Christus, sed munditiā in hospitium cordis introduceitur: iam animam visitauit, sed donec mundat, non est digna, ut moram cum eo faciat. Ad hoc iuuari se petit per orationis instantiam, dicens: tenui eum, nec dimittam.

Religio omnia remouet, quæ puritati aduersantur. & cor hominis sua vilitate commaculant. Hæc enim sunt diuitiae, deliciae, & propria voluntas. Non solum autem hic noster status abjicit impedimenta puritatis, verum etiam omnium illorum diues est, quæ puritatem efficiunt, conservant, & ad omnimodam perfectionem deducunt. Huius generis sunt mortificatio cogitationum, cohibitio passionum, iugis oratio, & familiaritas cùm Deo, omniumque exercitatio virtutum.

Religio

C A P. VIII.

Religiosos ad magnam Dei familiaritatem & amicitiam fuisse vocatos.

IAm ampliora vitæ religiosæ bona in sancto Prophetæ respondent: iam præstatiōrā dona nostri statu eluent: iam se nobis ostentant eximia diuini amoris insignia, quæ, qui in hoc statu positus meditatè perspexerit, maioribus beneficijs se à Domino prosequuntū esse persentier. Vnū autem est, quod sanctus Ezechiel, illis sequentibus verbis declarat. *Et transiui per te, & vidi te. Iam Dominus misericordiæ oculis animam viderat, dixerat quippe: transiens autem per te, vidi te conculcatam in sanguine tuo.* Quid ergo designat iste nouus adspectus, quo iterum anima à Domino trahente videtur? an sicut ille adspectus misericordiæ fuit, ita iste est adspectus iustitiæ? Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Si ergo prius Dominus animam ante viderat adspectu misericordiæ, fortè nūc videt adspectu iustitiæ. Sed si tunc ad misericordiam te vidit, o anima, quando volutabis in sanguine tuo, cur non nunc te ad misericordiam videat, quando ornabaris dono suo? Si te adspexit oculo miserationis peccatis fœdatam, & vitijs compeditam, cur non te adspiciat eodem miserationis oculo,

C2 puri-

Ezech.
16.

36 P. ALVAREZ DE PAZ

puritate cordis expolitam, & decore humilitatis exornatam? Denique ridite, & ecce tempus
tuum tempus amantium. In his duobus aspectibus Dei, duas mihi vocationes depictas esse
video, alteram, qua anima vocata fuit ad religionem: alteram qua vocata fuit ad perfectionem. Illa vocatur, ut sit serua; ista, ut sit amica. Illa vocatur ut timeat, ista ut amet. Illa ut defleat peccata; ista ut a peccatis lora in virtutum possessione congaudeat. Illa admittitur in domum Domini, hec extollitur ad familiaritatem Domini, illa concipit honestæ desideria; ista atripit perfectæ virtutis & sanctitatis consilia. Princípio quidem adspicit Deus animam, quam ad se vocare disposuit, & adducit eam, vel per seipsum tantum secretissima inspiratione tangens (ut pulchre explicat Cassianus) vel adiuncto etiam hominum ministerio, eorum aut verbis, aut exemplis alliciens, vel tandem laboribus, tribulationibus, & flagellis intrare compellens.

Iste igitur est status religionis, status amantium; in quo docemur famulari Domino non timore penitentia, ut serui, nec mercedis intuitu, ut mercenarij; sed ut filij charissimi amoris obtentu. Hic veluti amatores fideles laboramus semper Deum cogitare, Deum concupiscere, Deum loqui, Deum in omnibus operibus queritare. Non hic cogitationes perniciose, immo non otiosæ, & inutiles; sed

sed sanctæ, proficuæ, & cælestes admittuntur. Non desideria inania rerum temporaliū, sed utilia rerum supernarum excipiuntur. Opera vniuersa in hoc tendunt, ut Domino placeamus, eumque propitium & benignum inueniamus. Quod si amantium est cupere amati præsentiam, eiūq; dulcissimo adspicere frui, hic est veluti religiosæ vitæ scopus & finis. Dei iugem præsentiam inquirere, ad eam omnibus votis adspirare. O quoties anima reverè religiosa, tanquam verè, & ex corde amans *Psa. 26.* illud sancti Davidis inculcat: *Exquisuit te facies mea, faciem tuam, Domine, requiram. Illumina faciem tuam super seruum tuum.* Facies conspectum petit, nec istud præsumptionis est, sed amoris. Petit ostensionem diuinæ faciei. & audet cum Moysè dicere: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, offende mihi faciem tuam, ut sciām te, & inueniam gratiam ante oculos tuos.* Hoc sine dubio amantium est, & magni amoris indicium. Nectanūm anima mundi rebus exuta videre appetit, sed etiam videri à Domino cōcupiscit. Et alibi clamabat: *quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* O quātus amor, quanta fiducia! Amor inquam, pulchritudinis diuinæ fiducia formæ, non alienæ, sed propriæ. Tantus amor, ut dicat: *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperavi.* Cupit ergo anima in hoc statu, tanquam amatrix, præsentiam Dei. cupit etiam & ipso

perfui, ad hoc ergo carnales voluptates abi-
iecit, ut cælestes & diuinas acciperet, ad hoc
mundi complexus allegauit, ut Dei com-
plexus expitiretur, ad hoc desideria rerum
temporalium extinxit, ut sponsi dulcissimi
desiderijs arderet. Meritò igitur, ô anima re-
ligiosa, dictum est tibi à Domino: *Vidi te & re-
ce tempus tuum, tempus amantium.* Quoniam in
statum amantium euecta es, in domum diui-
ni amoris adducta, ad exercitationem amo-
rum vocata, ad delicias purissimi amoris il-
lecta, si tamen post vietas concupiscentias tuas
nouisti ingredi intra te, & sanctis cogitationi-
bus ac desiderijs occupari. Magnum quidem
bonum est vitam religiosam colentes tempus
amantium fuisse sortitos, & à statu seruorum,
in statum non tantum amicorum, verum et-
iam amicissimorum fuisse translatos; sed non
est minus donum Dei, quod statim ipse Do-
minus per Prophetam commemorat, scilicet,
diuina erga nostrum statum protectio. Cuius
iure optimo post statum amantium mentio
habita est; quoniam ea, quæ impensè ama-
mus, maiori curâ ac diligentia custodire at-
que defendere consueuimus. *Expandi (inquit)*
amicum meum super te, & operui ignominiam tuam.
Hic amictus Domini expansus, animæ nuditatem & ignominiam operiens, exiniam
quandam prouidentiam religiorum, nec non
specialem protectionem delignat. Hos amictu
suo

Ezech.
16.

Ezech.
16.

suo cooperit, quo ipse amicitur, illo scilicet, cuius meminit Propheta regius cùm ait: *Confessionē, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.* Nonne hic Dei amictus est sua maiestas, atq; potentia, qua laudabilis & gloriosus est? Sed hac illos mirabiliter regit, quos in suā domū, nēpe religionē euocauit. Sed ex sententia B. Gregorij, hic Dei amictus nihil aliud est quām Angelorum Sanctorumq; custodia &c.

Ps. 103

Est religio tabernaculum à Deo structum; est religio cubiculū summi principis Christi, in quod nos infirmos & imbecilles recipit; ut ab inimicis nostris tutos incoluimesq; custodiat. De quo regius Propheta canit; *Abscondes* *Ps. 30*
eos in abscondito facie tue, à conturbatione hominū.
 Sumus quippe absconditi in facie Dei, dū in eius conclave habitamus, & in eius presentia, & corā ipsius oculis vitam actionesq; traducimus. Verissimè Sanctus Prosper exclamat: O quantū se uritatis habent, qui sibi bene sunt conciij, & quantū perturbatos humiliat perpetratio pudenda peccari! Sicut isti (loquitur autē de primis parentib;) se absconderunt à facie Domini, de sua turpitudine, nō de nuditate confusi, qui nō ideo erubescerāt, quia veste erāt extrinsecus nudi, sed quia intrinsecus protectione diuina nudati. Isti amictu Dei cooperati, suum adiutorem cognoscentes, ad nullius tentationis pauent occursū, nec malevolos timet, nec detractores horrēt, nec hostes

Greg.

lib. 32.

in Tob

cap. 7.

Prosper.

lib. 2. de

vita cō-

templo

cap. 18.

C 4 for-

40 P. ALVAREZ DE PAZ
formidant, solum peccatum etiam leuissi-
mum, & Dei sui, non dicam iniuriam, sed dis-
plicentiam pertimescunt.

Reliquerunt religiosi omnia, deseruerunt
propter Deum vniuersa, quæ homines solent
protegere, diuitias, possessiones, amicos, co-
gnatos, parentes; & nudi, atque omni mun-
dano præsidio spoliati, remanserunt. Quid ni
Deus illos tuçatur, cuius causa tantam nudita-
tem sustinent, tantamque desertionem per-
ferunt? Hoc in illo patre multarum gentium
præfiguratum est, qui cum imperio Domini
exisset de terra sua, & de cognatione sua, &
de domo patris sui, & venisset in terram sibi

Gen. 12. monstratam, audiuit a Domino: *Noli timere,*
Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua ma-
gna nimis. O felix exitus, qui ipsum Deum
accipit in mercedem! O beatus ingressus, qui

Gen. 15. talem meretur defensorem! *Ego (inquit) pro-*
tector tuus sum. Quisque religiosus hanc vo-
cem tanquam sibi dictam audiat, hanc pro-
missionem, veluti sibi factam accipiat, & ut
in illa magis exultet, verbis Chrysostomi suo
statui accommodatis amplificet. Ego, qui a
Chaldaeis te vocavi, ego, qui te huc duxi, ego
qui te a periculis Aegypti liberaui, ego qui se-
mel atque iterum promisi tibi arque semini
tuo datum me terram hanc: ego te prote-
go. Ego qui indies: gis & magis omnibus
te clarum ostendo; ego protego te, hoc est, ego;

go; scuti vice tibi ero, ego pro te certo, ego propugnator sis, ego curam gero, ego omnia difficultia facilia tibi reddam. Ita est Domine, non infiior, ex quo sæculum deserui, tu ex-pandis amictum tuum super me, & protegis me, tu me à temptationibus liberasti, ab illis præcipue magis periculis, quæ sub specie boni me oppugnabant: tu me ab occasiōnibus eripuisti, in quibus, aut vitam animæ, aut profectum amitterebam: tu paupertatem fecisti iucundam, vt eam amarem, castitatem reddidisti facilem, vt eam amplecterer; obedientiam ostendisti suauem, & homine libe-ro dignam, vt ei collum subiicerem. Quæ mihi incommodiora & molestiora visa sunt, inde meam requiem & tranquillitatem elicui-sti. Cella mihi videtur cælum, solitudo appa-ret dulcis societas, asperitas vietus, & vestis omnibus delicijs & voluptatibus apparet iu-cundior, nihil difficile, nihil arduum, sed omnia prona, omnia facilia in hoc statu repetio. Quid hæc omnia, Domine, sunt, nisi tuę pro-tectionis indicia? Quid nisi super me tui ami-citus expansio? Quid nisi tui amoris pignus dulcissimum? coniector enim ex his, quod a-mas me. Nam vniuersa, quæ poterant me ab-strahere à te, in ansam ad te veniendi com-mutasti.

Habitant etiam religiosi desertum amore Dei, vt ibi nec leuibus peccatis (quo ad fieri pos-

possit) vitam commaculent. Quælibet enim
sancta religio desertum quoddam est, in quo
spirituales Israelitæ peregrinantur. In ea nam-
que, sicut in spirituali deserto, maior est liber-
tas vacandi Deo, quia non sunt sœculares oc-
cupationes, quæ animum interpellent, ma-
ior est quoque tranquillitas: nam modò reli-
giosi velint, nec à vitu, nec ab auditu, neque
à lingua molestantur. Eremus illa Ægypto
terramque promissionis interiacens, ciborum
corruptibilium sterilis erat, sed cibum incor-
ruptibilem è cælo demissum, peregrinanti po-
pulo suppeditabat: ita religio, quasi eremus
quædam vitæ mortali æternæque interiecta
commodis temporalibus caret, sed cœlesti-
bus solatijs abundat. Qui hoc desertum spi-
rituale incolunt, non minus quam illi carna-
les Israelitæ, sed multò magis diuina prote-
ctione teguntur, diuinisque fruuntur auxilijs.
Pane Angelorum satiantur, contemplatione
scilicet rerum diuinarum, cuius eſu fortes
aduersus dæmones, & robusti ad quærendam
perfectionem fiunt. Si verò ab ignitis serpen-
tibus, ab aliquo nempe vano desiderio mor-
deantur, non deest illis serpens æneus, aut
quem ille serpens figurabat, Christus nudus,
vulneratus, & patibulo affixus, cuius ad specu
venenum cōcupiscentiæ abjiciunt, pristinam-
que salutem recuperant. Gaudeat igitur, &
maxime gaudeat, qui professione ligatus, &
omni

omni materia peccandi liberatus, in deserto
sanctæ religionis viuit: quoniam si ad propriū
cor intrare nouerit, in se ipso illud Deutero-
nomij experietur. *Inuenit eum in terra deserta; in* ^{Deut.} *32.*
loco hororis & vastæ solitudinis. Circunduxit eum,
& docuit, & custodivit quasi pupillam oculi sui. In
hoc enim deserto inueniet Deum potentissi-
mum defensorem, qui se ducat securè ad o-
pera exteriora, & reducat cum fructu ad in-
teriora, qui se doceat vias virtutum, & semi-
tas æternitatis demonstret, & qui tanquam
pupillam oculi sui charissimam ab omni ma-
lo custodiat. Inuenies eum, ô anima, qui ex-
pandat amictum protectionis suæ super te,
& operiat ignominiam, id est, imbecilitatem
tuam: quia pauperum nuditas humilium im-
becillitas, & despectorum parvitas, amictu
diuinæ defensionis cooperta, omni est mun-
dano imperio potentior

CAPUT IX.

*De sublimitate vitæ religiose. Quod ani-
ma religiosa est sponsa Dei: ac primò de
vinculo huius spiritualis coniugij.*

Qui hanc mirabilem prouidentiam consi-
derat, quâ Deus pauperculos suos pro-
tegit atq; defendit, non sanè mirabitur, nec ea
aut

aut nimiam, aut minimè conuenientem tan-
tæ abiectioni & paupertati iudicabit, si digni-
tatem præcelsam animaduertat, ad quæm re-
ligiosi vocati, & electi sunt. Quam dignita-
tem, postquam de protectione differuit, ex-
plicauit, dicens: *& iurani tibi, & ingressus sum*
paclum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi.
Hæc autem est dignitas sponsæ, qua nulla
nobilior atque præstantior excogitari po-
test. Amici quippe regum, aut filij, non sta-
tim reges sunt, neque regni potestate potiun-
tur; at sponsa regis, ex conditione suæ digni-
tatis est regina, quæ à dextris regis sedet in
vestitu deaurato, circundata varietate, ipso
throno, & vestitu, si non æqualitatem, sed
eximum honorem, & amplissimam dignita-
tem ostendens. In regia dignitate constituti,
fideles amicos impensè amant, & filios à se
progenitos, ac regni heredes tenerimè dili-
gunt, sed sponsam ardenteri amore prole-
quuntur, quam & amicorum heram esse vo-
lunt, & filiorum principium, & velut fontem
agnoscunt. Filiorum vero hæc est laudatio, ut
sint occasiones letitiae patribus suis. At spon-
sæ maior & nobilior laus reseruata est, ut
non diuersa res, sed eadem cum sponso com-
putetur. Audit quippe ab ore eius (cui non
affectus, qui falli solet, sed iustitia & veritas
dominantur.) *Hoc nunc os ex ossibus meis, & ca-*
ro de carne mea. Et certè Christus istud amoris

ver.

Gen. 2.

verbum dicit fælici animæ, quam non tantum in filiam adoptat, sed sibi in sponsam adiungit. Os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Est os ex ossibus eius, ut sit pudica, & caro de carne eius, ut sit amica. Os ex ossibus, ut resistat vitijs, caro de carne, ut respondeat beneficijs: os ex ossibus, ut custodiat fortitudinem, caro de carne, ut obtineat pulchritudinem. In utroque autem sancti sponsi sui similitudinem præfert. Sicut enim ille *decorum* induit, & fortitudinem. Ita de ista legitur: *Quoniam fortitudo, & decor indumentum eius. Ille vocatur vir, hæc autem virago: quoniam à viro isto, & robur, & decorum accepit.* Non est ergo dignitas, quæ cum sponsæ dignitate possit conferri, quam & sponsus tenerius amat, sublimius effert, & maiori secum coniunctio ne dignatur. Sed non omnes animæ iustæ hoc nomine sponsæ præstantissimo atque dulcissimo dignæ sunt: Non omnes audent dicere: *dilectus meus mihi, & ego illi; ita scilicet, ut Deo soli tanquam dulcissimo sponsῳ intendant: sed si aliquæ sunt in Ecclesia, quæ tam præcelsum nomen mereantur, illæ profecto sunt animæ religiosæ, quæ vitam propriam sui status angelicam, cælestem, & omni cura rerum terrenarum exutam agunt in terris.* Hoc est quod dixit Bernardus: *Da mihi animam nihil amantem præter Deum, & quod propter Deum amandum est, cui viuere Christus;*

*Ps. 92.
Pro. 31.*

*Bern. iii
cant.*

46 P. ALVAREZ DE PAZ
stus, non tantum sit, sed & diu iam fuerit, cui
studij & otij sit prouidere Deum in conse-
etu suo semper, cui sollicitè ambulare cum
Domino Deo suo, non dico magna, sed vna
voluntas sit, & facultas non defit: da, inquā,
talem animam, & ego non nego dignā sponsi
curā, maiestatis respectu, dominantis fauore,
sollicitudine gubernantis. Hæc anima est
sponsæ nomine nequaquam indigna, & hæc,
aut sola anima religiosa, aut in tēculo vitam
religiosam usurpans. Deus & anima ad hoc
sœdus ineundum, ille, vt purissimè generet,
ista vt concipiatur. Ille quidem, vt generet. Nam

Isa. 66. per Isaiam dicit: *Nunquid ego, qui alios parere fa-
cio, ipse non pariam? Si ego qui generationem ceteris
tribuo, sterilis ero?* Hæc verò apta est, vt ex illo
concipiatur. Quod spiritu Dei edocta per os

Isa. 26. Isaiæ palam confitetur, se cum muliere com-
parans ad partum appropinquante: *Sic (in-
quit) facti sumus à facie tua, Domine, concepimus
& quasi parturiuimus, & peperimus spiritum.*

*Hiero.
lib. 8. in
Isai. ad
6. 26.* O
fælix partus, in quo (vt ait Hieronymus) pe-
perimus non carnis liberos, sed spiritus, vt tota
in Deo mente credamus. Concipit ex Deo
anima, cum sanctitatis desideria percipit, quæ
in oratione posita nō sine purissima volunta-
te spiritus sibi sentit immitti: parturit, cùm nō
sine ingenti dolore aliquando sensuum, &
affectionum mortifica ionem in effectum pro-
ducit: filios verò edit & suscipit, cùm fructus
partus

partus nimis suavitatem vere virtutis experitur. Ipsi sunt filii spiritus, quos non ^{Fil} corruptionis seminarium gignit, sed virtus sancti Spiritus procreat. Ipsi etiam filii spiritus salutis, qui animae concipienti, & parienti illos, in hac vita salutem spiritualem afferunt, & in futura salutem gloriae nunquam peritam attribuunt.

Sunt etiam Deus & anima vinculo insolubili copulati. Nam solemnis professio, ita animam Deo, Deumque animae adstringit, ut nulla sit humana potestas, quae vinculum istud disrumpat atque dissoluat. Anima quidem ligata est verbis oris sui, illis nimis: Voueo, Deoque me ipsam trado, & capta proprijs sermonibus, quorum causâ sponsus, dicit illi: *Et facta es mihi, utique non tam vxor, quam sponsa*, ut hoc nomine arditiorem amoris ostendat affectum. Deus autem verbis etiam suis est alligatus animae: *nam iuravi (inquit) tibi, & ingressus sum pactum tecum*. Per hoc autem vinculum communemque traditionem, duo hic chatissimi sponsi mutuam sui ipsorum faciunt sibi potestatem. Et de sponsa, quod tota sit Dei, dubium esse non potest, dicente Domino: *Et facta es mihi, seu facta es mea*. Et vita ipsa religiosa non tam verbo, quam opere ipso attestante, in qua Deo semper & mente inherere nimirum, & iungi operatione simulamur. Quod autem Deus totus sponsa sit,

opera

Ezech.
16.

opera ipsa declarant. Quem enim, ô anima, tanquam sponsum dulcissimum amplexaris, nisi Deum tuum? Quem habes tuæ ignorantia magistrum? tuæ mœstia solatium? tuæ indigentia subSIDium, nisi Dominum tuum? Hic te ipsum dedit tibi vitæ socium, peregrinationis comitem, & planè sponsum tuum virumque fidelissimum. Denique, & erit in illa (ait Dominus) vocabit me vir meus & non vocabit me ultra Baalim, id est Dominum meum. Si autem vir tuus est, satis aperte liquet, tibi seipsum non necessitate, sed voluntate, amoreque dedisse, in tuique transflitatem potestatem. O igitur magna huius animæ dignitas, quæ sponsa est summi Dei! O magna benignitas creatoris, qui tali nomine vilissimam creaturam compellate dignatur! Hac enim misericordia reginæ principatum tribuit animæ, & opes incomparabiles defert, & magna pulchritudinis esse fatetur. Sponsa namque regis æterni, quid erit nisi princeps atque regina? & unus spiritus cum eo facta, quid nisi eius diuitias, opesque possideat? & speciosissimo unita, quid erit nisi tota decora atque speciosa? Est igitur mutuum & commune vinculum inter Deum & animam religiosam, quo ligantur, quo iunguntur, quo unum efficiuntur. Nam qui adhæret Domino, unus spiritus est. Quid autem præclarius, quam Deo connubio spirituali coniungi? Quid dulcius, quam

i. Cor. 6

fons

fonti omnium bonorum vñiri? Quid securius
quam omnipotenti ac immutabili copulari?
Huic adhærens anima, sæculi casus, & muta-
bilitates non timet. Et adscendens de virtute
in virtutem, *delicijs affluens, innixa super dile-*
ctum suum, non s̄istit, quoisque ad omnino-
dam perfectionem veniat, & prout possibile
est in hac vita, quendam gradum immutabi-
litatis acquirat.

Hic autem consensus sponsi Christi, &
sponsæ animæ religiosæ, nequaquam abest,
ex quo prædictum coniugij vinculum ema-
nauit. Anima namque, non vi compulsa, non
timore coacta, sed corde magno, animoque
volenti, totis se ligauit, professioni se tradidit,
& se sui ipsius Dominio priuauit, ut tota esset
Dei. Prudentia ac iudicio permota, in hoc
connubium spirituale consensit, omnibus be-
nè perpensis, matureque consideratis, liberè
dixit: Deus cordis mei, & pars mea, Deus in
æternum. Non horret Christus communem
cum ea anima habere domum in terra, cum
qua eandem habitationem, eamque perpe-
tuam est habiturus in cælis. Nec timet anima
Christo eadem habitatione, & domicilio iū-
gi, quem non ut hospitem, sed ut sponsum in
sinu cordis sui, aut quotidie, aut frequenter
excipit, & ex eius præsentia, amore, gaudio
ac puritate ditescit. Cōmuniſ est ergo Chri-
sto, & animabus religiosis habitatio, neque

D deest

Cant. 83

Psal. 72

deest communis vitæ cōsuetudo , & hæc tam
arcta & indiuidua , vt coniugium vita longe
inferior sit, neque nomen indissolubilis vitæ
mereatur. Vinculum enim coniugale, saltem
in ore naturali dissoluitur: at spiritualem ne-
xum Dei , & animæ neque mors ipsa diuellit.
Hoc ipse Dominus per Osseam suæ sponsæ
promittit dicens: *Sponsabo te mihi in sempiternū,*
imò in morte ipsa , quâ coniugium naturale
concluditur, spirituale roboratur. Ita vt non
solum indissolubile, verum etiam immutabile
perseueret. Noster status ita Deo nostras
mentes associat, vt ipsum iugiter cogitemus,
quod ipse vult, constantissimè velimus , &
quod non vult firmiter tenuamus. Quia ad
hoc rebus mundanis valedicimus, vt Deo, &
nobis vnum sit velle & nolle, summa pax,
perpetuaque concordia. Audi animam hoc
spirituali coniugio perfruentem. Quis (in-
quit) nos separabit à charitate Christi. Tribu-
latio? an angustia? an famæ? an nuditas? an
periculum? an persecutio? an gladius? certus
sum, quia neque mors, neque vita (neque a-
lia terribilia & potentia, quæ enumerat) po-
terit nos separare à charitate Dei , quæ est in
Christo Iesu.

Propter hoc regula iugū Christi vocata est,
vt nobis persuadeamus, Christum à dextera,
nos verò à sinistra hoc iugum libertatis trahe-
re, vt iugum seruitutis mundanæ , quod solis
nostris

*Offic. 2.**Rom. 8.*

nostris ceruicibus insidebat, procul à nobis repellamus. Et quia Christus nobiscum tollit hoc iugum, ideo suave, & honorificum putatur: suave quidem, quoniam illud non molestia nos premit: sed à pondere rerum terrenarum exonerat, & in cælos attollit. Vnde autem iugum regulæ vocatur suave, & onus consiliorū leue: vnde habet ut hoc iugum nō sit ponderosum, sed leuissimum atque expeditissimum: inde profectò, quod nos ferè nihil portamus, sponsus autem Christus totum pondus supportat. Non mirum si leuè sit, quod non sola infirma natura nostra portat, sed & fortissima Dei gratia sustentat, cui nihil importabile, nihil laboriosum, nihil difficile reperitur. Ut iam p̄̄ incendio amoris iugum ipsa non sentiat, neque in monastica vita aliquod pondus, imò ingentem suavitatem inueniat. *Quod per Prophetā Oseam omnibus religiosis promissum est.* Isti enim sunt populus ille dilectus, tanquā filius ex Ægypto vocatus. Isti sunt, quos Dominus, quasi nutritius portauit in brachijs suis, ut ipsis nec dum aduertētibus, curaret eos. His autē quid Domini voce promittitur: certè illud, quod statim Propheta subjicit: *In funiculis Adam trahā eos, in vinculis charitatis, & pro eis quasi exaltans iugū super maxillas eorum.* Trahit hos Dominus ad se illis funiculis, ac vinculis, quibus homines ligati solent, nēpe donis, muneribus, beneficijs.

D 2

Ab

Osee 11

Bern.
serm. 14
in cant.

Ab his autem semel attractis, & vi quadam
suavi, ac violentia spontanea compulsi, iu-
gum, quod premebat, abstulit, non sane quia
illōs iugo disciplinæ eximit: sed quia efficit, vt
iugum religionis non sentiant, nec mortifica-
tionis onus molestè accipiant. Quisquis e-
cūm istorum meritò dicet illud Bernardi: fa-
teor, non sustinui pondus diei, & æstus: sed
iugum suave, & onus leue pro beneplacito
patri familias porto. Opus meum vix vnius
est horæ, & si plus, præ amore non sentio.
Dominus itaque adeò iugum nostrum non
deserit, vt à conuersionis exordio illud nobis-
cum ferat, & post aliquod tempus, ita illi as-
suecimus, vt quasi nihil sustineamus: ipse
verò molestiam à nobis adimens, iugum exal-
tet, & veluti totum onus supportet.

C A P V T X.

De fide, ac prole Dei, & animæ
religioſa.

IAm de fide, ac prole huius spiritualis con-
iugij aliquid dicendum est, vt dignitas ac
fælicitas animæ religioſæ pandatur. Quæ non
tantum fidelitatem Deo seruat, sed ei quoque
à tam dignissimo sponsō summa fidelitas cu-
stoditur: ab eoque filios suscipit, in melle ac fa-
uo

uo dulciores. In carnali coniugio ibi fidem
homo homini seruat, hic Deus animæ, & a-
nima Deo tanta firmitate custodit, ut nec vnu-
quam ille animam obliuioni tradat, neque
ista pro alterius amore suum Dominum dere-
linquat. Quod Christus ergo fidem animæ
religiosæ seruet tanquam dilectissimæ spon-
sæ, ille solus ambiget, qui eius proprietates
atque perfectiones ignorat. Ioannes quidem
in sua reuelatione nomen ei summa fidelita-
tis imponit. Et *vocabatur (inquit) fidelis & verax,*
& cum iustitia iudicat & pugnat. Si autem ad *19.*
omnes fidelitatem seruat & veritatem, quan-
tò magis sponsæ suæ erit fidelis, quam vnicè
amat, ut pro qua tanta prouidentia ac sollici-
tudine zelat, quam etiam nouit sibi vniuersa
dedisse, & in eo solo omnem sui cordis amo-
rem ac desiderium collocasse? Si pro suis ad-
uersus hostes & inimicos iustorum pugnat,
quo pacto non tuebitur eam, cuius vita, at-
que status nullum alium adiutorem admittit,
ac præter ipsum nullum habet defensorem.
Fidelem te, ô Domine, semper inuenio; fide-
lem à die meæ conuersio[n]is agnosco, in quo
habui in pugna aduersus dæmones adiuto-
rem, virtutum præceptorem, sollicitudinis le-
uamen, & in omnibus meis necessitatibus &
tribulationibus firmissimum defensorem. Fi-
delissimum denique in te sponsum possideo,
cui admirans illud tui serui Bernardi verissimè

dicam.

Bern.
serm. 17.
in canti.

D 3

54 P. ALVAREZ DE PAZ
dicam. Quomodo me amas Deus meus, amor
meus, quomodo me amas, vbique recordans
mei, vbique zelans salutem egeni & paupe-
ris, non solùm aduersus homines superbos,
sed etiam aduersus sublimes angelos. In cælo
& in terra iudicas Doimine, nocentes me, ex-
pugnas impugnantes me. Vbique subuenis,
vbique assistis, vbique à dextri es mihi, Do-
mine ne commouear. Hæc cantabo Domino
in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu sum.

Ezech. 16. Ista etiam fidelitas Domini illis, quæ expo-
nimus, verbis aperte declaratur. Et iurauit tibi,
& ingressus sum pactum tecum, & factæ mihi.

Isa. 62. Quid enim iurauit nobis, nisi illud, cuius me-
minit Isaias? Iurauit Dominus in dextera sua, & in
brachio fortitudinis sue, si dedero triticum tuum ul-
tra cibum inimicis tuis, & si biberint filii alieni vi-
num tuum, in quo laborasti: Quia qui congregant
illud, comedent & laudabunt Dominum, & qui o-
portant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Per dext-
eram, & brachium suum iurat (id est, per

Hiero. 10 loco. Christum, ut exponit Hieronymus) qui est
brachium potentiae suæ, & dextera, quæ am-
plexatur nos. Qui autem credit Dominum
iure iurando non stare, & ea, quæ tam asseveran-
ter promittit, non adimplere: implet sanè,
& triticum nostrum, id est, virtutum opera,
quibus sustentamur, inimicis non tradit, &
vinum nostrum, hoc est, consolationes spiri-
tus hostibus non permittit.

Anima

Anima religiosa, si sinceram quoque fidem Christo tanquam sponsu ^{vnice} dilecto conservat. Nam verè fidelis est illa, quæ amore capta comparis sui, omnia detrimentum fecit, & arbitrata est ut stercore, ut Christum lucrifaceret, O quanta fidelitas, vniuersa reliquise, etiam quæ licet posset retinere, ne aliquo distractionis contagio fœderatur! O quantus amor, nihil in propriis necessitatis usus reservare, ut cor ab omnibus mundi rebus aulsum in solius sponsi amorem ac dilectionem incubere! Hanc fidelitatem sponsus anime Christus ab ea in cantico canticorum exquires, dicit illi: *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Quia iussione id præcipit illi ut fidelis sponsa, quæ iam paterna domo veteris Adæ egressa est, oculos mentis in vñtantum spousum defigat, amoris affectum in eo collocet, iugem memoriam in suo ductore atque amatore constituat. Id sane iubet, ut sponsum quasi annulum signatorium in corde, hoc est, in cogitationibus, in votis, in affectibus gestet, & in brachio, in operibus ac viræ laboribus præferat. Hæc omnia contendunt, ut Christus ab anima nostra totum amorem requirat, fidelitatem exposcat, cui fidem rependimus, cum iuxta prescriptum status nostri viuentes, velut mundo mortui, nihil sæculi cupimus, sed solum

Phil. 3.

Cant. 8.

D 4

Chri-

Christum tota mente requirimus. Hanc ergo fidelitatem Christus & anima religiosa casto professionis connubio copulati, sibi multo custodiunt, adeo, ut haec non insolenter sed grata affirmare possit. *Quia dilectus meus mihi, & ego illi.* Nam ille tam speciali cura ac prouidentia intendit huic animæ, ac si nihil aliud ad suum imperium pertineret: & ista tam intimo amore intendit illi, ac si nihil aliud amare didicisset. Ex quo mundo, & universis eius sollicitudinibus valedixit.

*Richar.
in cant.
cap. 8.*

Animæ (ut magnus ait cōtemplator Richardus) Deus amplexatur, quando eam per gratiam ad se trahit, sibi que coniungit: osculatur, cùm gratiæ suæ dulcedine reficit: fecundat eam, cùm charitate in auget: laetè pingueſcunt eius vbera, cùm dulcedine compassionis repletur. Est ibi spirituale connubium, concordia videlicet, & coniunctio voluntatum. Fecundat ibi non carnalis copula ventrem, sed Spiritus sanctus mentem, gemellis hanc imprægnans fœtibus, id est gemina charitate, Dei vide licet dilectione, & proximi. Quid ergo lætius, quid iucundus, quam his omnibus frui, et que virtutem acquirere, sanctitatem augere, & vitæ eternæ merita cumulare? Est ergo anima religiosa sponsa Dei, & Deus sponsus est animæ sibi per hunc fælicem statum consecratæ; siquidem hoc inter illos aetum vinculum intercedit, O anima religiosa,

sponsa

sponsa pulcherrima illius veri Isaac, qui humano generi attulit risum, *soror nostra es, crescas* Gen. 24
in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum tuorum. Soror mea es, quæcunque es, quia licet indignissimus, cundem statum religiosum teneo, eandem vitam tecum profiteor. Crescas in mille millia, & semper in laudem sponsi tui, cœlestibus donis, supernis desiderijs, & sanctis operibus augearis: Semen tuum, id est filij tui, quos verbo & exemplo generas, ita sint gratia fortes, & virtute robusti, ut aduersus hostes suos, victores euadant, & peccatorum cuneos fæliciter vincant atque prosternant.

C A P. XI.

De indumentis, & pretiosis gemmis
animæ religiose.

Hec igitur anima, quæ rebus mundanis valedixit, est sponsa Dei, quam tam pretiosis circundedit vestibus, tam pulchris exornauit gemmis, ut ipsem et hunc illustrem ornatum suis verbis per os Prophetæ declarare dignetur: *Et vnxí te olev*, Ezech. *hoc est illud oleum letitiae, quod religio sancta ministrat, & in suorum cordibus filiorum abundantiter infundit.* In ea namque ex puritate conscientiæ, & contemptu terrenorum, tanta interdum oritur

58 P. ALVAREZ DE PAZ

tur exultatio, vt omnes filii eius, ac si in bal-
neō lētitię essent loti, sic interiūs lēti atq; ala-
cres incedūt. In epithalamio sponsi cōcinitur.

psa. 44.

Myrrha, & gutta & Cassia, id est laudum, & leti-
tię odoramēta, à vestimentis tuis dēfluunt, &
à domibus eburneis manāt, ex quibus odora-
mentis deleētauerunt te filię regū in honore
tuo. *Et calceau te hyacintho, & cinxi te byssō, & in-*
āni te subtilibus. Sequūtur tres animę religioę
ornatus pretiosissimi, paupertas, castitas, & o-
bidiētia, in quibus substatia religionis cōsistit,
& conuenientissimè calceo, cingulo, & indu-
mento signātur. Calceus paupertatem signi-
fīcat, quę pedes animę, id est, affectus protegit,
ne in res tēporales impingāt, & scopulis diui-
tiarū lādantur. Paupertas enim licet exteriūs
fentiatur, præcipuè tamē in affeētu est, qui res
viles, & valdē ad vitam necessarias admittit;
curiosas verò, aut minimē necessarias, omni-
nō rejicit atque contemnit. Meritò autem hic
calceus ex Hyacintho conficitur, quoniā la-

Hieron. pīste (vt inquit Hieronymus) cæli habet si-
in Ezecl. militudinem, & cælestia desideria sunt, quę
cap. 1. amore tollunt terrenorum, nec potest quis
res diuinās ardenter amare, & pecunię ac su-
pelleētīli, aut rebus alijs vilissimis inhācere.

Hyacinthus tristitiā pellit, ita virtus paupertati-
tis mentem paucis contentam exhilarat. Cingulū
verò byssinū, quo lumbos iubemur
præcingere, index est castitatis. Quia enim
viris

Cal-
ceus
quid
signi-
cat.

utris luxuria in lumbis est (ut annotauit Gregorius) lumborum cinctorium, præsertim ex mundissimo bysso contextum, non aliud quā purissimam castitatem potest designare. Lumbos præcingimus, cùm carnis luxuriam per continentia coarctamus. Hoc igitur cingulo accingit Dominus sponsam suam, ut libidinis in ea virtus cohibeat, & aptā faciat ad percipiendā diuini luminis liritatē. Nec calu putandum est hoc cingulū, quo religiosi accinguntur, non lineum, sed byssinum fuisse nuncupatū, quod & tenuissimū est, & mūdiissimum; quoniam hi non tantūm extēnam carnis fœditatem fugere, sed minimam etiam cogitationem castitati aduersantem, debent omni conatu deuitare. Quod optimè Hugo notauit his verbis: Qui enim nō tantūm peccata carnis, quæ sunt quasi grossiora fila relinquunt, sed etiam cogitationū delicta, subtiliter examinant, hi bysso induuntur: his enim filis tela texitur religionis. Induuntur hi tunica talati, & cinguntur baltheis. Tunica talaris est in bonis operibus perseverantia longanimitatis, Baltheus, quo tenes cinguntur, est castitas, per quam luxurię fluxa restringuntur.

Indumentū rādem ex subtilibus obedientiā designat. Et hoc quā aptē ille solus intelliget, qui collū perfecte obedientiē nō ficit, sed vere submisit. Obedientia indumentū est, quoniam sicut uestis totum corpus tegit, sic obedientia

omnem

Greg.
H. 12.
in Euseb.

Hugo.
lib. 2. de
nupt.

spirit.

60 P. ALVAREZ DE PAZ

omnem vitam religiosam cooperit, in qua
nihil faciendum, nihil omittendum est, nisi
quod prælati præscribatur imperio. Vestis
profecto subtilis est obedientia, quæ filia so-
lius diuinæ voluntatis habet, per prælatum
nobis ostense, & nullam propriam volunta-
tem, quæ scilicet repugnat diuinæ, tanquam
crassiorem admittit.

Nec solæ vestes fidelissimo sponso curæ
fuerunt, quibus charissimæ sponsæ nuditate
geretur, sed prouidit ornamenta gemmarum,
quæ ipsam tum digniorem ostenderent, tum
pulchriorem efficerent. Hoc autem est quod
addit. *Et ornauit te ornamento, illis scilicet cæ-
stibus donis, quæ tanquam pretiosissimi lapi-
des sponsam exornant.* Quis dubitet religio-
sam animam non vicinque, sed pulcherrimè
ornatam esse, quam Christus simul ditissimus
rex, & amantissimus sponsus, ut sibi coniu-
ctam ac despensatam locupletat? *Et dedi ar-
millas in manibus tuis.* In his armillis robur in-
telligo, quod religiosis tribuitur ut religiosam
disciplinam ferant, corporis afflictiones su-
stentent, & plusquam si essent ferrei, corpore
spirituque laborent. *Et torquem circa collum
tuum.* Quid autem est torquis, nisi utilitas
propria, quam animæ religiosæ ex suis labo-
ribus, & præcipue ex munere prædicationis
percipiunt? nam eisdem laboribus, quibus
alios iuuant, se ipsas roborant, & in exercitio-

Ezech.
16.

virtutum fortiores efficiunt. Quare propria verba, atque labores, ad modum torquis, qui non solum ornamentum, sed etiam protectio colli est, eas protegunt atque circumdant. Et dedi inaurum super os tuum. Hoc monile silentium est, quod iure inauris appellatur, & gemma pretiosa super os pendente nobis exprimitur: quia ille hoc dono praeditus est, qui prius internis auribus a Domino percipit, quae ore est eloquuturus. Hæc pulchra inauris, non ex aure pendet, sed ori supponitur, ut mysticum aliquid contempleremur, nimirum silentium, nec posse esse facile, neque perpetuum, si non ab aure, id est, a cordis attentione procedat, quod esse debet diuinis rebus intentum.

Dominus autem qui tanta misericordia vestes & gemmas prouidit sponsæ suæ, ciborum non est, quibus reficiatur, oblitus. Nam similam (inquit) & mel & oleum comedisti. His tribus spiritualibus cibis quotidie religiosi vescuntur. Simila enim, aut verbum Dei est, aut illud magnificentum sacramentum quod Christi corpus & sanguinem veraciter continet. Vtriusque autem religio est abundantissima. Mel nihil aliud est, quam spiritualis consolatio. Oleum vero sancta deuotio, currum, mentis inungens; ut suauiter & sine strepitu onera penitentiae supportet, & velociter evolvet in sedes æternitatis. Audisti o anima mea,

mea, dignitatem tuam, qua exaltata es? Ornamentum tuum, quo decorata es? diuinas tuas, quibus in religiosa paupertate ditata es? Audisti Dei misericordiam erga te, sponsi dulcedinem, patris amorem? Vitam ergo tantam amplitudine dignam amplectere, & te totam puram, ac illibaram Christo dulcissimo sposo conserua, illi soli serua fidem, in eo omnem spem colloca, & ardentissimo ipsi amore coniungere; quia fidelis est, cui te totam serues, fortis, cui omnes tuas curas committas, & speciosus forma præ filiis hominū, cui magna vi amoris inhæreas. Hunc ergo sponsum semper cogita, hunc quere, huic in omnibus operibus placere stude: & beata, si quod statu accepisti, toto animi conatu seruaueris.

C A P. XII.

*Quanta sit magnitudo honoris
religiosorum.*

Nec potuit dœsse magnus honor, qui virtutem ac sanctitatem comitatur. Et quidem non honor fictus, sed verus, non inanis, sed solidus, stabilitatem habens, in admirationem hornines rapiens, & à vera gloriæ radice progrediens. Et decora (inquit) facta es

*Ezech.
16.*

vehementer.

vehementer nimis; ecce radicem & certissimam honoris causam: Et profecisti in regnum; ecce stabilitatem & firmitatem: Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decoro meo quem posueram super te. Ecce honoris magnitudinem, corda hominum in admirationem attollens. Radix & causa honoris, decor virtutis est. Honor verus, virtus animi est. In honore iustorum & veritas, & consolatio magna est. Si ergo venis, & non simulatus honor à virtute procedit, quis dubitet religiosæ virtutæ dicatos eximio honore, vniuerso etiam mundo contradicente affici, quos tam admirabilis virtus, tam ingens puritas motum exornat? Quandam istorum animam alloquitur Deus, cum ait: Et decor a facta es vehementer nimis. Quis iste decor? Que ista pulchritudo? Sanè decor, sanctitas, pulchritudo virtutis. Hæc in quounque sit, magna est, & venerabilis; verum in anima religiosa non utcumque magna, sed magna vehementer nimis. Nimis magna est ista pulchritudo, quam anima, non per aliquod temporis spatium, sed per totam vitam diligentissime curat. Verus enim honor, & nulla fictione maculatus, illis profectò tribuendus est, qui vere virtutis effecti participes non honore ambierunt, sed omnes honores, & dignitates seculi pro Christi obsequio, & amore refutarunt. Virtus honore digna est,

sed

sed religiosus habens statum virtutis, debet esse virtutis splendor, perfectionis exemplar, imago sanctitatis. Si (ut par est) virtutis sit, & sanctitatis sectator, impossibile est, non eum ab hominibus honorari. Vos autem si

vera atque perfecta Domini delectione flagratis, & Deum, qui utique charitas est, ple-

no spiritus feruore sectamini, ad quilibet lo-

ca inaccessabilia fugeritis, necesse est ea ab

hominibus frequentari: quantoq; vos proprie-

res Deo amoris diuini ardor efficerit, tanto

ad vos maior sanctorum fratum confluet

1. Reg. 2. multitudine. Quia diligentes me (inquit Dominus) glorificabo, qui autem me contemnunt erunt ignobiles. Dominus se diligentes, glorificat, &

Lut. 1. ut alio loco dicitur, se ipsos dejicientes extol-

lit. Deposit enim potentes, de sede (cecinit nostra

sanctissima Prophetissa) & exaltavit humiles.

Illi itaque, qui statum modestiae, & humili-

tatis arripuerunt, & omnem fastuim ac super-

biam repudiarunt, à Domino sine dubio sunt

exaltandi. Qui enim humiliatus fuerit, erit in glo-

ria. Ipse enim est qui ponit humiles in subli-

me. Ipse est qui vivificat spiritum humilium,

cum eos erigit è puluere terræ, & collocat in

concilio magnarum. Nam scriptum est. Omnis

qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, ex-

altabitur. Si hoc ita est, in vita humili humili-

tatem seruemus, in statu modestie modestiam

teneamus, & nostro regio honore contenti,

vanos

vanos sæculi honores fugientes, erimus vniuersis principibus glorioiores.

Religiosi autem in supremi regis Christi amicitiam penitus sūt immersi, & magnas vniuersis populis vtilitates afferunt: meritò ergo ab omnibus honorātur, & nomen eorum in gentes egressum est. Sunt profectò in gradum arctæ familiaritatis adsciti, ideo quippe religiosi vocantur, quasi Deo notitia & charitate religati. Quod his verbis insinuat Augustinus. Religet nos religio vni omnipotenti Deo; quia inter mentem nostram, quia illum intelligimus patrem; & veritatem, id est lucem interiorē, per quam illum intelligimus, nulla interposita creatura est, Deo amore succēsi, omnibus creaturis seipso exuerunt, & ita exuti Deum semper cogitant, quantum fragilitas humana permittit. Ex hac autem amicitia manat, ut religiosi Ecclesiæ sint valdè profici, quā operibus illustrant, doctrina erudiunt, orationibus fulciunt. Hac amicitia fundati ad quærendam Domini gloriam incitantur, dicente Domino; *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum:* *Manent quippe isti in Christo, cui tanquam palmites viui per gratiam, & charitatem vnti sunt, & quē suorum operum initium & finem agnoscunt, & manet Christus in illis, eos, ut frustum copiosum edant, roborans atque for-*

*Aug. lib.
de vera
religione
cap. 55.*

Ioan. 15.

E rificans

tificans . Ex hoc verò quod ista opera in Christo & propter Christum facta , vtilia sunt proximis, non solum laudatio Dei, sed etiam tam fidelium seruorum honor splendorque subsequitur. Hinc germinant quasi

Ioh. 15.

vinea, quia ex ea vera vite quæ dixit : ego sum vobis, vos palmites , succum trahentes; quid mirum si tāquam generosa vinea suauissimos fructus mensæ Domini dignos emittrat ? Vtilitas ergo religiosorum eos honorabile facit. Auge t autem hanc amplitudinis causam, quod ex vtilitate, quā Ecclesiæ afferunt , tantum abest ipsos honorem ambires quod potius ipsum omnimodè fugiunt atque contemnunt. Hoc discunt, ut velint nesciri, ament cōtemni, diligent pro nihilo reputari, ut verè dicantur, & sint universæ mundanæ gloriæ contemptores. Gloriā autem (inquit Chrysostomus) aliter alsequi non licet, nisi gloriā fugiendo. Nam donec quidem eam sectamur , nos fugit; cū autem eam fugimus, nos ipsa sequitur . Si vis esse gloriōsus, noli gloriā cōcupiscere, si vis esse sublimis , ne te sublimem facias. Et æquum est etiam, ô anima religiosa, ut nomē tuum ingressum sit in gentes, propter speciem tuam: quia nihil speciosius, & nihil honore dignius excogitari potest ea anima, quæ cum multa quotidie praestet honore dignissima , omnem tamen gloriā & honorem

*Chrys.
39. ad
populum*

DE VITA SPIRIT. EPIT. 67
notē auersatur, ut ei placeat, cui se probauit.

C A P. XIII.

Religiosos omnia prædicta bona suscepisse, ut Dominus sit Deus eorum, ipsi autem populus Dei.

Inquiramus à nobis meti ipsis, quam ob causam pius ac benignus Dominus nos à tantis calamitatibus ac miserijs sæculi exemit? Quare nos in domū suam, in amœnissimum patadisum, in locum quietis & pacis, scilicet in statū religiosum vocauit? Quare in tam amplissimā dignitatem extulit? tantis beneficijs & muneribus cumulauit, & à fluctibus sæui matis eductos, in portum & arcem tantæ securitatis & tranquillitatis euexit? an fecit hoc Dominus, ut otio & socordia torperemus, & tanquam nonnulli nobiles, qui aliorum labore se sustentāt, in varijs occupationibus tempus insumeremus? An fecit, ut vitam commodis plenam, & rebus ad vsum necessarijs abundè refertam haberemus? Quis credat eum, qui humanū animum sui capacem condidit, & in beatitudinis adoptionem destinauit, quodā homines tantis beneficijs muneribusque donasse, ut vitam ignauam & inertē ducerent, & sine vlla utilitate in suum finem ordinata transigerent? *Ego sum Dominus (inquit) qui eduxi vos de terra Aegypti, ut essem vobis in Deū.*

Lev. 11.

Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Hic

E 2 scopus

68 P. ALVAREZ DE PAZ
scopus est (& Deus ipse testatur) propter
quem nos à sæculo eripuit, ad religionem
admisit, & tam ingéribus est beneficijs pro-
sequutus. A quanam Ægypto nos Dominus
eduxit? nisi à sæculo, in quo dum vitam e-
gimus, principi tenebrarum in seruiebamus,
cuius importabilis dominatio vincet nos,
oppressoisque tenebat? Ægyptus enim (ut
ait sanctus Cyrillus) tenebrosa quædam re-
gio interpretatur, & pro conditione pre-
sentis sæculi, atque statu, in quo magna pro-
feta premimur seruitute, spiritualiter capi-
tur. Ab hac Ægypto spirituali liberavit nos
Dominus (sine ulla mensura gratiæ illi rese-
rantur) in manu potenti, in brachio excuso,
in signis atque portentis; diabolū proster-
nens, peccata nos persequentia in sui san-
gninis mare demergens, bonorum operum
vestimenta conseruans, cœlesti pane sanctæ
orationis animæ vitam sustentans, conspe-
ctu serpentis ænei, hoc est, crucifixi, sanans,
tandem columnæ nubis splendentis per
diem, & ignis flammantis per noctem, hoc
est protectione sua, per desertum multarū
difficultatum, in terram promissam, in lo-
cūm nos quietis ac pacis deducens.

Hoc autem ingenti beneficio, quod tam
immensa beneficia complectitur, sumula-
lauit nos Dominus verè misericordiarum
pater, non quidem ob alium finem, nisi ut
ipsum

Cyrill.

ipsum habemus in Deum. Ut scilicet ^{um} iugiter cogitemus, eius consortium cupiamus, & solis diuinis obsequijs inhærentes, ipsius honorem & gloriam affectemus: illi Dominum habent in Deum, qui diuinas nō colunt, voluptates non venerantur, honores, & mundanas dignitates non obseruant; sed creatorem suum sincero corde quarentes, & virtutes tota auditate sectantes, testatum faciunt, Deum se in partem atque hæreditatem elegisse. Illi Dominum habent in Deum, qui ita se illi exhibent, quemadmodum Dei natura atque munus, quo erga nos fungitur, policit. Qui ita eum fidelitate & mandatorum obseruantia complectuntur, sicut sentiunt se ab ipsius maiestate ac potentia contineri, qui diuinis inspirationibus, & sanctis desiderijs se repleti sinunt. Illi Dominum habent in Deum, qui nihil præter ipsum cupientes, & nullā rem creatam, nisi quatenus ad Deum ducit, amantes, in eo solo omnes affectus, desideriaq; constituunt. Illi tandem Dominum habent in Deum, qui sancti esse conantur, sicut & ipse sanctus est, & per mandatorum obseruationem Deo similes sunt, & in mentibus proprijs diuinam similitudinem exprimunt. Hoc autem ista salutari præceptione significasse Dominum testatur his verbis Chrysostomus. *Quid est, sancti estote, nisi præce-*

*Chrysost.
ex variis
locis
Matth.
hom. 9.*

E 3 pta

70 P. ALVAREZ DE PAZ

pta mea implete, voluntatem meam facite,
in vijs meis ambulate? & addit: cum ista fe-
ceritis, sacerdificatur patet noster, qui in celis
est. Eduxit ergo nos ex hac spirituali AEgy.

Deut. 32 pto, ex tenebroso sæculo, ut ipse nobis esset
in Deum, ex quo illud sine dubio consequi-
tur, ut nos simus populus Dei. Religiosi pte
omnibus sunt pecularis populus, quæ ele-
git Dominus in hæreditatē sibi. Iste est po-
pulus, quem inuenit in terra deserta, in loco hor-
roris, & constituit eum super excelsam terram, ut

Deut. 32 comederet fructus agrorū, ut sugaret mel depera,
oleumque de saxo durissimo. Nam sæculum ter-
ra deserta est, omnis boni & spiritualis co-
moditatis indiga. Terra autem excelsa est

Hugo
ser. 21. vita spiritualis, quam religiosus status pro-
fitetur. Vnde Hugo Victorinus recte ait: ter-
ra Israel dicitur excelsa, quia vita spiritualis
per virtutum eminentiam ad cælestia bona
contemplanda sublimiter est exaltata. Quæ
exspectat pluviā de celo, id est, gratiā à Deo,
quam quoque Dominus Deus promisit, &
seper immisit, quia quid in ipsa agatur, dili-
genter attēdit, & ei gratiam ad maiora bona
peragēda misericorditer tribuit. Assumit eos
in populū suum, quia maiori dilectione pro-
sequitur, & specialiori prouidētia custodit.

Religiosa vita est status animi vniuersalē
virtutum exercitatione perfectus. Qui soli
habitum induit, & virtutes induimento cō-

gruas



gruas habere non curat, similis profecto est homini saeculari, qui aliqua necessitate coactus in cœnobium se recipit, & habitu monachi induit, non ut monachus sit, sed ut tunc maneat, & securior delitescat. Non dubium est, vitam ipsam religiosam & spiritualē nos Dei populum constituere, veros religiosos facere, atque in finem nostrę vocationis deducere. Tu ergo, ô religiose, qui mundo contempto, in cœnobium fugisti, & ad statum religiosum conuolasti, memento hunc esse scopum operis tui, ut Dominus sit tibi Deus, tu autem finem assequeris, si vitam spiritualem arripias, & per viuensarum virtutum itinera, non sequenter, sed magna celeritate discurras. Tunc Dominus est tibi Deus, cum illi te totum possidendum tradis, & nihil tui, aut carnis illecebris, aut cupiditati mundanæ, aut superbiae diabolicae derelinquis. Tunc Dominus est tibi Deus, cum illum omnibus præfers, nec pro rebus modicis, quales sunt omnes res saeculi huius, tuum ultimum finem amittis. Tunc Dominus est tibi Deus, cum spretis omnibus, pace ac tranquillitate mentem exornas, ut Dei tui habitaculum efficiatur. Tunc demum pertines ad populum Dei, cum occupationes saeculares omnino deseris, cum mores

E 4 reli-

religiosos induis, & spiritualem vitam a curis rerum temporalium auulsam omni diligentia sectaris. Hic sit noster conatus, ut in domo spiritus, spirituales, & in officina sanctitatis, simus sancti, & studiosi in schola virtutis. Vitia & affectus superasse, sit nostra vita, sit nostra victoria. Ne effundamus cor in coenitatem secularium, neque amore vilitatum, quas dimisimus, vitam nostram fœdemus. Est quidem tempus nostrum, tempus amantium, ne conuertamus illud in affectus & qualitates seruorum: sed diuina prouidentia protecti, & in sponsa dignitate constituti, sponsa Christi, tum honorem, tum pulchritudinem, & uniuersatum virtutum indumentum optemus. Sic enim fiet, ut nostro muneri satisfacientes, assequamur spiritualem vitam, eiusque perfectionem, cuius causa religiosam vitam cœpimus profiteri.

CAPVT XIV.

Vitam spiritualem, prout in habitu consistit, esse gratiam facientem nos Deo gratos.

Ita natura comparatum est, ut ex corporibus ad spiritualia, & ex manifestis ad occultorum cognitionem transcamus. Vnde cum naturalis vita clarior nobis & evidenter sit; ipsa spiritualis vitae lucem ac notitiam paret. Vita autem naturalis, si Philos-

phos consulamus, nihil aliud est, quam natura rei potentis seipsum mouere, in actumue, *Hieron.*
ac perfectionem redigere &c. Hieronymus *in Job.*
illud Job. interpretans: vita & misericordiam tribuisti mihi. Ipsa anima (inquit) est
vita hic appellata, non vita animæ, quia pos-
sunt, & actus animæ vita nuncupari. Quem-
ad nodum vita hominis, quam animam ra-
tionis participem nuncupamus est illa inter-
rior spiritualisque substantia, qua homo se
spiritualiter & corporaliter mouet, ac perficit,
quæ illi tribuit ut homo sit, & est facul-
tatum, quibus operatur, origo, & medijs il-
lis, ipsarum operationum principium: ita
vita spiritualis, est aliquid intra nos manens,
quod & nos spirituales efficiat, & fons sit
facultatum spiritualium, nec non & actionum
spiritualium exordium. Hoc autem si dili-
gentius quid sit inquiratur, inueniemus ni-
hil aliud esse, quam illud augustinum do-
num diuinitus attributum, quod gratiam
nuncupamus. Hoc autem donum gratia vo-
catur, quoniam gratis, & liberaliter nobis
datur. *Quare gratia?* (inquit Augustinus) & *in Psal.*
sibi ipse respondet; quia gratis datur. *Quare 30.*
gratis datur? *Quia merita tua non præcesserunt,* sed beneficia Dei te præuenierunt. *Est*
autem gratia affectio manens, seu habitus
quidam supernaturalis mentibus iustorum

74 P. ALVAREZ DE PAZ
infusus per Spiritum sanctum, qui datus est
illis. Gratia est, quæ ipsam animæ naturam
perficiens, eam facit veluti deiferam partici-
pemque & consortem diuinæ naturæ. Gratia
est quæ deuidit inter filios Dei & filios dia-
boli, quæ Deum placat, & homines suo crea-
tori conciliat. Hæc est cuius præsidio iustifi-
camur, & Deo grati, accepti, ac amici reddi-
mum. Hæc est semen æternæ vitæ, sine qua
nulli in cælestem patriam patet ingressus.
Est decor & pulchritudo, qua anima Deo
apparet a mabilis. Est lumen diuinitus indi-
tum, & mentem reddens illustrem, & splen-
didam, & de quo Paulus: *Qui dignos nos fecit
in partem sororis sanctorum in lumine.* Est vestis
illa nuptialis hominem eximio honore di-
gnum efficiens, ut in summi regis conuiuio
admittatur. Est fons aquæ salientis in vitam
æternam, vnde Paulus: *Gratia Dei vita æterna.*

Coll. I.

Rom. 6.

Quia opera à gratia emanantia, illius vitæ,
quam speramus, sunt merita. Est quæ nos
efficit membra Christi: Quare & à Christo
capite, & per Christi merita datur, & ut ei
adhæreamus, benignè confertur. Est deni-
que vita nostra spiritualis, quia nos ex peccatoribus
convertit in sanctos: ex defunctis,
viuentes facit, & in spiritualiter mortuis ma-
nere non potest.

Hanc esse animæ spiritualem, vitam san-
ctus

ctus Ephrem magnificis verbis exaggerat.

Enitere (ait) ut diuinam gratiam iugiter in ^{Ephrem} mente tua habeas, ne illudaris. Cole illam, ^{de diuina} ^{gratia.} vt custodem tuam, ne iniuria affecta relin- quat te. Venerare illam ut magistrum tuam int̄sibilem, ne illa absente verseris in te- nebris; sine illa noli certamen inire, ne tur- piter interreas. Sine comitatu illius virtutis semitam ne ingrediaris, nam draco rugiens insidias tibi struet. Absque consilio illius ne tractes, quæ ad animam pertinent: multi enim sunt, qui specie recti mentem depra- uant. Illa tibi nauiganti nisi affuerit, vani la- bores tui erunt: illam nisi sociam tibi habue- ris, dolos serpentis ignorabis. Cùm prom- ptitudine igitur animi morem ip̄si gerito, & cuncta tibi perspicua redder. Studiosè præ- cepta illius im̄bibe, & cito absque vlla sol- litudine eris. Sororem tibi assume illam (ut monet Scriptura) & semitam pacis ostendet tibi, & filium altissimi efficit te &c.

Est ergo gratia vita animæ, ut enim vita naturalis generatione naturali, ita vita sp̄iritualis generatione spirituali conquiritur. Hæc autem generatio est Sacramentum Baptismatis. &c. Viuimus gratia, quoniam sicut anima viuiscat corpus, & ipsum rectum

rectum tenet, & aptum efficit præstandis
actionibus vitalibus: ita gratia viuificat ani-
mam, ipsamque à motie peccati ad recti-
dinem renovat & actionum, quibus præ-
mium æternum promeremur, reddit parti-
cipem: *Formauit Dominus Deus hominem, secū-
dum naturā, de luto terræ, & inspirauit in faciem
eius spiraculum vite, & factus est homo in animam
viventem.* Formauit etiam eum supra natu-
ram secundum spiritum filij sui, & spirauit in
animam eius spiritum gratiæ, & factus est
homo in spiritum viuificantem. In illum sci-
licet spiritum, & in illam gratiæ vitam, quæ
quoad se pertinet, nunquam corruptionem
sensit, nunquam mortem exspectat, nunquā
suum domicilium, nimirum animam deserit,
nisi ab ipsa anima, per peccatum decepta, im-
prudenter deseratur. Ex hac autem gratia
vita oritur, ut moueamur meritis, & actioni-
num bonarum gressus nostri dirigantur in
cælum: nam si corpus vitam habens, ordina-
tis motibus tendit in terminum, in quo
quiescit, anima gratiam habens, sanctis ope-
ribus tendit in finem beatitudinis, in quo
quietem veram, & nulli perturbationi ob-
noxiam participat. Hoc enim de his gratia
viventibus canit sanctus Dauid, dicens: *Ibunt
de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in
Sion.* His quidem virtutibus, quas gratia se-
cum affert, ibimus in illam virtutem æternæ
quietis,

Gen. 2.

Psal. 83.

quietis, quam nullum nouum iter subsequatur, quæ nullo nouo motu interpelletur. Ab his virtutibus (inquit Augustinus) imus in illam virtutem. Et quæ est illa virtus, nisi so-
Aug.
in Psal.

lus contemplationis Dei? necessaria ibi non est ista prudentia (quoad actiones intellige) vbi nulla mala occurſura ſunt, quæ vitemus; non iſta iuſtitia, vbi nulla erit cuiusquam indigentia, cui ſubuenire debeamus. Non iſta temperantia, vbi nulla erit libido refrænanda. Non iſta fortitudo, vbi nulla eruit mala toleranda. Ergo ab his virtutibus huius actionis ibimus in virtutem illius contemplationis, qua contemplemur Deum, ſicut ſcriptum eſt: *Mane adſtabo tibi, & contemplabor.* *Pſal. 5.*

Virtutum itaque merita ſunt gressus nostri, quibus à mortalitate diſcedimus, & ad immortalitatem festinamus, & denique ſtamus perseverantia & ſtabilitate. Qui enim in gratia perſtāt, & in bonorum operum exercitatione perſiſtit, à Domino eſſe ſupernaturale, & diuinum accipit, quo à nihilo peccati emergens, cum viuentibus computetur, & inter eos, qui ſunt, vita ſupernaturali ſuſtinet. *Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.* Non cadet autem, ſi ſpiritum vitæ, qui in gratia conſiſtit, bonorum operum perseverantia ſeruaerit.

Hæc

1. Cor.
10.

Hæc vita est, ratione cuius Spiritum sanctum animæ habitatorem possidemus, & Spiritus Christi possesores constituimur.

Rom. 8

Quod Paulus perspicuis verbis edocuit. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius, hoc est, non habet vitam & spiritum eius, licet numero, ob fidem mortuam quam habet, ad cœtum fidelium, & ad membra

Aug.

tract. 26

in Ioan.

70.

Christi mortua pertineat. Quare optime dixit Augustinus: non potest vivere corpus Christi, nisi de spiritu Christi; qui vult vivere, habet ubi vivat, habet unde vivat. Accedit, credit, & sufficit hoc: nequaquam, sed incorporetur ut vivificetur. Non abhorreat a compage membrorum, non sit putre membrum quod resecari mereatur, non sit distortum, de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum, haeret corpori, vivat Deo de Deo. Quia ergo Deus per hoc praestantissimum donum in mentibus iustorum commoratur tanquam accola in domo quam inhabitat, sicut Deus in templo sancto suo, in quo sincerissime adoratur & colitur: ideo ipse a patribus vita spiritualis animæ nuncupatur: Vnde idem pater Augustinus sic ait: dicam audacter, fratres, sed tamen verum: Duæ vitæ sunt, una corporis, altera animæ: sicut vita corporis anima, sic vita animæ Deus: Quomodo si anima deserat, moritur

COR

corpus, si anima moritur, si deserat: Deus ipsa
est enim gratia eius ut resuscitet, & sit nobis-
cum. Iam verò (inquit Bernardus) vera ani-
mæ vita Deus est, &c. Est vita animæ, non
tanquam forma, sed tanquam effector: est
vita, quia auctor est vita. *Sic etiam Christus Deus*
vita nostra à Paulo vocatur. *Cum Christus (in- vita ani-
quit) apparuerit vita nostra, tunc & vos apparebi- mæ.*
tis cum ipso in gloria. Vita nostra Christus est, ait *Coll. 3.*
Ambrosius, quia legimus in actis Apostolo- *Ambr.*
rum, hunc esse vitæ auctorem. Est ergo gratia
vita spiritualis animæ, sine qua, licet natura-
liter viuat, se ipsa, tamen Deo mortua est, ac
cælestibus gaudijs defuncta, quia gratiam
amittens Dei initia, & iuris ad regnum
cælestis expers constituitur.

Sicut vita naturalis dat corpori ut sit,
& viuat secundum naturam, ita vita gratiæ
dat animæ, ut sit, & viuat supra naturam.
Illa corpus renuens, & motum ac vires sub-
ministrans, hæc affectus in res diuinæ &
gressus tribuit, ut contendamus in cælum,
& intus spiritum nostrum exornat. Vita
verò corporis lutum est, seu vapor ad
modicum parens, & deinceps extermin-
abitur. Hic itaque sit similitudinis fru-
ctus, quam in re vitæ naturalem &
spiritualem adspeximus, ut pretiosiorem
impensis amemus, & diligentius meliorem

cu-

80 P. ALVAREZ DE PAZ

custodiamus. Vita naturalis ex debito naturæ datur, vita gratiæ dono Dei ac beneficio conceditur. Illa inter limites naturæ se continet, hæc supernaturalis est, & ad ordinem diuinum spæctat. Illa facit nos humanos & terrestres, hæc reddit cælestes & diuinos. Primus enim homo Adam, qui vitam naturæ nobis impertit, de terra terrenus est, secundus homo Christus, qui gratiæ vitam cōmunicat, de cælo cælestis. Vnde sicut ab illo portamus imaginem terreni, ita & ab isto portamus imaginem cælestis, &c. *Iustorum* semita id est vita quasi lux splendens, procedit & crescit usque ad perfectam diem. In iustorum namque animis (ait Gregorius) bonum desiderium, atque intellectus lucis intimæ, iam pars diei est, sed usque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad regna cælestia perduci, in ea luce, quam desiderant, iam minus aliquid non habebunt. Vita gratiæ vera vita est, quæ si per nos non stat, semper crescit, semper durat, & initium est vitæ numquam perit, quæ nos ad bonas actiones vocat, ad virtutem allicit, ad diuinam familiaritatem instigat, ad quærendas veras diuitias & sempiternos thesauros inuitat. Cuius causa vita naturalis amanda est, quod si eam aut destruat, aut extenuet, fugienda.

Hanc

1. Cor.

15.

Prou. 4.

hanc vitam vtique veram, & super omnes diuitias amabilem, illi morti vitali præferamus, & omnibus votis conseruare, & promouere cupiamus. Non solum autem cupiamus, sed humiliter de rebus nostris sentientes, & nobis-ipsis diffidentes, diuino auxilio fulti, ac sanctis operibus conseruemus. Sola namque desideria vitam gratiæ custodire nō possunt, nisi bona opera desiderijs accedant. Optimè enim dixit Ephrem: noui per multos optare se gratiæ filios esse, sed quid illis prodest velle, nisi accedant & facta: multi etiam per fidem gratiæ, filii sunt appellati, sed nō multi propter negligentiam illa potentur &c.

C A P V T X V.

*De indicijs vita spiritualis, & quid
sit vita spiritualis, prout in
actione consistit.*

Non sine testimonij reliquit amicos suos Deus, quibus declararet erga illos diuitias misericordiæ suæ, ipsorumque vitam spiritualem habere sufficienter ostenderet. Meditabamur sane gratiam, quæ nos Deo gratos facit, rationali summi sacerdotis fuisse signatam, neque hoc omnino dissidet à patrum sententia. Si enim Rationale (ut putat

*Exod.
28.*

F. Gregorius)

Gregorius) munditiam cogitationum significat, quid prohibet ipsam munditiam, ac totius animę nostrę puritatem in illo intelligere, quę minimę ab ipsa gratia & anima vita secernitur. Optima quidem gratia, & vita spiritualis imago, nam Rationale, licet parum, ceteris tamen sacratus uestimentum, duplex erat, in mensuram palmi, ex auro, & quatuor coloribus, hiacyntho, & purpura, coquoq; bis unctione, & bysso retorta contextum, atque à superhumerali dependens, pectus sacerdotis, sedem scilicet cordis operiebat & exornabat. Nominę doctrinę & veritatis (ut inquit Augustinus) in ipsa textura habebat descripta, & duodecim pretiosissimis gēmis, quę & duodecim Patriarcharum nomina proferebat, & minus positę rationalis pulchritudinem ostendebat. O pulcherrima gratia imago! o præclarissima vita spiritualis significatio! Gratia namque uestis sacerdotalis est, illorum nimirum sacerdotum, ad quos loquebatur Petrus, dicens:

2. Pet. 2

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Quibus enim iste laudes conuenient, nisi iustis & amicis Dei? Hie electi sunt, quia ad æternam hereditatem vocati, reges & sacerdotes sunt, quia propriis affectibus imperant, & Deo se totos in odorem suavitatis offerunt. Sancti sunt, quoniam mundi & immaculati per gratiam, & populus acquisitionis,

acquisitionis, quia magno sanguinis Christi
precio redempti. Gratia quoque modica est,
quod ad extērnam speciem attinet, sed ma-
gna virtute. Nam *sicut granum sinapis minimū*
quidem est omnibus seminibus; cū autem creuerit,
maius est omnibus oleribus: ita hōc donum præ-
*stantissimum paruulum est, id est, amore hu-
militatis exiguum, sed cū crescit, & se in
virtutes ac bonas actiones dilatāt, omnibus
donis naturalibus inuenit superius. Duplex*
etiam est, quia beneficio virtutum ab ipsa
*promanantium, internas animæ vires mode-
ratur, & corporis sensus, actionesque dispo-
nit. In mensuram palmi distendit, quod (vt
notat Beda) distentione manus & digitorū*
conficitur, quia ad sui conuersionem &
*augmentum, non animum oscitantem, & tæ-
piditate cōtractum, sed conatum indefatiga-
bilem ac diligentiam pīæ intentionis requi-
rit. Quare autē ex auro, & quatuor coloribus*
texitur? nisi quia auri charitatis, ac quatuor
*virtutum moralium infusatum, prudentiæ,
iusticiæ, fortitudinis, & temperantia est ipsa*
*principium. Et quā ob causam à superhume-
rati dependet, quod bonorum operum labore*
*designat, nisi quia bonis operibus conserua-
tur, & sine vsu eorum periculo casus exponi-
tur? Sedem cordis, id est, vitæ naturalis domi-
ciliū tegit, quoniam hæc vita spiritualis vi-
tam ipsam naturale scilicet animam nostram*

*Matth.
13.*

F 2 informat.

84 P. ALVAREZ DE PAZ
informat Vrim, & Thummim, hoc est, do-
ctrinā & veritate depingitur, quia diuinili-
minis claritate, & omnium virtutum perfe-
ctione decoratur. In hoc igitur mystico ri-
tuali, quod animam nostram exornat, &
idoneam reddit, ut ante diuinum conse-
ctum appareat, duodecim sunt geminæ pre-
tiosæ, id est, duodecim signa probabilia, qui-
bus mens nostra, an grata sit Deo, & vitam
spiritualem possideat, valeat utrumque co-
gnoscere. Primum signum est contritio vera,
& efficax detestatio præteriorum peccato-
rum. Est namque contritio illud labrum &
neum, de speculis mulierum fabrefactum, &
in introitu vitæ spiritualis collocatum, in quo
est aqua doloris, ac lachrymarum, quâ mun-
deris, & speculum, id est, iudicium aliquod
in quo munditiam tuam adspicias.

Secundum signum est stabilis ac firma vo-
luntas non perpetrandi aliquod graue pecca-
tum, etiam si quis timeat, aut propriæ vita,
aut omnium rerum creatarum jacturam. Si
1. Ioen: enim omnis qui in Christo manet, non pec-
2. cat, non solum ex eo quod vitat omne peccatum
Volun- extensus, verum etiam quia non ad-
tas fir- mittit, quatenus in Deo manet, peccandi
ma nō peccadi
terui si
delis
est, voluntatem, qui huius particeps est, firmissi-
mæ volūtatis, magnam habet suæ mansionis
in Deo, atque adeò vitæ spiritualis conjectu-
ram. Hæc sane voluntas non est hostis, sed
seus

serui fidelis. Vnde si tu hoc desiderium es adeptus famulandi domino, & nunquam transgrediendi diuina mandata, inter fideles domini seruos computandus videris.

Tertium signum est, multo tempore cri-
men non commisisse, neque graue peccatum
perpetrasse. Nam (ut inquit Gregorius) pec-
catum, quod cito pœnitentiâ nor tergitur,
justo Dei iudicio ad aliud trahit, &c.

Quartum signum est diuinæ legis obserua-
tio, & omnium diuinorum mandatorum im-
pletio, de justo quippe dictum est: sed in lege
Domini voluntas eius. Et qui habet mandata
mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. &
rursus: si quis diligit me, sermonem meum
seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum
veniemus, & mansionem apud eum facie-
mus, &c.

Quintum signum est lux quædā cælestis, men-
tes justorū illustrans, quâ seculi vanissimam
vanitatem agnoscant, cælestia mysteria con-
templentur, & quid in singulis negotijs agé-
dum sit, quidque omittendum, facile anim-
aduertant. Hoc Regius Propheta insi-
nuauit, dicens: accedite ad Deum, & illu-
minamini, id est, illuminabimini. Accedi-
mas ad Deum, nimirum charitate Dei, & di-
lectione proximi; quia ad verū solem justitiae
accipimus, illuminis, illuminamur claritate
Dei, illâ quidem claritate, quæ intellectum

F 3 suauiter

Greg.

homil. in

Ezeh.

psal. 1.

Ioan.

14.

psal. 33.

suauiter docens affectum ad despectionem
sæculi, ad amorem Dei, & ad studium bono-
rum operum, potenter exsuscitat. Est nam-
que gratia gratum faciens, quædam matu-
na stella præfulgida, quæ electorum quæque
præcedens cordè ducit ad Christum.

Sextum signum est charitas, quæ feruen-
tissimè Deum amamus, ei per omnia placere
cupimus, & proximos, præsertim inimicos, &
nobis infestos diligimus. Origenes ait: tunc
nos testimonium habere, quod sumus filii
Dei, cum à spiritu seruitutis in adoptionis
spiritum venerimus, cum iam nihil inest ti-
moris, id est, nihil propter pœnam gerimus,
sed propter amorem patris cuncta perficiimus.

Septimum gratiæ indicium est letitia atq;
gaudium, nō quidem illud inane, sed verum,
ac de cælestibus rebus adeptum. Hoc gaudio
ita iusti animus adimpletur, ut manifestè vi-
deat gratiæ & virtutis itinera tristia non esse,
sed omnem mundi exultationem superare.
De hac enim gratia, quæ vera sapientia est, il-
lud dictum existimo: *Longitudo dierum in de-
xtera eius, & in sinistra illius diutiae; & gloria vie
eius, via pulchra, & omnes semita illius pacifica.* Ita
omnia, annorum diuturnitas, opes incompa-
rables, honores eximij, quid nisi gaudium ef-
ficiunt? & via eius pulchrae, vel (ut est in he-
breo) iucundæ, ac pacis referunt; quid nisi ipsa
letitiam, & exultationem præsignabunt? sed

clarius

Orig. in
epist. ad
Rom. ad
6. 8.

Pro. 3.

clariss Isaias hoc ipsum affirmat: Gaudium scilicet esse gratiæ fructum, ac vitæ spiritualis effectum. Cùm enim Domini voluntatem aperuisset, cuius impletione spiritualis vita comparatur, ita subjugi: Tunc nimis, cùm hanc voluntatem fueris exequutus, delectabis super Domino, & sustollam te super altitudines terra, & cibabo te hereditate Iacob patris tui. Si enim gaudium efficit præsentia rei amatæ, gaudet iusti, & spiritualiter viventes necesse est, qui Deum summè dilectum gratiæ beneficio præsentem habent, suarumque mentium habitatorem suscipiunt. Itaque hoc gaudium sentientes, eoque in Domino exultantes, bene possunt existimare, se vitam gratiæ spiritualem comparasse.

Ostium indicium est pax illa, scilicet pax exsuperans omnem sensum, quæ tumultus & anxietates conscientiæ sedat, somnis rebellionem comprimit, carnis proteruiam spiritui subjugat, & admirabilem quandam tranquillitatem ingerens, omnia vitiorum bella, clamoresque repellit. In acquisitione virtutū, & sincerissima Domini dilectione occupatur, signum est sponsum adesse, animam amore complecti, anteaque eam in suam amicitiam recepisse: in pace quippe factus est locutus.

Nonū indicium est contemptus sæculi, dispiciens terrenorum, fuga honorū, diuitiarū, ac voluptatum, cœlestis patriæ, & perfectionis

F 4 desiderium

Isa. 52

desiderium, & fervor, ac animi quies in excitatione virtutum. Qui immoderatè seculaz amorem tenet, divini amoris manet iesus. Preclarè enim dixit Gregorius; Esse quidem sine delectatione anima nunquam potest; nam aut infirmis delectatur, aut summis, & quanto altiori studio exercetur ad summum tanto majori fastidio torpescit ad infima.

Decimum indicium est, aut non timere mortem, sed eam æquo & alacri animo expectare, aut eam valde cupere, sicut rem desiderabilem atque pretiosam. Amicus enim est judicis, qui judicis occursum non timet, & seruus fidelis est Regis, qui Regis conspectu non veretur, & res creatas non amat, qui eas in perpetuum deserere non exhorret. *Quis dicat nisi amicus Christi: Cupio dissolui, & esse cum Christo?* Quis nisi verus amator Dei confidenter proferat: coarctor autem à duabus, desiderium habes dissolui, & esse cum Christo, multò melius, permanere autem in carne necessarium propter vos. Qui nisi socii fideles erunt, similes seruis exspectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, ut cum venerit, & pulsauerit confessim & sine timore aliquo aperiant ei.

Vndecimum indicium est conscientia propriae testimonium non increpantis nos, neque aduersus aliquod graue peccatum oblagrantis. Nam conscientiae motum impressit nobis

Philip.

nobis Deus, ut prava deprehendat, iniqua corrigat, distorta dirigat, bona approbet, & ad meliora semper instiget. Hanc tola justitia & morum rectitudo placare potest. *Gloria nostra* ^{2. Cor. 4.} *hac est testimonium conscientiae nostrae, si cor nostrum* ^{1. Ioann.} *non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.* Concipimus fiduciam, quod Deo placemus, si cor, id est, conscientia non reprehendat nos, non sane vanam & temerariam, sed verisimilem, & probabili persuasione fulcitam.

Duodecimum tandem indicium est testimonium spiritus sancti, qui interdum latenter mentibus justorum verba quædam instillat, dicentia, ipsos fuisse iam Dei gratiam & amicitiam consequutos. Nos autem (inquit ^{1. Cor. 2.} Paulus) non spiritum huius mundi acceperimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, itaque spiritus ipse Dei est, qui interius aliquando testificatur in nobis nos esse filios Dei. ipse (inquit) spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

Hæ sunt duodecim nobilissimæ gemmæ, quæ à vita spirituali gratiæ dependent, & eam animæ nostræ probabiliter inesse demonstrat, multò pretiosiores ijs, quæ rationale sacerdotis exornabant, & illis non omnino dissimiles. talis anima maxima industria habet gratiæ ac amicitiæ Dei.

Vita ergo spiritualis nihil aliud est, quam bonorum operum exercitatio, quâ Deo propter Deum famulamur, in virtute ac sanctitate proficimus, & illam beatam vitam promeremur, cuius gratiâ conditi sumus. Non est vita spiritualis consecrator, qui aliqua bona opera & spiritualia perficit, sed qui proposito sibi Deo tanquam ultimo suæ vitæ fine, vniuersas actiones suas, aut spirituales, & sanctas, & alicuius virtutis filias esse cupit, aut in spiritus profectum & in sanctitatem reducit.

Vita spiritualis est, quæ omnibus curis & cupiditatibus seculi vacua, peccata deflet, passiones cohibet, amorem creaturarum pellit, tentationes vincit, Angelos imitatur, humilitatem amat, mansuetudinem cupit, puritatem induit, secretum petit, in cella, & abditis proprij cordis commoratur, Dei afflatus auscultat, Dei beneficia & perfectiones contemplatur, vitam cælestem agit in terra. Si hæc non tantum desiderijs sed operibus praestas, iam vir spiritualis es, iam ad spiritualem vitam adscendisti.

Vita denique spiritualis est, quâ vniuersis peccatis ac vitijs morimur, & omnibus virtutibus viuimus, & ad sancta & perfecta opera facienda resurgimus. Quid est (inquit Prosper) peccatis mori, nisi damnandis operibus omnino non viuere? nihil concupiscere carnaliter, nihil ambire? &c, qui viuentes Deo, carnem suam

*Prosper
de vita
contempl.
cap. 21.*

quam
pro.
a bo.
opo.
ine,
san.
ut in
icit,
is &
stet,
pel-
hu-
puri-
od-
atus
cō-
hac-
tas,
vi-
rsis
tu-
era
et)
m-
ali-
ne
am

suam cum vitijs & concupiscentijs crucifi-
gunt. His omnibus vitijs moriuntur, & cōtra-
vitijs virtutibus viuunt, qui vitam spiritualem
arripiunt.

C A P. XVI.

Quæ opera ad vitam spiritualem pertineant
& quæ finem habere debeant.

Nihil in rebus dūtaxat humanis principa-
le bonum esse credendum est, nisi vir-
tus animi sola, quæ fide sincerā nos ad diuinā
perducens illi immutabili bono facit iugiter
inhētere. Et è contrario, nihil malum esse di-
cendū est, nisi peccatum solum, quod à bono
Deo nos separat, malo facit diabolo copu-
lari. Actiones male, faciat Deus, ut lōgē sint à
nobis, hēc enim nō vitæ spiritualis opera, sed
actiones sunt vita carnis. Quod si iusti leui-
ter peccant & in minima peccata labuntur, id
non faciunt, qua iusti sunt, sed qua homines
infirmi & imbecilles, ex corrupta Adæ radice
prodeuentes, & sic non tantum humilitatis
gratiā, sed verē, & ex animo vocare se possunt
peccatores. Hæc opera ad vitā spiritualem nō
pertinent, sed è latere illi insidiātur, ut eius
feruorem minuant, robur labefactent,
& (quod in illis est) ad interitum exci-
diūmque disponant. Ad vitam spiritualem
pertinent

*Cassian.**col. 6.**cap. 3.*

Hieron.
epist. 7.
de viro
perfecto
temp. 9.

ex natura sua opera sunt alicuius virtutis.
Quare Hieronymus eas solas inter officia

viri perfecti recenset, dicens: veram vitam
esse Deum nosse, timere eius potentiam, &
mare pietatem, mundum in opifice mirari,
esse victu modico pro naturę necessitate con-
tentum, veste vili &c. Ceterum illa interioris
hominis vita in diuinarum rerum cognitione
consistit, in illis sanis cogitationibus si quan-
do versatur, tunc viuit & pascitur. Quę sunt
autem istae sanae cogitationes? illae sine du-
bio, cùm mens nostra sui recordatur aucto-
ris, cùm illum velut per quandam resipisci-
tiam sui, opificem suum veneratur ac con-
tuetur. Opera tam bona quam media, tam
spiritualia quam corporalia, opere pretium
est, vt in Deum dirigantur, eumque tanquam
finem & scopum respiciant. Opus enim spi-
rituale utique bonum ac studiosum esse de-
bet. Ut autem opus bonum sit, non satis est,
vt ex sua natura fructus virtutis sit, sed ne-
cessarium est, vt in finem virtutis ordinetur.
Nam finis distortus potest totam actionem
alioquin bonam inficere, & eius pulchritu-
dinem omnino fœderare, dicente Domino:

Mat. 6.

Greg.

2.

Moral.

c. 6.

Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corps
tuum tenebrosum erit. Oculum istum totam a-
ctionem fuscantem esse prauam intentio-
nem, ita docet Gregorius. Quid per oculum
exprimitur,

exprimitur, nisi opus suum præueniens cordis intentio: quæ priusquam se in actionem exerceat, hoc iam quod appetit, contemplatur? & quid appellatione corporis designatur, nisi unaquæque actio, quæ intentionem suam quasi intuentem oculum sequitur? Luce rna itaque corporis est oculus: quia per bonæ intentionis radium merita illustrantur actionis. Et si oculus tuus nequam fuerit &c: quia cum peruersa intentione quid vel rectum agitur, & si splendere coram hominibus cernitur, apud examen tamen interni judicis obscuratur. & in eandem sententiam Richardus Victorinus. Quod autem est corpus sine vita, hoc est opus sine intentione bona. Quælibet ergo actio, quamvis bona videatur, quasi mortua judicatur, nisi per consilium ad intentionem bonam animetur. Ut igitur bona sit actio, atque adeo ad vitam spiritualem spectet, omnino necessarium est, ut ad bonum finem referatur. Vir ergo spiritualis, cuius hoc solum propositum est, Deum in justis operibus imitari, ne ab isto consilio deuierit, necesse est, ut eundem finem sibi prescribat, & Deum intuens, in actionibus studiosis versetur. Ne vero causaremur deesse nobis exemplar huius rectitudinis, qua omnia nostra opera sunt in Deum destinanda, dedit ipse electis suis doctorem iustitiam Christum Iesum, qui doceat eos non solum iusta exequi, sed etiam iuste

Joel. 2.

54 P. ALVAREZ DE PAZ
iustè operari, & descendere faciat ad illos gra-
tiæ imbre matutinum & serotinum. Matu-
tinum quidem, quod iustorum corda præ-
niat, serotinum, quod ea comitetur & suble-
quatur, ne in principio bonorum operum, aut
in medio ipsorum, aut fine, à debita sibi desti-
natione deflectant. Hoc autem erit sicut
principio. Nam quemadmodum in statu in-
nocentia homines vniuersas actiones suas
purissimè in Deum retulissent: ita & nunc in
tempore gratiæ erudiuntur, ab hoc iustitia
præceptore easdem actiones in eundem sco-
pum & finem referre. Hoc inquam, docen-
tur ab ipso, tum verbo, tum vitæ sanctissima
exempli. Illi vero Christum imitantur & vi-
tam spiritualem arripiunt, qui quod ille fecit,
& ipsi faciunt, & eodem fine faciunt; nihil aliud
optantes in studio virtutum, nisi ut ei placeant,
cui se totos consecrâunt. Si itaq; cupis vitam
spiritualem tenere, non solum animadueritas
quid agis, sed quo animo, & quo fine id agis;
non solum enitaris, ut opus sit bonum, sed ut
intentio & destinatio sit bona. Erige oculos
cordis ad Deum tuum, & dicio illi, Domine,
inanem gloriam contemno, commoditatem
& voluptatem sperno, meipsum & omnia mea
pro nihilo duco; te solum quero, te cupio, &
tibi soli in hoc opere placere desidero. Hæc
sit gloria mea, hæc diuitię meę, hæc delecta-
tio mea, hoc premium laborum meorum ut
tibi

tibi placeam, licet uniuerso mundo displa-
team.

C A P V T X V I I .

De quinque gradibus vitæ spiritualis,
incipientium, proficientium &
perfectorum.

Actiones virtutis ex predicto suscep-
tæ, & ad prefatam normam efforma-
tæ, nos in sanctitatem efferunt, ac in mentis
proueniunt puritatem. Ille peritior euadit, &
sanctior, qui amplius in his se exerceat actio-
nibus, ac majori contentione laborat. Qui ac-
curatius se in virtutis exerceat actibus,
breuiori compendio perfectionis culmen al-
sequitur. Hac cura bene studioseque operâdi
anima, non repente prodit perfecta, sed qui-
busdâ veluti gradibus spiritualis vitæ, in eius
perfectionem adscendit. Quindecim gradus
templi in tres ordines diuisi, ita ut post quin-
que gradus aliquod esset majus, & latius spa-
tium, in quo adscendentes requiescerent, quod
etiam post alios quinque gradus inuenieba-
tur. Quâ graduum distinctione nobis innui-
tur, gradus vitæ spiritualis in tres quoque or-
dines esse diuisos: Greg. 2. Ms. ral.c.7. Esse namq; in spirituali vita
tres status, incipientium, proficientium ac
perfectorum, Gregorius satis cuideter insinuat,
dicens:

dicens: tres sunt modi conuersorum, inchoatio-
ne, medietas, atque perfectio. In inchoatio-
ne autem inueniuntur blandimenta dulcedi-
nitatis, in medio quoque tempore certamina
tentationis: ad extreum vero perfectio
plenitudinis. Aliud sunt virtutis exordia, aliud
perfectus, aliud perfectio. Monetur incipies,
ut fugiat, docetur proficiens, ut componatur,
inuitatur perfectus, ut recipiat. Incipientes
ergo in via spiritus sunt, qui vitam spirituale
incipiunt, & a malis vitae carnalis recedunt, &
hi quinque primos gradus cōscendunt. Primus
gradus est, cūm diuinæ amicitiæ ac familiar-
itatis magnitudine allecti, grauia peccata de-
serunt, & a Deo per graue crimen nunquam
separari proponunt, firmissimeque hanc spi-
ritualem mortem vitare decernunt. Egregie
namque dixit Leo Papa: Moriendum est dia-
bolo, & viuendum Deo, deficiendum ini-
quitati, ut justitiae resurgatur: occumbant ve-
tera, ut oriuntur noua. Hunc primum gradum

*Leo ser.
1. de re-
sur.*

Luc. 7. assequuta est Magdalena, cūm cognolens
Dominū accubuisse in domo Pharisæi, se ad
abliendos & vngendos illius pedes præ-
rauit, & vitam veterem abdicare disposita.
Hunc gradum qui cupit oculis in cælum de-
fixis, ita desideria sui cordis exponat. *Ad Dr*
ps. 119. *minum cūm tribularer clamaui, & exaudiuit mi*
Hæc enim est maxima tribulatio criminibus
subjacere, quæ non proprijs viribus, sed auxi-
lio

lio domini viacenda est.

Secundus gradus est, cum incipientes, non tantum gratia peccata fugiunt, sed a levibus quoque peccatis abhorrent. istum autem gradū ille tenuit qui dicebat: *Tribulationes cor- Psal. 24.*
dis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me. necessitates istæ (inquit Hugo) molestiæ, & tentationes sunt, quæ ex carne proueniunt, & omnino vitari non possunt; leuavi oculos *Ps. 120.* meos in montes.

Tertius gradus est, omnium rerum exter-
narum contemptio, & diuitiarum, honorum,
ac dignitatum derelictio: cum scilicet quis
hæc, vel affectu, & voluntate abijcit, vel si sta-
tus ferat, auctu & operatione derelinquit. sapi-
enter enim dixit Laurètius Iustinianus, quos-
dam spirituales gradus enumerās. Ascensio-
nis huius initium est, ut derelinquas tua, quo
quietius habites tecum. Tecum autem ha-
bitare voluit Deus, quatenus in te spiritualiter
discas abnegare te ipsum. hoc nempe si
peregeris, diligenter interioris pacis, atque
virtutis illectus dulcedine magni aestimabis
crucem tollere, & ire post Christum. in hoc
autem gradu existens carnit: *letatus sum in his Ps. 121.*
qua dicta sunt mihi in domum domini ibimus &c.

Quartus gradus est, castigatio corporis, sen-
sus cohibitio vniuersorumque carnalium mor-
tificatio vitiorum: cuius meminit Paulus di-
cens: *Castigo corpus meum, & in seruitutem redi-* *1. Cor. 9*

98 P. ALVAREZ DE PAZ

go &c. Hunc autem gradum omnes illi possident, qui delicias, & voluptates deserentes, corpus suum discreta quadam, & rationi consona mortificatione castigant, & omnia vita cordis sui magno mentis seruore extirpant, contendunt, istis se ita afflignantibus, & sua corpora castigantibus, conuenit lumina in

Ps. 122. cælum attollere, atque ita dicere. *Ad te levavi oculos meos qui habitas in cælis.* Dei enim contemplatio necessaria est & cælestium bonorum, quæ speramus consideratio, ut aetam pœnitentiae viam alacriter arripiamus.

Quintus gradus est, abnegatio proprii filij, & propriæ conculatio voluntatis. Hæc est leprosa cordis (inquit Bernardus) propria voluntas, & proprium consilium. His autem qui proprium iudicium, & voluntatem depount, sequens Psalmus optimè conuenit.

Ps. 123. *Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israhel &c.* Quoniam Dominus in corde eorum residens, potenter facit ne ab hominibus, id est, à semetipisis, & à suis prauis voluntatibus deglutiuntur. Postquam ergo religiosi vii infantiam vitæ spiritualis præterierunt, hoc proficiunt stadium debent magna celeritate percurrere, quod in quinque gradus aut adiunctiones asserimus distributum. Primus gradus in vita spirituali proficiunt est. Virtutum omnium acquisitione. Cum scilicet quis prædictis malis abiectis, virtutis deco-

*Bern.
ser. 7. de
resur-
rect.*

Ps. 123.

rem exoptat, & humilitatis, mansuetudinis, obedientiae, vniuersorumque bonorum habituum iura custodit. Quorum praesidio, non tantum se continet, sicut cum in statu mortificationis residet, sed planè regnat, & cum magna tranquillitate suis affectibus dominatur. Hoc regnum omnino cupere debemus, ut in regno cælesti, plusquam communem gloriam asequamur. Hoc ergo spirituale regnum virtutum affectantes, si *confidant in Ps. 124.* *Domino*, erunt sicut mons Sion, fortes & insuperabiles erunt &c. Ex hoc gradu ad secundum perueniunt, qui in hoc reuera consistit, ut illi, qui cura & labore virtutes acquisierunt, facti sint aliis virtutum exemplum. Hic optimè congruit illud Pauli: Christi bonus odor *2. Cor.* sumus Deo in his qui salvi sunt, & in his *2.* qui pereunt. Bonum quoque exemplum sua excellenti virtute præstantes canere possunt: *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti Ps. 125.* sumus sicut consolati &c.

Non erit illis difficile ad tertium gradum ascendere, ut scilicet per ostensionem sanctissimæ vitæ, apud alios opinione sanctitatis adepta, potentes sint verbo, ut quod antea opere docuerunt, valeant postea sermone persuadere, & doctrina monstrare. In isto gradu illum Psalmum sibi proferendum *Ps. 126.* inueniet. *Nisi Dominus adificauerit domum in vanum laborauerunt qui adificant eam.* Licet nos

G 2 loqua-

100 P. ALVAREZ DE PAZ

loquamur, Dominus tamen est, qui inau-
dientium cordibus templa virtutis extrahit;

I. Cor. 3 Dominus est, qui ædificata custodit, itaque,
neque qui plantat est aliquid neq; qui rigat,
sed qui incrementum dat Deus.

Meritò ergo quartus gradus proficienū
erit, si postquam virtutes acquisisti, te ipsum
sub pedibus omnium constitutas; & tanquam
vermiculum abiectissimum, omnium te infi-
mum reputes, & verissima humilitate con-
temnas. Magna nos humilitas, quæ ipsa vir-
tus existens, omnium est decor virtutum.
Beati omnes qui timent Dominum, qui am-
bulant in viis eius. Nam qui sunt, qui timent
Dominum, nisi humiles? &c.

Ps. 123. Quintus gradus in vita spirituali profici-
tiū est, si patetiā habeāt, & detractiones, ini-
siones, deiectiones māsuerē sustineāt, sic inter
mala & afflictiones in bono perseverans, ver-
bis Psalmi sequentis poteris gloriari, sic tota
animi deuotione decantans, *Sepe expugnare
runt me à iuuentute mea &c.* In iuuentute ex-
pugnatus es, hoc est, in statu proficiendi, qui
iam pueritiam incipientium excessit. Quia ita
perfetus est, adhuc habet maiorem altitu-
dinem spiritualis vitæ, ad quam Dei benefi-
cio valeat ascendere, quam illi in quinque
gradus distributam proponimus.

Primus est, cùm anima, orationis ac fami-
liaritatis diuinæ secretum ingreditur, mente
cum

DE VITA SPIRIT. EPIT. 101

cum cælestibus spiritibus commoratur, ac cū
summo cælorum rege nouit miscere collo-
quia. In hoc gradu constituta, ô bone Deus,
quantum potest in sanctitate proficere, &
seipsum in dies magis ac mægis attollere. In
hanc nobilissimam occupationem orationis
teneat, totoque intellectu, & affectu suo
sponso dulcissimo copuletur. Hic, anima iam
magis in oratione versata, sensuum ac spiritus
opérationes distinguit, cogitationē à ratione,
& rationē ab intelligentia disiungit. Lumen
naturale à supernaturali, amorem cordis, ab
amore voluntatis discernit. Nec non inter
motus internos discrimen constituit, & quæ
tentatio aduersarij sit sub specie boni, quæ
vero inspiratio ab auctore bonitatis proce-
dens, diuina luce perfusa cognoscit. Hic ali-
quando ita species corporeas derelinquit, ut
Deum sine corporali imagine contempletur,
sine prævia cognitione diligat, & intra se ip-
sam iugiter æternum regem inspiciens, ado-
ret, & colat illam in spiritu & veritate. Hæc
omnia dona Dei, & alia innumerabilia in
hoc vitæ spiritualis gradu animæ concedun-
tur, non semper omnia, sed nunc ista, nunc
illa &c. Hunc certe gradum sanctus propheta
suspirabat, cum pennas columbæ deposce-
bat, ut volaret, & requiesceret, cum diuinam
familiaritatem sitiens dicebat: *Sitivit anima, Psal. 41.*
mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, &

G 3 appare-

Abac. apparebo ante faciem Dei? Hunc & Abacuccep-
3. piebat, illis verbis: *Ingrediatur puerus in i-
bus meis, & subter me seateat, ut requiescam in di-
atributionis, ut ascendam ad populum accinctum
noscum. Ego diem tribulationis, omnem hanc
vitam mortalem intelligo, in qua tranquilli-
tatem habeo, cum inter populum accinctum
id est, inter viros orationi deditos, & ad om-
nia bona expeditos requiesco.*

Secundus gradus est, si in otio orationis,
aut in labore occupationis anima consola-
tionem non querat, suavitatem non cupit,
coenam, honorem, aut aliud creatum,
non exoptet; sed soli Deo placere desideret.
*O quoties (inquit Richardus) ipsam veri-
tatem, non pro veritate, sed pro vanitate que-
rimus, & inuentam veritatem, non in veri-
tate, sed ad vanitatem diligimus: & quod mi-
serissimum est, in verbis vitae ad mortis lucra
negotiamur. Enitendum est ut in primordio
saltem cuiuscunque operis, dirigatur oratio,
& divini suffragij imploratio. Qui hanc sin-
cerissimam intentionem in omnibus tenet,
optimè potest de se dicere: *Domine, non illud
exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei:
neque ambulaui in magnis neque in mirabilibus su-
per me. Illius namque cor non exaltatur, qui
proprium honorem auersatur; illius oculi
non efficiuntur, qui gloriam humanam non
cupit: ille non ambulat in magnis neque in
mirabilis**

mirabilibus super se, qui appetit Deo placere in omnibus, & non magnus, nec mirabilis reputari. Iam ad tertium gradum properandum est, quem anima tunc est adepta, quando omnia diuina obsequia, ingenti spiritus feroore perficit, in eaque illud Pauli appetit impletum: *Quicunque spiritu Dei aguntur, hi sunt in Dei* Rom. 8.

, neque enim ipsa in bonis operibus iam videtur agere, aut se mouere; sed ab spiritu diuino agi, & in omne bonum magno impetu ferri. Qui itaque ad bonum rapiuntur, & ad voluntatem diuinam implendam ingenti spiritus feroore raptantur, hunc tertium perfectorum profectum, Deo dante, suscepereunt. Quem Seraphim ille terrestris, aut homo veræ cælestis Franciscus, post impressa sibi Christi vulnera, in seipso nobis representabat, cum ad suos ita dicebat: incipiamus, fratres seruire Domino Deo nostro, quia usque nunc parum profecimus. Et tunc (ut inquit Bonaventura) flagrabat desiderio magno ad humilitatis redire primordia. Tanta autem in eo carnis ad spiritum erat concordia, tanta obedientia promptitudo, quod cum ille ad omnem niteretur sanctitatem pertingere, ipsa non solum non repugnaret, sed præcurrere niteretur. Illorum qui ad hunc gradum peruererunt, vox est, *Memento, Domine, David, spiritualis scilicet viri, & omnis mansuetudinis eius*, qua in aduersis etiam tibi

G 4 subji-

Bonaventura.
1. in
vita.

Ps. 31.

104 P ALVAREZ DE PAZ
subiicitur. Memento, inquam, eius, ut von
sua impleat, & desideria concepta perfici
quæ omnia in tuum obsequium referuntur.

Quattus gradus est, perfecta in divino
beneplacito (ut vocant) resignatio, & su-
cerissima in omnibus cum Dei voluntate co-
cordia. Qui vero istam adepti sunt in omni-
bus prosperis, & aduersis, cum diuina vo-
luntate concordiam, illius versiculi dulcedi-

Ps. 132. nem experintur: Ecce quam bonum & quam
iucundum habitare fratres in vnum. Qui nam-
que sunt isti fratres, nisi Christus, & iustus?
(neque enim erubuit nos fratres vocare, ille
qui noster est, & creator & Dominus) sed in
vnum Christus, & iustus habitant, quando
iustus Christi voluntati plenè subiectus, ni-
hil aliud appetit, nihil querit, nisi quod in
sum bonum ille disposuit.

Tandem anima his omnibus lotionibus
incipientium purificata; his proficiuntiū in-
dumentis ornata; his ditata perfectorum
monilibus, meretur ad postremum, & quin-
decimum vitæ spiritualis gradum peruenire:
ut scilicet unus spiritus cum Deo facta, cum
semper intra seipsum præsentem habeat, illi-
quæ sine intermissione, intellectu, & affectu
cohereat. Et quemadmodum oculis crea-
lustrantes, in omnibus lucem vident, qua-
si vniuersis rebus adhaerentem, eisque ut vi-
deantur tribuentem, ita anima perfecta in
omnibus,

omnibus, quæ videt oculis, quæ audit auribus, quæ manibus perficit, aut cogitatione pertrahat, illam diuinam lucem, aut fontem omnis luminis intuetur, illum adorat & veneratur, illum intimè diligit, quem omnium

vitam & pulchritudinem esse cognoscit. qui hunc gradum est assequutus, intelliget illud Salomonis: *Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat.* Et rursus illud: *Ego os regis obseruo, & præcepta iuramenti Dei: ne festines recedere a facie eius.* Os enim regis obleruare est, semper oculos mentis in Dei vultum intendere. Et habere in capite oculos, est considerationem nostram in Christum caput nostrum desigere. Vnde Gregorius: *Oculi sapientis in capite eius: quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat, cuius se membrum esse per fidem pensat.* Et ad hanc perfectionem querendam, & exoptandam ultimus Psalmus gradualis inuitat, dum ait: *Ps. 133.*

Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri: in noctibus extollite manus vestras in sancta & benedicite Dominum. Illud enim nunc, in quo benedicendus est Dominus, tota haec vita est, stateræ momento comparata: & illæ noctes in quibus manus in sancta sunt extollendæ, dies nostri sunt propter fidei obscuritatem noctes appellati, quas noctes, qui in iugi Domini memoria, & amore occupa-

uerit

Eccles. 2

Eccles. 3

Greg.

16. mor.

c. 3.

uerit illam consequetur benedictionem, quia
versiculus prostremus promittit: benedic-
te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & ter-
ram. Spiritualis vita profecto via est ad per-
petuā vitam, cuius viæ Dominus ipse digna-
tur esse imperator & ductor. Qui perfectam
virtutem sectatur & vitæ spiritualis gradus
adscendere nititur, tam experitur tranqui-
litatem, tanta luce perfunditur, tanto gau-
dio ac letitia exhilaratur, ut planè cognos-
cat, iustis etiam in hac vita præmia abundan-
tissima esse promissa, & mercedem copiosi-
simam illis concedi. Hæc igitur vita spiritualis
est vita vera, vita læta, & honorabilis, vita
omnibus desiderijs suscipienda, cuius prin-
cipium non est natura sed gratia, cuius finis
non est corruptio, sed gloria, cuius opus non
est mercede vacuum, sed præmijs cælestibus
plenum.

C A P V T X V I I I .

*De triplici vita spirituali, actiua,
contemplativa, & mista.*

Ex his tribus bene, studioseque viuendi
rationibus, tres sunt vitæ spirituales ex-
ortæ: actiua, contemplativa, & mista, sub
studiosa atque spirituali vita contentæ. Acti-
ua est

ua est, que externas virtutis occupationes tractat. Cōtemplatiua, quae contemplationi diuinorū intendit: Mista quē neque actione sola neque contemplatione cōtenta in utroque studio pari cura, ac diligentia versatur.

Harum trium vitarum aētiua videtur sœcundior: contemplatiua formosior: mista fæcilior. Prima est laboriosior: secunda quietior: tertia robustior. Denique in actiua incepimus: in contemplatiua proficimus: in mista perficimur atque consuminamur. Et omnis, qui perpetuam felicitatem assequi cupit, in aliquo huius triplicis vita debet studio occupari, ut scilicet vel bona actio eum teneat, vel contemplatio distineat, vel actio-
nis, contemplationisque vicissitudo delectet.

Quare volentibus cum Mose, & veris Israe-
litis tenebras Ægypti, id est, peccata defere-
re, & in terram viuentium iustis promissam
conuolare, illud Exodi est sine ulla cuncta-
tione dicendum: *Dominus Deus Hebraorum ro-
cauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudi-
nem*, ut immolemus Domino Deo nostro.

Via trium dierum illis confienda est, ut ni-
mitum ingrediantur virtutis actionem, vel
veritatis contemplationem, vel tam
actionis, quam contemplationis studium
atque laborem. Qui aliquam vitam spiritua-
lem amplectendam suscipiunt, Domino suis
operibus obsequuntur, illius famuli sunt,
ad eo,

Exod. 3.

108 P. ALVAREZ DE PAZ

adeo, ut possint cum magna fiducia dicere:

Ps. 118. Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam iustificatus es tuas exquisui.

1. Reg.

14.

Duarum filiarum Saul, nomen primogenitæ Merob & nomen minoris Michol, habendas soroꝝ vitam aetiuam & contemplatiuam expressissimè, magis Gregorius explicuit. Nam illa (inquit) patit multitudinem bonorum operum: ista vero internorum pulchritudinem gaudiorum. Contemplatiua in Merob maiore, aetiuia in Michol minore soroꝝ signatur. Merob enim, de multitudine dicitur, & vita contemplatiua de multitudine, ac turba hominum extracta est, quia, ut Deo vacet, turbas populorum declinat. Et Michol, omnis aqua exponitur, eo quod aetiuia vita Deo placere cupiens, omnium bonarum actionum labores, & curas exoptat. Contemplatiua vita maior est, non solum aetate, sed etiam præstantia, & dignitate. Maior quidem est aetate: quoniam prius caput, & cor humanum suis operationibus occupauit. Primus enim parens in humanæ conditionis exordio ante præcepti transgressionem, Deum contemplatus est, & in consideratione diuinorum mysteriorum extasim passus: post transgressum vero præceptum, laborare caput, atque in paenam commissi delicti hanc vocem audiuit. *In sudore vultus tuus vesceris pane tuo.* Est etiā dignitate præstantior, quoniam

Gen. 3.

quoniam & Deo propinquior est, & nobilio-
ribus insit actionibus. Optimè enim dixit
Hieronymus: Sed tamen quantum superex-
cellat serenitas tranquillæ vitæ, turbulentiam
secularis conuersationis, nouit qui hanc ex-
pertus est, & dominicum iudicium in Euan-
gelio inter duas mulieres cernit, ad Marthā
dicens: *Mariha Marthā sollicita es, & turbaris* Luc. 10.
erga plurima, maria optimam partem elegit, quæ nō
aufereatur ab ea. Et beatus Dauid solum hoc
necessarium homini esse definiens, Deo iugi-
ter adhærere desiderat, dicens: *Mibi autem* Psal. 72.
adhærere Deo bonum est, ponere in Domino spem
meam. Et alibi: *Vnam petij à Domino &c.* Vita Psal. 26.
ergo, & sola est Theorica, id est, contempla-
tio Dei, cui merito omnia iustificationum
merita, vniuersa virtutum studia postponun-
tur. Aeterna etenim vita cum corpore deficit:
Contemplativa autem vita, hic incipitur, vt
in cælesti patria perficiatur, quia amoris
ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum,
quem amat viderit, in amore eius amplius
ignescit. Sive itaque optimo contemplativa
vita in Merob filia Saul maiore signatur, quæ
omnibus modis maior est, sive tempus con-
sideres, sive opus animaduertas, sive tran-
quillitatem, sanitatemque respicias.

*Hier. in
thr. c. 3.*

Merob maior promissi est, & non data,
Michol vero minor, & oblata, & à Dauide in
vxorem accepta. Et similiter nobis, qui cu-

ram

110 P. ALVAREZ DE PAZ
ram aliorum suscepimus (quod non sine ma-
gno mærore scribo) aut defectibus nostri
exigentibus (quod frequentius est) aut Deo
propter aliorum bonum ita disponente, per-
fectio contemplationis denegatur, & actio-

Greg. nis molestia ac labor ingeit. Quod Gr-
lib. 5 in gorius explicare non omisit. Secundam i-
1. Reg. tur harum vitarum imaginem consideremus
ad. c. 14.
1. Reg. I Habuit enim Elcana duas vxores , nomen
Beda in vni Anna , & nomen secundæ Phenenna
expof. Anna typus est vitæ cōtemplatiæ, Phenena
nom. na vero imago vitæ actiua. Anna, quæ (virat
hebre. Beda venerabilis) gratia , vel respondet
vel donans interpretatur, quid aptius expi-
met , quam vitam in contemplatione pa-
tam : hæc enim tota gratiosa , & pulchra est,
atque ut quotidie pulchrior sit, Dominolo-
quenti responderet , & tota illi absque timore
se donat. Statim sine mora pessulum ostij sui
aperit dilecto suo , ut eius vestigia imitando
sequatur, & nihil sibi reseruando, omnia quæ
habet, cogitationes, affectus , opera, ei, que
diligit , magna voluntate committat. Phe-
nenna vero quæ conuersio dicitur , quid cō-
modius , quam vitam actiua repræsentan-
bit, cuius opus est, mentem à vitijs , & pec-
catis auellere , & ad Dominum ministerio
virtutum , & bonorum operum reuocare?
Egregie enim Bernardus ait: prudenter pro-
inde , fratres , spiritualem elegimus vitam,

castitati

DE VITA SPIRIT. EPIT. III
castritati scilicet corpus, & seruituti subjecere,
& Deum, qui spiritus est, adorare in spiritu,
& veritate. Ut ex his verbis nos, vitæ actiua
tribuamus subiectionem sensualitatis, id est,
morum conuersionem, & contemplatiua
Dei adorationem assignari discamus. Fuerunt
Phenenne *fly* (inquit Scriptura) *Anna autem non erant liberi*. Sic contemplatiua vita hominum
conspectum fugiens, & tota Deo inhægrere
contendens, sterilis, minusque fructuosa im-
peritæ multitudini appareat: actiua vero, dum
vniuersi se offert, & in proximorum usum,
utilitatemque laborat, utilior & fœcundior
iudicatur. Nec mirum est, si homines ista iu-
dicent, vident enim contemplatiuos amare
silentium, amplecti solitudinem, fugere tur-
bae; considerant autem actiuos verba exhor-
tatoria profundere, ciuitates incolere, tur-
bas populorum frequentare. Cum vero ho-
mines videant in facie, hoc est, exteriora cō-
siderent, Deus autem solus intueatur cor,
inde est, quod istos fœcundos, & Ecclesiæ
proficios putent, illos vero infœcundos, &
minus proximis fructuosos existiment.

De illis mulieribus scriptum est: afflige-
bat quoque eam, scilicet Annam, & mula eius,
nempe Phenenna, & vehementer angebat,
in tantum, ut exprobraret, quod Dominus
conclusisset vuluam, eius. Et similiter (ut in-
quit Dionysius) quidam actiui contemplati-
uis

uis tanquam otiosis, & inutilibus obloquis-
lent, sed ineptè satis Phenenna se iactat, &
tanquam multorum filiorum mater, de-
cunditate gloriatur. Imo ineptissimè Annam
contemnit quasi filios minimè generantem.
Quia veniet tempus, & non longe est, cum
hec sterilis filium generabit, qui omnes Ph-
ennæ filios, tum virtutis merito superet,
1. Reg. 2 tum dignitatis gloria præcellat. Denique st-
erilis peperit plurimos, hoc est, vnum (ut ex-
ponit Euthymius) qui plarimis præstet, &
quæ multos habebat filios, infirmata est. Sic
non minus ineptè actiui, aliquando contem-
platiuis insultant, eosque despiciunt, quæ
inutiles, & minus sanctæ ecclesiæ fructuo-
sos. Hæc sanè magna cæcitas est, dæmonis
fraudibus plena, ad pacem religiosorum
turbandam, & vinculum dilectionis rum-
pendum. Non sola actiua vita filios spiritua-
les generat, non hæc sola est ecclesiæ profi-
cua, imo sèpe actiua videtur parere, & pro-
ximos ad bonam frugem conuertere, sed re-
uera contemplatiua est, quæ peperit, & ani-
mas à peccatis liberauit, & in Dei amicitiam
euxit &c. Contemplatiua autem vita est
quæ gemit, quæ orat, quæ ostium aperit,
hoc est, corda audientium mollia, ad reci-
piendum verbum Dei, à Domino impetrat.
Hæc igitur haud quaquam est sterilis, sed
primo loco filios generat spirituales. Non
itaque

itaque vita contemplativa sterilis est, sed potius spiritualis fœcunditatis origo, quam oportet, ut veram matrem animarum susciperet, non ut inutilem, atque infœcundam adspernari.

Has vträsque vitas, duæ beati Iacob mulieres signauerunt, Lia videlicet, & Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa, Rachel vero quis, vel visum principium. Actiua autem vita laboriosa est, quia desudat in opere; Cōtemplativa verò simplex, ad solum videndū principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: *Ego sum principium, propter quod & loquor vobis.* Seruauit Iacob pro Rachele septē annis, qui pauce illi videbantur præ amoris magnitudine. *Quid miraris (inquit Richardus) secundum magnitudinem pulchritudinis, erat magnitudo dilectionis.* *Quid enim sapientia ardenter diligitur ? dulcior possidetur ? eius decor omnem superat pulchritudinem, eius dulcor omnem excedit suavitatem.* *Est enim (vt ait quidam) speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem, luci comparata inuenitur prior.* Hanc amavi, & exquisui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.

At istarum vitarū ea summa perfectio est, si actiua in omnibus actionibus suis nouerit Domino obsequi: & contemplativa in om-

H nibus

Gen. 29.

Ioan. 8.

Sap. 7.

114 P. ALVAREZ DE PAZ
nibus meditationibus suis , transcurulis ima-
ginibus creaturarum , quiuerit eidem Domi-
no & intelle^ctu , & affectu iugiter inhæte^r.
Hanc, du^x nimirū sorores Martha & Mana
præfigurant. Martha igitur typus est viu-
a^ctiuæ : Maria imago vitæ contemplatiuæ.
Illa discurrat, laborat , ministrat , & ad sum-
mum stat : Ista sedet , & secus pedes Domini
omnium terrenorum oblita requiescit. Nam
quia totis desideriis in æternorum amore re-
quiescunt, videre magis quam ministrare ap-
petunt. Rari ergo sunt in publico operis, affi-
dui in secreto contemplationis, foris parum,
satis intus immorantur. Merito ergo actiuæ
vita stans tanquam parata ad laborandum,
& contemplatiuæ sedens tanquam vocata ad
quiescendum introducitur : quoniam illius
finis est bonis operibus , atque fructuolis
actionibus inhætere : Istius verò creatori suo
intendere , & sponso intelligentia & amore
copulari. Ad vitæ mistæ typos transseamus,
hanc vitam quinque viri in primis nobiles
atque præstantes præsignarunt. Primus ergo
vir, qui vitam mistam repræsentat fuit David:
Ille manibus fortis (sic enim Augustinus &
Gregorius eius nomen interpretantur) qui
manibus corporis ita laborabat , vt veniente
leone, vel vro, persequeretur eos, crueretque
predam de ore eorum, & manibus mētis que
affectiones sunt , ita Deum apprehendebat,

1. Reg.
17.

ut ipsius Deus esset pars atque beata posses-
sio. Ille magnus contemplator & fortis bella-
tor: magnus quidem contemplator, cui con-
stitutum est de Christo Dei Iacob, ^{2. Reg.} egregius ^{23.}

Psalmes in Israel. Robustus autem bellator:
nam sedens in cathedra sapientissimus prin-
ceps inter tres, ipse est quasi tenerrimus li-
gni vermiculus, qui octingentos interfecit
impetu uno. Hæc eadem præstat vita mista,
quæ iam proximos iuuat, & à diaboli pote-
state eripit, dicens cum Iob: Conterebam ^{Iob. 21.}
molas iniqui, & de dentibus illius auferebam
prædam. Quis ut Dauid fidelis ingrediens, &
egrediens, & pergens ad imperium regis,
certè paratus ad omnia, quæ Dominus per
illum & in illo disposuerit operari.

Secundus vir fuit Elcana, de quo scriptum ^{1. Reg.} reperimus: fuit vir unus de Ramathaim So-
phim &c. Tria in istis verbis insinuatur, nam
vocatur Elcana, & vir, & unus vir. Elcana in-
terpretatur possessio Dei; & magnus profe-
cto est ille, cuius inter ingentes creatoris
opes, ratio habetur, & qui in possessionibus
regis ditissimi numeratur. Nunquam Scri-
ptura sancta hunc virum in Dei possessioni-
bus recenseret, si non aliquid nobile, pretio-
sum & illustre denotaret. Vir, tum virtutis est
animi, tum & honoris ac dignitatis insigne.
Vocatur ergo vir, tum, ut eius virtutem ani-
mique fortitudinem intelligamus, tum, ut

H 2 nobili-

nobilitatem & amplitudinem eius supra alios
homines meditemur: Vnus autem vir, eius
constantiam ac mentis firmitatem designat
non enim per diuersa mobilis atque instabi-
lis ferebatur, sed firmus, atque inconclusus
persistens, vir vesus erat, stabilis existens, &
immobilis, abundans in opere Domini. His
tantus vir in monte Ephraim & Ramathaim
Sophiū habitasse dicitur (inquit Origenes)
in alta scilicet contemplatione virtutum, vel
nullis subiacentibus, & circumlatrantibus
vitiorum cogitationibus, mentis eius subli-
mitas dejiceretur, vel vnitas scindetur. Si
(vt inquit Origenes) Ramathaim altitudi-
nem, Sophiū speculam, & Ephraim fructi-
ficationem significat, quid est in his habitat,
nisi curas suas in contemplationem Dei, at-
que in animarum fructus, & emolumenta
conuertere ?

Gen. 30. Tertius vir est sanctus Iacob, vel cum vir-
gas illas populeas virides, & amygdalinas ex
parte decorticat: vel cum in itinere scalam
illam à terra usque ad cælum protensam con-
siderat; vel cum duarum uxorum Lia, & Ra-
chelis amplexibus vacat. Nam si (vt exposuit
Athanasius) virgæ illæ in canalibus posita
vt à gregibus viderentur, vitam aetiam &
contemplatiuam designant: quid est sanctu
Iacob utrasque virgas per ordinem ponere,
nisi ministrū Euangelij utriusque vitæ aetio-
nibus

nibus operam dare ? & si scala illa mystica vitam spiritualem significat, per quam à terra in cælum condescendimus : quid aliud erit scalam, & Angelos adscendentes & descendentes adspicere, nisi propriæ viræ cōtemplationes, quibus vir Apostolicus Deo intendit & actiones, quibus proximos iuuat, examinare ? denique si si illæ duæ mulieres duas prædictas vitas figurant ; quid erit Iacob ambas in uxores accipere, nisi virum, quem ille signat, actioni & contemplationi vacare ?

Quartus vir est M oses, cuius institutum his verbis describit Gregorius. Moses crebro tabernaculum intrat, & exit, & qui intus ad contemplationem rapitur, foris infirmarium negotijs vrgetur ; intus arcana considerat : foris onera carnalium portat. Sic enim hanc vitam profitentes se gerere debet ut Moses. Qui scilicet nunc mentis tabernaculum ingrediantur, ut Dominum videant ; nunc ad proximos egrediatur, ut eorum spirituali necessitati subueniant.

Quintus denique vir est. Aod, quem scriptura salvatorem vocat, qui vtraque manu pro dextera vtebatur. Talis enim esse debet, qui vitam mistam profitetur. Certè robustus & fortis, qui intrepidè pugnet, & aduersus Domini hostes sine timore prælietur, & vtraque manu pro dextera vtratur : Manus dextera, oratio, manus sinistra, actio externa

H 3 cft.

118 P. ALVAREZ DE PAZ
est. Ille igitur sicut Aod, utraque manu vi-
tut pro dextra, qui pariter, & ex instituto in-
ter altissimam orationem, & utilissimam ope-
rationem temporis spatia partitur. Quia in
perfecto viro, nihil aliud nisi actionis, & co-
templationis perfectio requiritur.

C A P V T X I X.

De substantia, fine, & officio vitæ actiua.

A vita actiua incipiendum est, quia prior
est alijs, & ordine temporis, & conse-
quendi desiderio. Prius enim hæc appeten-
da, & querenda est, quam Deus fecit veluti
primum gradum scalæ cælestis. Omnis enim
spiritualis vita à susceptione Domini in pro-
prium cor sumit sui cursus exordium. Lue. 10 Martha
autem, quæ typus actiuae vitæ est, Dominum
hospitio suscipit. Maria vero, quæ vitam con-
templatiuam signat, ad pedes Domini, iam
in propriam domū admissi prouoluta, qui-
scit. Actiua vita est, quo homo studiosis
actionibus ex professo vacat, ut se ad con-
templationem veritatis & amoris perfectionem
disponat. Finem ergo atque scopum viæ ac
vitæ in quem tendere debet actiuis, hoc est,
bonarum actionum sector, non est alijs,
quam

quām vniuersorum vitiorum extinctio, paſſionum mortificatio: virtutum moralium acquisitio, & in bonis operibus rectitudo. Aut breuius, finis est, emendatio morum, ac vita correctio. Quare Isidorus actiuam vitam vocat innocentia bonorum operū. Hunc esse bonarū actionum fructū, paſſiones omnes comprimere, vt mentis pacem & quietem possideamus. Actiuæ vita (inquit Bonaventura) duæ ſunt partes: prima pars, qua quis ſe exercet ad ſuam principaliter vtilitatem, corrigendo ſe, emendando à vitijs, & informando virtutibus, ſecunda pars eius eft, quomodo quis principaliter ſuum exercitiū confeit in vtilitatem proximi. Cūm enim vita actiuia præparet animam ad vitam cōtempatiuam, quia Deus intellexu & affectu poffidetur; neceſſarium eft, vt mundo renunciet, ac inordinatis ſenſuum, paſſionumque motibus, quibus mundo coniungimur, vt Deum aliquando tenere valeat. Sapienter enim dixit Prosper: Qui vult Deum poffidere, renunciet mundo, vt ſit illi Deus beata poffeffio. Renūciatio non tam in illa externa abiectione, quām in iſta interiori abnegatione conſiſtit. In ipſo exercitio actionis exteriō, teipſum ſollicitudine magna custodi, noxiās cogitationes fuge, quāe tunc ſolent clauſtra cordis irrumperē. Debent quippe, qui Deo placere cupiunt, nihil horum præter-

H 4 mittere,

*Isid.lib.
3.sent.
c.15.
nn.1.*

*Bonav.
lib.medi
tat.c.45.*

*Prosp.
2.devita
contēp.
c.16.*

mittere, quæ valeant cor accendere, aut proximum ædificare. Omnia (inquit Dionylius) hæc corporalia, exterioraque opera, ad interiorum reformationem indesinenter vertamus; alioquin inordinata erit conuersatio nostra, & qui à feruore incepimus, in tepore consummabimur. Parum tandem valet sola exterior disciplina, quoniam ad diuinam familiaritatem, quam magnis desiderijs debemus concupiscere, tirones idoneos non reddit. Virtutis enim species, & non veritas, quasi qualitas est, non substantia. Exterior enim disciplina sine studio internæ virtutis multo tempore durare non potest. Nam sicut arbusta, radices in terra fixas non habentia, adueniente solis ardore, statim arescunt, & flante vehementiori aëre, non solum agitantur, sed penitus euulsa procumbunt, ita exteriora ista religionis indicia, facillimè data, minima occasione decidunt, si non in mentis virtute radicentur. Hæc itaque externa querantur, non sui ipsorum gratia, sed ut interna virtutis dona efficiant, conseruent, augeant, atque promoueant. Substantia ergo, & veritas nouitorum, qui iam vitam religiosam & spiritualem inceperunt, prima pars vitæ actiua est, quam debent toto mentis conatu tempore tirocinij sui exercendam suscipere. Tunc autem hoc præstant, cum in id vehementer incumbunt, ut peccata in sæculo facta, verissi-

mo

mo odio detestentur, amarissimoque imbre lacrymarum diluant. Passiones & affectus immoderatos mortificant, nimiam familiaritatem, & ineptas amicitias, animæ pestes fugiant: vitia extirpent, virtutes acquirant: seipso contemnant, conculcent & proterat, ab vniuersis contemni, & pro nihilo haberi appetant, ament nesciri, discant mori, lugent præterita, spernant præsentia, meditentur futura. Hæc sit eorum cura, hoc studium, ut seipso, tum officijs externis, tum actibus internis ornantes, tandem ad finem tirocinij, viri perfecti & spirituales euadant.

C A P. XX.

*De substantia, fine, & officio vite
contemplativa.*

Avita actiua ad vitam contemplatiuam transitum faciamus. Animus enim tanto conatu ab amore creaturarum auultus, & tot laboribus sanctarum actionum purgatus, quid aliud cupit nisi Deum suum, oculo supernaturalis luminis intueri, & mysteria cælestia contemplari? hoc autem præstat vitæ spiritualis ea pars, quæ vocatur contemplativa, cuius munus est mentem rebus terrenis & curis sæculi huius exemptam, chorus Angelorum inferre, & usque in Domini

H5 solium

solium penetrare. Istius vitę contemplatiū duos fuisse, atque ex parte esse modos, sive rationes nemo est qui ambigat. Altera est illorum, qui eremi secreta petentes, in antis atque speluncis delitescentes, assiduae meditationi & contemplationi vacabant. Quales fuerunt Pauli, Antonij, Hilariones, Pachomij Macarij, Arsenij, Simeones, & alij quā plurimi, qui spiritu sapientiō interius mouente, hoc institutū, ac vitę genus aggressi sunt. A quo nec fragilis mulierum sexus abhoruit, cūm legamus Mariam Ægyptiacam, Pelagi, Theoclastem, & alias non paucas fœminas in eremi abdita secessisse, & solas sine comite, cateruas dæmonum expugnasse. Altera, illorum, qui in cœnobij, sub cura prælati, consortioque multorum, in cellulis suis commorantes, & ab omnibus externis occupationibus sequestrati, oratione & contemplatione pascuntur. Cuiusmodi fuerunt Basilij, Benedicti, Brunones, Bernardi, Hieronymi, Augustini, & vniuersi, qui istorum genus vitę sequentes, vitam quietam, ac omnibus mundi curis exsolutam, aut coluerunt, aut colunt. Illam priorem viuendi rationem, anachoreticam, hanc verò posteriorem cœnobiticam, vocauit antiquitas, eis ab ipso instituto appellationem tribuens. Nam Anachoreta, illū qui ab alijs secedit, cœnobita verò eum qui in monasterio viuit, designat.

Vita

Vita contemplativa, quæ in solitudine
sine Prælato, sine socio, sine teste transigitur,
paucissimorum est, & magnis periculis atque
incommodis non caret. Si enim aliquibus
congruit, illi profectò sunt, qui diu in cœno-
bijs versati, & in omni genere mortificatio-
nis exercitati, ac vniuersis instructi virtuti-
bus, inspirante Deo, & Prælato annuente ad
eremum configuiunt, ut in carne mortali An-
gelorum vitam imitentur. Cassianus certè ab
his, qui vitam anachoreticam aggressuri sunt,
& virtutum perfectionem & iugem prius in
cœnobis habitationem requirit. Secundum
(inquit) genus monachorum est anachore-
tarum, qui prius in cœnobis instituti, iamque
in actuali conuersatione perfecti solitudinis
elegere secreta. Quod confirmat & nostri
Saluatoris exemplum. Nam priusquam in
desertum secederet, baptizari voluit, & spiri-
tus sancti in se manentis, signum visibile osté-
dere, & sic omnem implere iustitiam. Ex quo
discimus eos, qui vitam eremiticam, & peni-
tus solitariam assumunt prius in se, dum sunt
in cœnobis, spiritus sancti habitationem per
mundiciam carnis, & Spiritus, & omnis iusti-
tia, ac virtutis perfectionem, si proficere vo-
lunt, quæsitos. Solitarius (ut optimè no-
tauit beatus Thomas) debet esse sibi per se
sufficiens. Hic autem est cui nihil deest, qui
seilicet, aut Dei solo munere, ut Ioannes Bap-
tista,

Cassian.
coll. 12.
cap. 4.

d. Tho.
2.9.188
ar.8.

tista, repletus Spiritu sancto ex utero matris suæ; aut exercitatione virtutum, ut alij Sancti, ad perfectionem aut consummatam virtutem peruenit. Quibus ergo multa desunt spiritualia dona; & qui nondum, aut Dei solis donis, aut aliorum societate, & exemplis, ad fastigium sanctitatis adscenderūt, minus prudenter eam viuendi rationem, scilicet solitariam, arripiunt, quæ tantum viros admittit, tum sibi sufficientes, tum in omni virtute perfectos. Hieronymus enim his solis, quin monasterijs diu probati sunt. huius solitariae virtutæ professionem permittit. In hunc modum scribit: *Quid igitur solitariam vitam reprehendimus? minimè, quippe, quam saepe laudauimus, sed de ludo monasteriorū huiuscemodi volumus egredi milites, quos eremis dura rudimenta non terreāt; qui specimē conuersationis suæ multò tempore dederint: qui omnium fuerint minimi, ut primi omnium fierent &c. Vita contemplativa, quæ in cœnobij retinetur, ab omnibus externis actionibus elongantur: Deoque intellectu & affectu, prout possibile est, in hac vita continenter inhærent. Huc tendit omnis istorum vocatio: hanc ob causam à sollicitudine occupationum feriantur, ut negotiosum otium, diuinam naturam, & ea quæ ad hoc ducunt contemplandi, suscipiant. Ideo consortium hominū fugiant, & secū, non tantum in*

*Hier. e-
pist. 4. ad
Rustic. 4.*

con-

conclavi cordis, sed etiā in cella solitaria cō- *Ps.73.*
 morantur, ut dicant: *nobis autē adhærere Deo bonū*
q̄. Ingens bonum est cellæ secreta tenere,
sponsum alloqui, rerum cælestium contem-
plationi vacare, & in hoc interiori silentio à
bonis & perfectis approbato, quicquid ve-
cordes oblatrent, vita cœnobiorum contem-
platiua consistit. Hanc impensè rogo, Prælati
tueantur, senes laudent, & tam hi, quām illi
charissimas Dei sponsas, animas nempe con-
templatrices à morsibus imperfectorum de-
fendant. Non miremūr (ait Bernardus) si
quempiam laborantem, & bene operantem,
aduersum fratrem vacantem murmurare vi-
deamus, quia hoc in Euāgelio legimus Mar-
tham fecisse aduersus Mariam. Quod autem
Maria quandoque murmurauerit aduersus
Martham, eo quod eius actionibus implicari
vellet, nusquam omnino reperitur. Ne ergo
labori fratrū inuidet, neq; alicuius obrecta-
tiones molestè feras, sed voluntate Prælatorū
fulcita, & diuinis consolationibus animata,
inter inania verba tepidorū, quiescescure.

Huius vitæ contemplatiuæ magna est di-
 gnitas, ingens vtilitas, mita suauitas. Magna
 certè dignitas cuius possessio laborantibus in
 actua vita, tanquam præmium ac merces
 promittitur. Quare Isaias, collaudato eo, qui
 studiosis vacat actionibus, ita concludit: *Iste*
in excelsis habitabit, munimenta saxonum sublimi- *Isa.33.*
tas

tas eius, panis ei datus est, aqua eius fideles sum.
Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent u-
ram de longe. Dabitur (inquit) ei , ut habuit
excelsa spelunca petrae fortissimæ, hoc est, in
in corde Christi Saluatoris, cuius fortitudi-
ne, à turbine ac procella saeculi protegetur.
Munimenta saxorum, sanctorum nempe in-
tercessiones quas orando promeruit, asylum
eius. In excelsis habitare est, cor in cælestibus
ponere, & munimenta saxorum sublimis
nostra est, cum mente choris castrisque cæ-
lestibus iungimur, & insidiantes malignos
spiritus, stantes in arce cordis, quasi subter-
positos, expugnamus. Tunc nobis etiampor-
nis datur, quia in supernis erecta intentio, &
ternitatis contemplatione reficitur. Et fide-
lis aqua cælestium consolationum, affatim
tribuetur ei, quibus sine nausea satiatus, ter-
renas consolationes lætè despiciat. Christu-
m in decore suo conspiciet, siue in humanitate
eius, siue in diuinitatem oculos conjiciat, sem-
per sui sponsi pulchritudinem, decorem, &
claritatem contemplatur. Cernet de longe
terram viuentium, cum luce diuinâ perfulsis,
& delectationibus spiritus inebriatus, aliquâ
stillam cælestis patriæ degustabit. Non enim
qui ambigat, ista omnia vitæ contemplatiæ
esse fructus, quibus anima, quæ diu in via
actiua laborauit, iam ad contemplationem
vocata reficitur. Si ergo merces à Domino iu-
stis

stis attributa magna est, siue in præsenti vita,
siue in futura tribuatur, quanta erit contem-
platiæ vitæ præstantia, quæ præmium est bo-
norum operum, merces iustitiae & veritatis?
Est quoque huius vitæ ingens utilitas, siue cā
comparatione illius, qui vitam contempla-
tiuam colit, siue comparatione totius Eccle-
siae consideres. Nam contemplationi diuino-
rum vacans quis explicet, quām magna &
mirabilia dona ex Dei confortio & familia-
ritate percipiat? Iam pace & tranquillitate
cordis hilarescit illam Domini benedictionē
experiens: *Quia sedebit populus meus in pulchri- Isa. 32:*
tudine pacis, & in tabernaculis fiducie, & in requie
opulenta. Iam denique extra se ipsum raptus,
his bonis perfruitur, quæ nostram omnino
experienciam subterfugiunt: fortè dicit: Scio
hominem siue in corpore, siue extra corpus,
nescio, Deus scit, raptum huiusmodi usque
ad tertium cælum, & quoniam raptus est in
Paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non
licet homini loqui. Hæc ad fructū ipsorū con-
templantium pertinent: sed, quām sint proximis
viles ex eo percipi potest, quod Ecclesia eo-
rum orationibus fulcitur, & exemplis suste-
natur: cuius rei testis locuples sit Augustinus,
ita scribens: nihil de his loquar: videntur
enim nonnullis res humanas plusquam oportet
deseruisse non intelligentibus, quantum
nobis eorum animus in orationibus prospicit, & *cap. 31.*

vita

Aug.
lib. de
morib.
Eccles.

1. Cor.
12.

vita ad exemplum, quorum corpora videntur non sinimur, & optimè quidem. Est nam istorum vita contemplationi addicta, velut Domini charissima sponsa, quæ eius dominus scilicet sanctam Ecclesiam suâ pulchritudine illustrat, suâ puritate alios ad perfectionem allicit, & quidquid postulat vel ad peccatorum purgationem, vel ad virtutis augmentum, vel ad fælices negotiorum euentus, ipsius non semel, sed saepissimæ impetrat.

Est denique admirabilis contemplationis vita suauitas: cui homo deditus, tantum interdum iucunditate & voluptate perfunditus, ut optimè ei aptari possit illud Salomonis:

Ecclesiastes 5 • Non satis recordabitur dierum vita sua, eo quod Deus occupet delicijs cor eius: sicut enim mundanus homo detentus, aut conuiuijs occupatus, tantum abest, ut diem longum esse iudicet &c. ita spiritualis vir delicijs purissimæ contemplationis perfusus, obliuiscitur dierum vita suæ, quos, quia cælestes consolations angustant, non tam transire quam volare conqueritur. Verè iucunda vita, quæ vitam mortalem abbreviat, non aliquid ex eius spectando, sed mentem nostram summis voluptatibus inescando. Iucunda vita, quæ Deum inhaeremus, & fonti immense suavitatis immersimur. Mirabilis profecto vita suauitas quam vita huius molestias effugimus, sollicitudinibus & curis eximimur, & simul mensum

cum

cumulantes, Angelorum delicijs & suavitate
replemur.

Sicut vita contemplativa alia est à vita a-
ctiua, ita proprium finem habeat necesse est
à fine actiuae vitæ diuersum. Hic finis est, mē-
tem ab omnibus terrenis desiderijs & cogita-
tionibus emundare, & Deo intellectu & af-
fectu atque imitatione conjungere. Quem
Ioannes Cassianus hâc oratione nobis expo-
suit: *Eremitæ (hoc est contemplatiui) per-*
Cassian.
col. 19.
fectio est, exutam mentem à cunctis habere
c. 8.
terrenis, eamque quantum humana imbe-
cillitas sinit, vñire cum Christo. Sedebit soli-
tarius, & racebit, quia leuauit se super se. Si-
Ter. 3.
Ps. 101.
milis factus sum pelicano solitudini; vigi-
lau, & factus sum sicut passer solitarius in
tecto. Desiderium autem & dilectio rei ama-
tæ adhuc mentem non satiat; donec mens
tem amatam possideat, eiusque præsentia de-
lectetur, eiique prout possibile fuerit immer-
gatur. Atque adeò cognitio in hac vita pro-
pter amorem est, amor verò propter vnio-
nem, quâ bono iungimur, ipsumque secun-
dum nostræ naturæ capacitatem possidemus.
Contemplativa vita est (ait Gregorius) cha-
Greg.
hom. 14
in Ezech
titatem quidem Dei & proximi totâ mente
retinere, sed ab exteriore actione quiescere,
solo desiderio Conditori inhætere, ut nihil
iam agere debeat, sed calcatis curis omnibus,
ad videndā faciem sui Creatoris animus inar-

I descat,

descat, ita ut iam nouerit carnis corruptibilia
podus cum mœst ore portare: totisq; deside-
rijs appetere, illis hymnicinijs Aneglorū cho-
ris interesse, admisceari cælestibus ciuibus, de-
æterna in conspectu Dei incorruptione gau-
dere. Sic profectò ille dicit, non quo ab hac
vita considerationem excludat, sed ut Dei
amorem, & cælestes affectus finem & sco-
pum adstruat.

Contemplatione in creaturarum despe-
ctionem, in Dei amorem, in virtutum perfe-
ctionem, atque in veram properet sanctita-
tem, ut ex hac obscura Dei notitia, ad claram
& perspicuam cognitionem transferatur. Ad
hoc profectò vita contemplativa tendit, ut
mentem homins ab omnibus rebus creatiis
abstrahat, & quasi in quadam temporalium
morte constituat. Quemadmodum enim
mortuus nihil humanum cogitat, nihil ter-
num cupit, ad nullam rem quantumuis pul-
chram, afficitur: ita contemplatius omnium
infimarum rerum cogitationes abjiciat, des-
ideria fugiat, & delicias, commoditates, atque
honores, tanquam ad se nihil attinentes, om-
nino contemnatur. Huius vox sit: veruntamen
existim o mnia detrimentum esse propter eminentem
scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem
omnia detrimentum feci, & arbitror ut ster-
cora, ut Christum lucrifaciam. Si enim rerū
terrenarum despectionem non acquirat, & à
proprio

proprio corde, non solum cupiditates, sed etiam cogitationes sœculi fugare conetur, neque ad altitudinem sanctæ contemplationis adscendet, neque in destinationem optatam propriæ sanctitatis perueniet. Enitatur ergo vita contemplatiæ sectator res omnes creatas à suis desiderijs & cogitationibus ablegare, ut contemplationis pennis valeat infimum terræ locum deserere, & in supremam cœlestium rerum regionem adscendere. Omnis intelligentiæ nostræ inquisitio, quâ summum bonum meditamus, & iam meditatum, simplici intuitu contemplationis adspicimus, hunc est fructum editura, ut summi boni cogniti amore excitet, & virtutum internas functiones, & spiritualem pulchritudinem in nobis pariat. Quærit anima verbum (ait Bernardus) cui consentiat ad correctionem, in meus. ser. 85. quo illuminetur ad cognitionem, cui innatur ad virtutem, quo reformetur ad sapientiam, cui conformetur ad decorum, cui maturetur ad fœcunditatem, quo fruatur ad iucunditatem. Istud igitur anima contemplatione nitatur adipisci, cœlestium desideriorum fruorem, virtutis decorum, amoris pulchritudinem. Et quo magis in ipsis profecerit, tanto amplius se credat in contemplatiua vita profecisse. Postremò contemplatiua vita diuinam vniōnem quærat, necesse est, ut ita ex intelligentia ad affectum virtutis transeat,

Conte
plans
diuinā
vniōne
quærat

& ex affectu, & interna exercitatione virtutum in sponsi amplexibus requiescat. Audi animam contemplatricem tuâ contemplatione finem istum asequentem, Inueni, quem

Cant. 3. diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam. Hoc iam affectui tribuendum est. Affectus namque siue desiderium est, quod Deum veluti absconditum manifestat, & quasi longè pos-

Psal. 9. tum ad nos adducit. Quare desiderium pauperi exaudiuit Dominus, preparationem cordis eorum audiuit auris tua. Audit, inquam, desideria clamantia, & præparationes cordis, hoc est, affectus voluntatis, vociferantes & open efflagitantes auscultat, & tanquam tenera mater paruulo clamanti & lugeti se bengnissimè ostentat. Tenui eum, nec dimittam, & hunc finem esse contemplationis designat. Sed quæ est ista vniō, quam vitæ contemplativa scopum adstruimus? est illa vniō, quâ Deo per voluntatis concordiam, & per virtutum imitationem copulamur. Hâc vniōne tene-

*Richard
in cant.
c.6.* tur Deus. Vnde Richardus ait: manet in illa anima Christus, quæ virtutes eius possedit. Vnio voluntatis est, cùm id constanter volumus, quod Deus vult ut velimus, & id animosè respuimus, quod Deus iubet ut non limus. Sic profectò Domino pacis vinculo

*Leo. ser.
6. in nat.
Domin.* ne cestimur, & vnum cum eo efficiemur, non naturâ, sed voluntatis pacisque concordia. Pulchrè enim dixit Leo Papa: Quid est, dilectissimi,

DE VITA SPIRIT. EPIT. 133

lectissimi, pacem habere ad Deum, nisi vel-
le quod iubet, & nolle quod prohibet? Au-
gustinus vitæ contemplatiæ mysteria per-
tractans, sic ait: eligant sibi partem melio-
rem, vacent verbo, inhient doctrinæ dulce-
dini, occupentur circa scientiam salutarem,
sed habemus firmiorem sacrarum literarum

cui adhæreamus, sermonem. *Sapientiam scribe Eceles.*

(inquit Ecclesiasticus) id est, sapientis seu 38.

legis doctoris, in tempore vacuitatis percipien-
da est, & qui minoratur actu, hoc est, à vitæ a-
ctiua operibus elongatur, *sapientiam percipiet.*

Posside autem & mentis tranquillitatem at-
Ephrem de patie.

que quietem (inquit Ephrem) pro muro mu-
nitissimo: nam quies superare te faciet pas-
siones tuas: tu enim de loco superiori pu-
gnas, illæ autem de loco inferiori. Acquire
igitur cum timore Dei quietem, & non no-
cebunt tibi quæcunque tela inimici. Nam
quies cum timore Dei conjuncta currus
igneus est, in cælum possessorum suum effe-
rens. Fidem illius tibi faciat Propheta Elias,
qui quietem ac timorem Domini amans, as-
sumptus est quasi in cælum! O quies, mo-
nachorum profectus! o quies scala cælestis
o quies via regni cælorum! o quies quæ ad
pacificum statu hominem perducis! o quies
cognitionum serenitas, & tranquillitatis por-
tus! o quies animæ securitas! o quies animæ
ac cordis lætitia! o quies pietatis & religionis

mater. Quietem corporis, & mentis, cura affligendi carnem & castigandi corpus subse-
quatur. Ad hoc enim sancti patres desertum petiuerunt sibi que solis remoti vixerunt, & hunc virtutis hostem vigilijs, ieiunationibus, & alijs corporis castigationibus spiritu subjugarent. Vitæ contemplatiæ seclator

Prosp (inquit *Prosp*) ad conditorem suum corde
1. de vii. illuminandus accedat, ipsi contemplando,
concep. atque insatiabiliter perfruendo, vigilanter in-
seruiat, ipsum iugiter concupiscat, præ amore
eius omnia, quibus inde potest auerti, refu-
giat, omnes cogitationes suas, ac totam spem
ex illius dilectione suspendat. Literarū diuin-
narum sacris meditationibus vacet, in his se-
dinitus illuminatus oblectet.

CAPUT XXI.

*De substantia, fine, & officio vita-
mista atque de eius pra-
stantia supra alias.*

Eph. 5. **P**rouidentissimè Dominus dedit inter ho-
mines quosdam quidem Apostolos, quol-
dam verò Prophetas, alios verò Euāgelistas,
alios autem Pastores & Doctores ad cōsum-
mationem Sanctorum, in opus scilicet mini-
sterij huius, quo isti ad docendum electi, sibi
decretam

decretam administrationem complent, & corpus Christi, Ecclesiam nimirum militante
ædificant, tandem Ecclesia hæc ordinem ha-
bet, vnde, & membrorum suorum dispari-
tate perficitur. Hæc autem disparitas in sta-
tuum ac ministeriorum diuersitate consistit,
quorum aliqua ad hoc videntur instituta, vt
quidam homines purgentur, illuminentur,
perficiantur: alia verò, vt alij inferiores suos
purgent, illuminent, atque perficiant. Ope-
ræ pretium est in hac fidelium cōgregatione,
sunt capita quæ membra inferiora dirigant.
Isti autem mundi gubernatores, & duces,
isti humani generis præceptores, atque ma-
gisti, ista Ecclesiæ lumina, quæ eam splendo-
re veritatis illuminant, & igne charitatis suc-
cendent, sunt sanctissimi Episcopi, in locum
Apostolorum suffici: & omnes alij ad sta-
tum clericale euecti, Episcopis tanquam veter-
ani milites subsunt. Episcopi sane sunt qui
vniuersum mundum suâ potestate & aucto-
ritate gubernant. Vnde in epithalamio sponsi
de illis sponsæ, hoc est, Ecclesiæ dicitur: pro *ps.44.*
paribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos
Principes super omnem terram. Patres missi
sunt Apostoli (ait Augustinus) pro Aposto-
lis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi.
Qui Principes facti, non solùm per seiplos
viriliter pugnant; sed alios etiam verbo &
exemplo erudiunt ad pugnam, & animare

nituntur ad prælium. Ipsi sunt luminaria Ecclesiæ, & velut stellæ huius spiritualis mundi à Christo splendidissimo sole lucē accipientes, vt in caliginosa nocte huius mortalitatis luceant: quare audiunt, non tantum, vos

Mat. 5. estis sal terræ: verum etiam, vos estis lux mundi. Clerici autem, præsertim presbyteri, se

ptuaginta duobus discipulis successerunt. Apostoli ita lucis animarum inhæserunt, vt tamen studium orationis non omitterent, & conuersationem in cælis haberent; cui rei locuples testis est Paulus, de se & de suis socijs

Phil. 3. dicens: nostra conuersatio in cælis est. Nullus enim est adeò solitudini addictus, & divinæ contemplationis amans, quem non Deus ad

aliquam proximorum utilitatem excitauerit. Nam certè Carthusienses, non solum oratione & exemplo, sed aetione etiam & doctrinâ Ecclesiæ prosunt; dum conscribendis libris, qui eorum doctiores sunt, ex instituto operam nuant, & pijs colloquijs sæculares eos inuisentes, instituunt. Hugo de

Hugo
lib. 2. de
nuptiis.
6. 1.

Sancto Victore, Augustinianus Canonicus, de se & de suis contubernalibus aptè conscripsit. Quibusdam sola Rachel, quibusdam sola Lia placet. Amant enim quidam contemplationis pulchritudinem, quietem silentij, charitati diuinæ quasi vultui Rachelis inharent adspectibus animæ. Alijs verò solius

Lia fœcunditas placet: generant verbo prædicationis

ditionis filios, hos nutriunt lacte consolationis &c. Apud nos autem utraque dicitur, id est, Rachel & Lia: ne ir:tolerabilis sit labor Lia, ne quies Rachelis habeatur tædio, sed constitutis horis sibi inuicem succedant, labor orationi, oratio labore, lectio meditationi, meditatio prædicationi. Præclarè enim dixit Gregorius: Qui rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cùm sollicitè ad interiora refugiunt, cùm nequaquam foris perturbationum strepitus diligunt, sed apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescent. Cassianus ait: verè enim lucra sua in pertusum saccum condit, qui quicquid per aliorum conuersionem videretur acquirere, intemperantiâ cordis sui, & quotidianâ animi distensione, disperdit. Sibi ergo religiosi animarum ministri persuadeat, ad secretum contemplationis quotidie esse recurrendum, si volunt alios lucrari, & seipatos per vanas distensiones, & depravatos affectus non perdere. In contemplatione namque igne charitatis accenduntur, ut alios accendant: ibi erudiuntur, sicut Moses in nube atque caligine, ut alios erudiant; ibi ditescunt donis, atque virtutibus, ut proximis spiritualem eleemosinam præbeant. Vita mista est, quâ religiosus vel qui quis alias ex instituto actiones saluti proximorum necessarias, & studium con-

Cassian.
coll. 24. 1
c. 13. 1

*Grez. 6
Moral.
c. 17.*

contemplationis amplectitur, ut actio contemplatione fulcita utilior, & contemplatione interrupta feruentior existat. Optime dixit Gregorius: nec perfectus prædictor erit (id est perfectus vita missæ sectator) qui vel propter contemplationis studium operanda negligit, vel propter operationis instantiam contemplanda postponit. At vita missæ propositum est tum contemplationis tranquillitatem, tum actionis proximis fructuosa curas, pari studio & intentione suscipere, tanquam duplēcē sui partem, quā affectat ad consummatam charitatem admitti, vniuersamq; dilectionis Dei & proximi implere iustitiam. Eius desiderium est magno illi præcepto Pauli satisfacere: *Attende tibi, & doctrinæ, in ista in illis: hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.* Attendit sibi, cùm in abdito cubili mentis considerat, qualiter viuat, & omnia sua interiora, & exteriora recognitat, ut ad meliora promoveat, & diuina mysteria perlustrat, ut visibilia contemnat, & inuisibilia acie mentis cognita concupiscat. Attēdit doctrinæ, cùm impensè laborat, ut arguendo, obsecrando, increpando alios ad cognitionem & amorē sui Creatoris adducat. Hæc autē duo præstat, ut & sibi, & alijs fratribus ianuam patriæ cælestis aperiat.

Hoc verò certum sit, quidquid inter actionem & contemplationem in temporis partione

tione contingat, semper tamen contemplationis studium habiturum intentionis ac desiderij principatum. Contemplatio enim, quæ Dei amorem comprehendit, est occupatio actione nobilior atque præstantior. Ipsa est, quæ actionem perficit, in suum finem dirigit, eique vim atque efficacitatem attribuit. Ipsa tandem, quæ propter seipsum appetitur, cum tamen actio non tam propter seipsum, quam propter instantem proximorum necessitatem appetatur; Qui si, aut doctrinâ, aut exhortatione, aut consolatione, aut Sacramentorum administratione non indigerent, satius esset functiones istas omittere, & vni contemplationi & amori summae veritatis inhædere. Quies autem mentis, oratio & contemplatio est, quâ cibo verbi Dei pascimur, creaturarū obliuione soporamur, vires amissas reparamus, & nouos animos ad operā & labore concipimus. Tunc sanè vñā manu facimus opus, & aliâ manu gladiū tene mus, cum alternis vicibus saluti animarū, & contemplationi rerum diuinarū instamus. Contemplatio verò rerum cælestium, & feruens oratio est cautissimus gladius, cuius præsidio muniti, non solùm immanissimos Ecclesiæ hostes terremus, & ab Ecclesia fugamus: verum in nobis quoq; vitia & prauas cupiditates cohibemus, & à cordibus nostris abscedimus, vitæ mistæ, cum in se fines vitæ actiua

&

Quis
sit finis
vitæ
misiæ.

Greg.
lib. 5. in
1. reg. ad
c. 14.

Ioan. 5.
Greg.
hom. 11.
in Eze.

& contemplatiæ contineat, erit sane duplo nobilior atq; perfectior. Hic finis in hoc sane positus est, vt operarius Ecclesiæ perfectam cōtemplationis gratiam, & absolutum actionis donum assequatur; & neque contemplationis amore zelum animarum deserat, nec zelo iuuandi animas in desiderio & amore contemplationis intepescat. Quem finem Gregorius manifestè tradit, ita scribens: prædicatores autem sancti, sublimes valde sunt, non solum opere, sed etiam contemplatione. Extrema ergo pars ista sublimitas est operis, intima verò illa, contemplationis. Tantæ profectio sublimitatis est finis iste, vt totam laudationem Ioannis Baptiste à Salvatore nostro Iesu Christo prolatā contineat, dum eum lucernam ardentem & splendentem appellat, *Ille (inquit) erat lucerna ardens, & lucens.* Ardor cælestia desideria, & lumen verbum prædicationis designat, & utrumque contemplationis & actionis absolutionem quandam & perfectionem demonstrat. Ille enim in secreto orationis cælestibus desiderijs & igne verissimæ dilectionis ardet, qui magnam & consummatam cōtemplandi gratiam accepit. Et ille in publico actionis lucet, qui bona, non vtcunque, sed optimè præstare nouit; & imperfectionem fœditate splendorum verbi non obscurat, & opera proximis utilia prauis exemplis non inficit. Cū ergo

ergo vocatur Iohannes lucerna ardens & lumen, perfectus prædicator vocatur, qui finem vitæ prædicatoris fuit assequutus: qui prius contemplando Deum, & seipsum maceratione carni affligendo, in deserto arsit, & postea ex amore Dei, & zelo animarum, cum magno spiritu prædicando in medijs populis caligine iniquitatum percussos illuminauit. Arsit quidem ille, quia sanctissime in omnibus se gessit, quia purissime vixit, quia viam planè cælestem in terris instituit. Arsit ille, quia tota eius vita nobis loquitur, tota nobis sermo est, tota nos à malo reuocat, & ad bonum exhortatur. Errant ergo, qui putant se vitam mistam tenere, cùm vanis alloquutionibus gaudent, cùm sacerdarium multis visitationibus delectantur, cùm negotia sacerdaria tractant, nuptias componunt, testamenta exsequuntur, lites procurant, &c. Non sunt ergo isti vitæ mistæ professores, sed totius vitæ spiritualis contéptores, qui ea quæ spiritus sunt horrēt, & ea quæ carnis sunt magnâ auiditate sectantur. Gregorius ait: Contéplatiua major est meritò quæm actiuæ, quia haec in vsu præsentis operis laborat, illa vero sapore intimo venturæ iam requié degustat. Sed Marthæ cura nō reprehenditur: Mariæ vero etiam laudatur, quia magna sunt actiuæ vitæ merita, sed contéplatiua potiora. Ad actiuæ (inquit Prosper) vitæ pertinet inter humana proficere, & rebelles corporis motus, rationis

Greg.
hom. 2. in
Ezech.
6. Mor.
e. 18.
Prosper.
de vita
contemp.
c. 12.

imperio temperare: ad contemplatiuam supra humana desiderio perfectionis adscendere, & indesinenter augendis virtutibus incubare. Habet actiua profectum, contem-

Nazian platiua fastigium. Hæc facit hominem *epist. 77.* Etum, illa perfectum. Rectè ergo dixit *ad Olym* gorius Nazianzenus: *Quieta, & à negotiis*

pium. *semota vitæ ratio, actuosa vitæ splendor* præstantior est. Actionis enim splendorem *vincit contemplationis lux actionem* diligens, eique puritatem, & splendorem impetrans. Certum est eam vitam spiritualem esse præstantiorem, cuius perfectior est operatio, Deo gratior, ac nobis, qui huius mundi vita se etiamur, utrilibet. Hoc autem habent vita contemplatiuæ functiones, si cum actionibus vitæ actiuaæ conferantur. Sunt perfectiores, quia actus sunt nostræ intelligentiæ, & voluntatis, quibus & diuinam naturam contemplamur, & eam ingenti charitatis amore prolequimur, & vitam illam cælestem imitamur, quæ est nostrorum laborum scopus, ac Dei ipius beata possessio. Quod si illæ actiones sunt perfectiores, quæ versatur circa obiectum excellentius, non dubium, quin consideratio & dilectio Dei actiones exteriores superent, quibus aut corporalibus proximorum miserijs consulimus, aut nos ipsos in officio continemus. Verissimè igitur Gregorius oculo dextro vitam contemplatiuam assimulat

assimilat. Dexter namque oculus vita contemplativa est: sinister, actiua &c. Sunt tandem actiones vitae contemplativae nobis, immo, & suo modo proximis utiliores. Nobis quidem, quoniam ad peccata delenda, ad passiones cohibendas, ad virtutes acquirendas, ad saeculum, & omnem eius splendorem conculcandum, efficacissimum est orationis contemplationisque remedium, ex qua tanquam ex editissima specula rerum labentium vilitatem adspicimus, & rerum aeternarum dignitatem aduertimus, cuiusque praesidio ab omnibus malis aufugimus, & vniuersas virtutes actibus internis exercemus &c. proximis vero, quoniam contemplatio actiones dirigit proximorum gratia susceptas, ad perseverandum in bonis operibus animat, eis prosperos euentus est throno Conditoris reportat, & innumera obtinet gratiarum dona, quae effundantur in proximos. Hanc contemplationis utilitatem pulchre Richardus his verbis subnotauit Merito (inquit) spousus monet (de anima contemplativa loquens) ne suscitetur, eo quod bene circa proximorum salutem occupatur. Et bona quidem sollicitudo, & turbatio carnalis, sed melior & sublimior circa plures occupationes, & cura spiritualis, utpote tam Deo quam celestibus ciuibus familiaris, & permanentis, & secura magis. Optimam partem elegit Magdalena, quae gratiam exercet contemplationis

*Richard
in cane.
cap. 8.*

77

plationis, & tamen occupatur in parte sotoris, vt etiam actiuae vitæ præmio coronetur. Perfectior verò & sublimior est illa operatio quam homo communem cum Angelis habet, quā sit illa, cuius vsu ad potentias corporales & necessitatem corporum se dimittit. Præstantior est contemplatio atque sublimior, quā homo, veluti ad angelicum munus, & cælestem quandam dignitatem evicitur. De contemplatiis verò subjicitur;

Ps. 35. *lumine tuo videbimus lumen.* Nam in lumine fr̄dei, & sapientiæ in hac peregrinatione, lucem increatam diuinæ naturæ per speculum in enigmate vident, quam in patria facie ad faciem sunt visuri, & eius gaudijs sempiternis fruituri. Contemplatiua autem hic incipit, vt in cælesti patria perficiatur: quia amans ignis, qui hic ardere inchoat, cùm ipsum qui amat viderit, in amore ipsius amplius ignescit.

Greg. h. Gregorius ait: Contemplatiua vita amabilis valde dulcedo est, quæ super se metipsam amam rapit, cælestia apperit, terrena autem debere esse contemptui ostendit, spirituali-
14. m. mentis oculis patefacit, corporalia abscondit.

Ezech. *Bern. se.* Bernardus ait: O veræ quietis locus! & quæ nō immerito cubiculi appellatione censuerim, in quo Deus, nō quasi turbatus ira, nec velut distentus cura prospicitur; sed probatus voluntas eius in eo bona, & beneplacens, & perfecta. Tranquillus Deus tranquillat omnia.

nia, & quietum adspicere, quiescere est. At Laurentius Iustinianus sic inquit: meritò iu-

*Laur. in
ligno vi-
te tracto
e, 8.*

cundior est (de vita autem contemplatiua loquitur) quia actua vita habet sollicitum

curlsum: contemplatiua gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa per-

cipitur: in hac contemnitur mundas, in ista videbitur Deus. *Sedebit* (inquit Propheta, de

Isa. 32.

contemplatiuis) *populus meus in pulchritudine*

paucis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie *Contē*
opulenta. *Hæc omnia sanctorum dicta, tot platio-*
honorificis *referta nominibus, quæ in vitâ* *nis de-*
contemplatiua quadrant, qualia sunt dul- *lectatio-*
cedo, raptus, somnus, requies, portus, cōuiuiū, *qualis*
locus quietis, sponsi cubiculum, visio mul-
cens, sedans, atque tranquillans, gaudium
sempiternum regni perceptio, ac notio Dei;

quid nisi incomparabiles diuitias, ineffabili-
lem suavitatem, & supra omnem cogitatio-
nem nostram, ingentem mentis voluptatem
ostendunt: huius etiam delectationis pro-
pria, quæ ex vita contemplatiua percipiuntur,
magnum afferunt suæ perfectionis augmen-
tum. Illud profectò animabus contempla-

tiuis congruit: *Comedetis versutissima veterum, &* *Leu. 26.*
vetera nouis superuenientibus proiicietis. Comedunt
vetustissima veterum, quādo ea cogitant, quæ
statum innocentiae sapiunt, & peccatum ne-
sciunt, & vetera pro nouis projiciunt, cùm
sæculi cogitationes & desideria, pro contem-

K

platione

146 P. ALVAREZ DE PAZ

platione rerū cælestium derelinquunt. Hinc ergo vitæ delectatio purissima est, ybi anima tanquam in igne purgatur, & ac si in mundo non esset, cogitationibus, & affectibus vnicuersis rebus mundanis eximitur. Et eo ipso vita contemplatiæ delectatio tuta est atq; secura, quod mentem occupationibus temporibus, & hominū cōsortio liberat. Frustra insit *Pro. I.* *tur rete* (vt inquit Salomon) *ante oculos pennarum*, & in vanū dæmon retia tendit in rebus terrenis ad capiēdos illos, qui omnia terrena cōtemnēt, & ea memoria & affectu deserentes, ad sola cælestia & æterna toto desiderio cordis anhelat ut enim ait Beda: facile laqueos qui in terra tenduntur, cauet, qui pennis virtutū subiectus, cōuersationem habet in cælis. Est etiam contemplationis delectatio in primis illustris atq; sublimis, quia similis est voluptatibus ac delicijs patriæ cælestis, quis beati ex Dei amore & visione percipiunt. *Rom. 14* *gnū quippe Dei non est esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Et hoc idem licet non eodem modo, est contemplationis gaudium, quod non esca & potus efficit, sed perfecta iustitia, pacis abundantia, & Spiritus sancti inhabitatio producit. In cælesti patria videbimus Deum, videndo possidemus, possidendo amabimus, amando fuemus, fruendo laudabimus. Et similiter vitam contemplatiuam habentes, & in operi con-

*Beda in
prou. ad
cap. I.*

Rom. 14

contéplationis se occupantes, Deum, oculis
fidei & sapientiæ conspiciunt, conspicio
vtcumque tenent, prout in ista mortali vita
cōceditur; tenendo diligunt, diligendo gau
dent, & gaudendo ingenti spiritus exultatio
ne perfusi, laudibus, & gratiarum actione
concelebrant. Verè illustris ac nobilis san
ctæ contemplationis voluptas, quā non car
nis infamis contactus assert, sed ex spirituali
vnione ad Deum, & ex notitia tantorum bo
norum assurgit. Est tandem hæc delectatio
valde pretiosa, quia rara est, nec omnibus
etiam iustis, & Dei amicis concessa. Semper
rara in pretio habita sunt. Non omnes iusti
imò neque omnes qui orationi & contem
plationi vacant, cellam ingrediuntur vina
riam, & ad sponsi cubiculum admittuntur:
sed licet interdum suavitatem aliquā expe
riantur, longè tamen est ab illis deliciarum
cælestium spiritualis ebrietas. Demum hæc
vita est magis sibi sufficiens, quia ad vñita
tem Dei proprius accedens, paucioribus in
diget. Vnde cùm Martha circa plurima tur
batur, Maria in vno solo, quod infinitis
partibus illa plurima superabat, quietem &
iucunditatem inuenit, & propter scipiam
amabilis. Et hoc Dominus subnotauit dicēs,
vnum esse necessarium, scilicet intellectu &
affectu adhærere Deo, propter quod reliqua
admittenda sunt, & si hoc impediāt, repu
dianda.

K 2

dianda.

Luc. 10.

dianda. Et sanctus David: *vnam* (inquit) *peti*
Pf. 26. *Ephrem à Domino, hanc requiram.* Hæc Maria (inquit
 de patiēt Ephrem) quietis exemplar extitit, sedens-
 cus pedes Iesu, ipsique soli adhærens: quare,
 & eam laudauit Dominus dicens: *Maria opti-*
mam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Cernis
 frater, qualis sit mentis tranquillitas, ac quies-
 cuius possessorem & ipse laudat Dominus.
 Hanc, mi frater, posside, & delectaberis in
 Domino tuo, ad pedes eius sedens, ipsique
 soli vacans, atque inhærens, ut confidenter
 dicere queas & tu: adhæsit anima mea pos-
 te, me suscepit dextera tua. *Si autem vacatio-*
motione potior est, quia hæc propter illam
expeditur; non dubium, quin vita contem-
platiua sit, quam aetua perfectior. Est etiam
 vita contemplatiua secundum diuina; actua
 verò secundum humana. Vnde Augustinus,
 In principio erat verbum, ecce quod Maria
 audiebat, verbum caro factum est, ecce cui
 Martha ministrabat. Diuina autem humanis
 præferenda sunt, & in primo, & præcipuo
 loco collocanda. Videtis (ait Cassianus)
Cass. coll.
I. c. 8. principale bonum in theoria sola, id est, in
 contemplatione diuina Dominum posuisse.
 Summum bonum, non in actuali, quamvis
 laudabili opere, & multis fructibus abun-
 danti; sed in diuina contemplatione, quæ
 verè simplex & vna est, collocauit.

Magna est quidem vitæ contemplatiu-
 perfectio,

perfectio, quam tam eximiæ proprietates illustrant: sed non est maxima eorum graduū vitæ spiritualis, ad quos vir religiosus potest adscendere, cùm major sit vitæ mistæ præstantia atque sublimitas. Mariam typum vti-
que contemplatiæ, meliorem partem aut optimam elegisse. Nam (vt doctè notauit Cardinalis Thomas Caietanus) Martha & Mariæ comparatio, partis cum parte, id est, vitæ actiæ & cōtemplatiæ, comparatio est, non vitæ cōtemplatiæ cum toto, id est cum vita Apostolica & mista, collatio. Harum au-
tem duarum partium Maria optimam par-
tem elegit; sed istâ parte optimâ multò me-
lius est totum, id est, integra, & perfecta vi-
ta Apostolica, contemplationem colens, &
perfectissimam actionem, atque omnino spi-
ritualem exercens. Saluator ergo noster vi-
tam contemplatiæ, comparatione actiæ
optimam vocans, actiæ prætulit: sed vitæ
mista amplioris perfectionis priuilegium non
admetit. Sancti enim patres manifestè in hac
sententia sunt, vt contemplatiæ mistam, &
vtrumque opus comprehendentem antepo-
nunt. Horum primus sit Hieronymus, illum
solum omnino perfectum existimans, qui
vtrumque opus Marthae atque Mariæ in vnâ
eandemq; viuendi rationem nouerit copu-
lare. Augustinus statum clericalem mona-
chorum professioni præferens, in quo & vi-

Caiet. in
Luc. c. 10
& 21.
182. ar.
1.

Hieron
in Thre.
c. 3.

K 3 tam

150 P. ALVAREZ DE PAZ

tam mistam (quæ clericorum est, præterim regularium) vitæ monachorum, id est, contempliua præponit. In epistola ad Val-

*Augu.
Epist.
158.*

rium ait: Cogiret religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore difficultius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio; sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet. Illud sine dubio collendum est vitam religiosam, non tantum contemplationi, sed etiam proximoru profectibus consecratam, multo præstantiore esse ea, quæ soli contemplationi vacans, proprium dñtaxat

*Chrys.
lib. 6. de
Jacerdot.*

profectum, & perfectionem exquirit. Chrysostomus verò adhuc apertius hanc maiorem vitæ mistæ perfectionem ostendit, non iam statum sacerdotis, hoc est, Episcopi, statu monachorum præponens, in quo multus est, & miru in modu illius supra istum præstantiam & dignitatem exponit: sed religiosum curz animarū vacatē, religioso solitario præferens.

Bernar.

At Bernardus eleganter & breuiter huius vi-

*ser. in na
tel. S.*

te mistæ præstatiā ingenuè fatetur. Est (inquit) tantu lucere vanu; tatu ardere paru; ardere &

*Ioan.
Bapt.*

lucere perfectu. Illi lucet, qui ex prædicatio-
nis ministerio, aurā solū popularē captant, &

non Dei gloriæ, sed propriæ ambitioni serui-

re student. Hoc autem vanum est. Nam quid

inanius est, quam ex tam sanctis ac præstan-

tibus laboribus, non fructu præmij cœlestis

decer-

decerpere, sed inanis glorie, & insipientis laudationis ventū aucupari. Illi ardent, qui sibi solis vacant, & contemplationi se tradunt, & sola cordis proprij puritate contenti, alijs doctrina non profunt, & hoc parū est Sancta enim rusticitas sibi soli prodest, quæ nullo modo potest cum illius sanctitatis opulentia cōferri, cuius tam eximiae opes sunt, ut habeat vnde abundē sibi prouideat, & vnde in alios sine suæ detrimento doctrinæ diuitias effundat. Illi verò ardent & lucent, qui in similitudinem solis splendorem igneum & ardore splendidum habent. Qui ardore charitatis seipso supra omnia creata efferunt, & Deo Creatori intellectu, & affectu se copulant, & luce doctrinæ proximos docent, ac vitijs liberatos in viam virtutis adducunt. Sed hoc sane perfectum est. Atque alio loco idem Bernardus, solitarium, mulierem vocat, & ministrijs Ecclesiasticis occupatum; virum, non quomlibet, sed fortem & bellatorem appellat. &c. Nam tu quidem in tui custodia vigilans, bene facis; sed qui iuuat multos, & melius facit, & utilius. Vita quippe contemplativa sola, instar est mulieris delicatæ, suā cūrātis internāt pulchritudinem; at vita milita est tamquam vir, cui nec minor solet inesse pulchritudinis decor; sed multo maior fortitudo, quæ pulchritudini admista, multo ratiōnē, præstantior, ac perfectior existit.

K 4

Meritò

Ber. ser.
12. in
Cant.

Meritò quidem Dominus, & usque ad perfectam ætatem filuit, & in eligendis Apostolis, designandisque discipulis aliquantulum exspectauit; ut charitatis ordinem not edoceret, quæ non ab alijs, sed à nobisipius debet incipere, secundum illud: *Miserere animæ tuæ placens Deo: nam quæ, rogo, charitatem nostræ salutis obliuisci, ut proximis consulamus, aut quæ prudentia, si cum nostra animæ detimento fratrum salutem curesus?* Charitatis preceptū in hæc verba promulgatum est. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Quod autem ultra nosipios diligamus, nec Dominus iubet, nec charitas exigit, nec iustitiae lex, aut regula prudentiae consentit. Hunc appetitum docendi ante tempus, quo aliqui stimulati, & temeritatem, quæ seipso effundunt, Bernardus multis ac grauissimis verbis in quodam loco perstringit. Et inter alia sic ait: *Cæterum, tu frater, cui firma satis propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeò tenera, atque arundinea, quatenus omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur vento doctrina, immo cui charitas tanta est, ut ultra mandatum quidem diligas proximum tuum, plus quam te ipsum: & iversus tantilla, ut contra mandatum fauore liquefacat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia octrahatur, pro trahatur ambitione, &c. Tu inquam, ita in proprijs*

Eccles.
30.

Mat. 22
Luc. 10.

Ber. ser.
18. in
Cont.

proprijs teipsum sentiens, quānam dementiā, quālo, aliena curare aut ambis aut acquiescis? & quare, o miseri, odio habetis silentium & cellam? quare ante tempus statum humilitatis deseritis? quare adhuc teneri & imbecilles ad virorum officia properatis? Si charitas fraterna impellit vos, scitote, quia charitas neminem cum proprio dispendio ad aliorum profectum curandum instigat. Tu ergo frater, à minimis incipe, ut ad mediocria procedas, mediocria ne contemnas, ut ad maxima, & planè difficilia sine ambitionis nota peruenias. Domum vitæ actiuaæ satis tuam & securam primum inhabita. Ne cogites te oleum & operam perdere cùm tibi vacas: imò teipsum doces, ut alios instituas; tuā domum opibus amplificas, ut habeas, vnde alijs salutis documenta communices. Ne assensum præbeas his, qui beatum te dicunt, & reverā te seducunt, qui tibi suadent, ut nec dum grādis factus, onera grandium supportes, Responde illis, quod Bernardus sapientissimus quibusdam sibi otium exprobantibus respondebat: Nonnunquam ego (inquit) cùm federē mihi ad pedes Iesu mōtens in recordatione peccatorum meorum: aut certè ad caput, si quando, vel raro stare, & exultarem in recordatione beneficiorum eius, audiui, dicentes: ut quid perditio hæc & causantes videlicet, quod soli viuerem mihi,

K 5 qui

Ber. ser.
12. III
Cant.

154 P. ALVAREZ DE PAZ

qui (vt putabant) multis prodesse possem, & dicebant: potuit enim venundari multo, & dari pauperibus. Sed non bonum mercatum mihi est, etiam si vniuersum mundum lucrem ipsum perdere, & detrimetum mei facere. Verum audiant excusantem Dominum & respondentem pro me qui me quasi de otio incusant. Mat. 26 Quid (inquit) molesti estis huius mulieris quod est, vos videris in facie, & ideo secundum faciem iudicatis. Non est vir (nisi putatis) qui possit mittere manum ad fortia, sed mulier. Quid tentatis ei imponere iugum, ad quod ego eum minus sufficientem intueor: bonum opus operatur in me. Stet in bono, quamdiu non conualefecit ad melius. Si quando de muliere in virum, & virum perfectum profecerit, poterit & in opus perfectionis assumi. Hæc verba viri sanctissimi tibi asumme, eorumque sensu & veritate te protege, cum ante aptum tempus ad curandarum animalium labore incitaris. Sede in ciuitate iuxta præceptum Domini, hoc est, intra cella secreta te contine, quoadusque induaris virtute ex alto. Quia nequaquam res prosperè tibi succedent, si nudus, & inermis ad pugnare exeras. Postquam vero actiua viræ cursum exegeris, cōtemplatiua vira in suam domum te orationis donum sitientem, & suauem sapientiae gustum esurientem excipiat. Vina pretiosa diuinarum cōsolationum tibi properet. In hac officina cōtemplationis prudenter

virginū respōsum expendens, eme tantū olei
charitatis, quod non solū tibi, verū etiā alijs
abundē sufficiat. Quæ nāq; prudentia erit ex
eo, quod tibi non fatis est, proximis erogare,
& alijs comedentibus, te fame perire? Si ergo
non abundas, si ferē nihil charitatis habes,
quanam ratione audes, ac si es es ditissimus,
in alios tuum oleum profundere? Meritò
(inquit Richardus) imperfēctus, quādiu non
habet, nisi parum olei charitatis, quo ipse tan-
tū vngatur, & nōdum per intīma dona gratiæ
solidari meruit; non vult exteriū implicari,
ne curis sacerdatis astuans, humanæ con-
versationis, & mutabilitatis vēto cōtingat eū
ab eo exiguo, quod accepit, exsiccari. Exterior
enim occupatio imperfectos cito immutat,
& dejicit, quia *mūstæ moriētes*, id est, cogitatio-
nes mundanæ, perdunt suave vnguentum gratiæ
minus in anima fundatę. Cupit ergo abundare
prius sibi, ut sic possit alijs infūdere: hoc oleo
vult potius inungi, quā vngere, de pleno fū-
dere, quā effundere, fluere quā effluere. Qui
enim indiscretè alijs prodeste cupit, & ante
tempus effundit, semper inops, & à gratia va-
cuus manet, & profectum suum impedit, &
alijs minus prodest. Si itaque teipsum & alios
saluare velis, quare prius per orationis stu-
dium, charitatis oleum, quo alijs prosis, &
teipsum in timore Domini, & in omni puri-
tate conserues. Si autem per actiuam vi-
tam ab omni terrena fāce purgatus, & per

*Richard
in Cant.
cap. 8.*

Eccl. 10

156 P. ALVAREZ DE PAZ

contemplatiuam, diuina sapientia illuminatus, atque Deo amoris nexu coniunctus homo terrestris esse desisti, & in hominem cælestem, aut potius in quoddam spirituali cælum commutatus es. Tales enim sunt cæli, quibus Ecclesia circumdatur.
Bern.
ser. 27.
in Cant. namque quæ adhuc peregrinatur (ut invenit Bernardus) habet cælos suos, homines præ rituales, vita & opinione conspicuos, fiduciosos, spe firmos, latos charitate, contemplatione suspensos. Et hi pluentes pluviam verbi salutarem, tonant increpationibus, coruscant miraculis; Hi enarrant gloriam Dei: Hi extenti sicut pelles super omnem terram, legem vitæ & disciplinæ digito quædem Dei scriptam in semetipsis ostendunt, ad dandam scientiam salutis plebi eius; ostendunt, & Euangelium pacis, quoniam Seculomonis sunt pelles. Prius igitur cælum in & tale cælum, quale sanctus hic descripsit, vita, & opinione lucidum, virtutibus purum & firmum contemplationis dono, à terrena dissitum: & tunc securè poteris officium usurpare, & proximos verbo & exemplo officio continere.

C A P V T XXII.

*Quod perfectio consistat in charitate
Dei & proximi.*

Perfectio magna r̄es est, quam vniuersi
suspiciunt, cuius possessionem omnia
tam cælestia quām terrestria diligunt. Quis
enim est, qui perfectionem non veneretur,
in qua, & sui, & aliorum summam dignita-
tem perspicit, & satietatem quorumlibet de-
sideriorum sitam esse cognoscit? Quæ res, si-
ue suprema, siue infima perfectionis non te-
neatur amore? cuius absentia cuiusque natu-
ram inquietam reddit, cuius præsentia, omnia
pacat, & vniuersa rerum desideria tranquil-
lat? Huius nominis vim atque naturam, ex
nomine perfecti, quod nobis apertius est &
notius venandum est. perfectum autem sic
Aristoteles definiuit: perfectum est, cui nihil
deest. Cuius sententiae Clemens Alexandri-
nus, Ambrosius & Thomas eisdem verbis
subscriperunt. Primum illud perfectum v-
num tantum est, scilicet Deus noster, cui
soli competit, quod omnia bona habeat, &
vniuersas perfectiones aut secundum natu-
ram, aut secundum virtutem cōtineat. Qua-
re scipsum promisit Mosi sub hac verborum
serie;

serie: *Ego ostendam tibi omne bonum, ad cuius non æqualitatē, sed similitudinem adspicere debemus, dicente filio eius: Estote perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est. Sicut fu-*

Mat. 5. duæ vitæ spirituales: altera huius mortalitatis qua militamus, altera illius æternitatis qua in pace sumus: ita duæ sunt perfectiones vna, quām post multas de hoste victoriæ adhuc bellum comitatur; alia qua post omnem de hoste victoriam pacem & coronam insequitur.

Sed duas istas perfectiones, non tam natura, aut magnitudo, quām earum qualitas statusque discernit. Non quidem natura differunt, quoniam vtraq; in vniione ad Deum sita est, atque in purissima charitate consistit. Charitas autem, tam illa qua Deum in hac vita diligimus, quām illa, qua in patria ipsum amore complectimur, eiusdem naturæ sunt, ut Theologis Scholasticis placuit. Iste namque duo amores eandem rem diligunt, scilicet Deum rerum supernaturalium auctorem, beatitudinisque datorem, & propter eandem rationem, scilicet propter ipsum, & nullius lucri, aut commoditatis obtentu: quare eandem naturam habent necesse est. Certè si gemmam quām in scanno esse quadam credulitate apprehendens, quidissimè diligas, cùm eam oculis cernis, & fidem humanam in visionem mutas, amo-

rem
ergo
qua
ligis
que
lus)
tiæ
spec
fide
possi
det,
imò
tem
que
ama
P
verò
tio
illia
illia
vitæ
ra p
uis p
tiatu
ram
hæc
desi
Et
De
der
rem

rem, quoad substantiam non mutas: Quare ergo charitatem quoad naturam mutabis, qua aut diuinam naturam fide cognitam diligis, aut facie ad faciem visam amore prosequeris? *Charitas nunquam excidit, (ait Paulus) sine Prophetie euacuabuntur &c. Prophetiæ quidem cessabunt, vbi nihil futurum expectatur, quod respiciamus &c. Abscedet fides, veniente visione, fugiet spes intrante possessione, charitas vero numquam excidet, numquam fugiet, numquam abscedet, immo purius, tenerius, & efficacius, presentem Dominum patrem & sponsum diligit, quem antea obscurè cognitum, & absentem amauerat.*

Perfectio huius vitæ via est, perfectio vero vitæ, immortalis est ciuitas: illa nauigatio est, ista portus: illa semen, hæc fructus: illa pugna, ista victoria: illa labor, ista quies: illa periculum, ista corona. Perfectio huius vitæ quantumvis magna, semper ad ulteriora progreditur, perfectio alterius vitæ, quamvis parua, æternæ mercedis possessione satiatur: illa Spiritus sancti ventis impulsa terram viuentium, in qua quiescat, inquirit, hæc ad terram illam optatam appulsa, nec desiderijs, nec meritis ultra procedit. Et vero homines vniuersos posse cum Dei auxilio ad fastigium perfectionis ascendi-
dere, nullo negotio persuadet Christi
Salua-

1. Cor. 13.

160 P. ALVAREZ DE PAZ

Saluatoris nostri ad perfectionem exhortatis auctoritas. Ille enim qui Apostolos suo instruens palam afferuit. *Quod vobis dico, omnibus dico.* Rursus alio loco ait. *Estate vos perficiendi, sicut & pater vester caelitus perfectus est.* Quia sententia omnes propterea homines libi dicta & inculcatam accipiunt. Non enim in vocatione ad gratiam, ac sanctitatem, est distinctione Iudei, & Graeci; nam idem Dominus omnium, diuines in omnes qui inuocant illum. Si autem omnes (quod ad se attinet) ad eminiam virtutem vocat, ad sanctitatem allicit, ad perfectionem inuitat; non denegabit aliquis quendi gratiam, neque ad descendendi facultatem. *Quod namque inuitamentum est verbo vocare, impulsibus & afflatibus ad pulas prouocare, & volentibus ac venientibus ianuam occludere? minimè claudit Deus minimè claudit; sed ipsi homines vanis praetextibus excusantes, viam sibi perfectionis occludunt.* Illi ad cænam magni regis inuitati quidem, & rogati, emptione dominatus, rerum temporalium sollicitudine & deliciarum amore deliniti, cænam illam optineram, & inuitantis benevolentiam repudierunt. *Vnus dixit: villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam &c.* Et ita seculares ambitionis appetitu inebriati &c. seipso ab amore perfectionis abducunt, & lantentis vias ambulare detrectant. *Cum tamen bene*

Lxx. 14.

benignus Dominus eos per seipsum vocet, per Euangelij ministros ad perfectionem inuitet, ac non minus liberaliter potentissima auxilia ad eam consequendam subministreret. Petrus, secundum eum (inquit) qui vocauit vos sanctum, in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est: *Sancti Levit.*
1. Pet. 2.
eritis, quoniam ego sanctus sum: illis igitur pos-
sibilis est perfectio, ad quam citra omne du-
bium nec vocarentur, nec mouerentur, nec
si non ad eius adepctionem contenderent,
corriperentur, si ad eam ipsis aditus negare-
tur. Quamobrem sapienter Chrysostomus,
ex hac communī praeceptorum & consilio-
tum promulgatione, deducit omnes, tam
seculares quam religiosos, & quocunque
nomisit aut munere censeantur, ad vitam
perfectam fuisse vocatos. Si eadem perfe-
ctio omnibus proposita est, omnibus impe-
tata, liquet eam omnibus etiam esse possi-
blem: neque enim impossibile aliquid voluit
imperare, qui iustus est (vt Hieronymus ait)
nec damnaturus hominem fuit, pro eo quod
vitare non potuit. Manifeste cognoscimus,
omnes qui in Christo baptizati sunt, posse
Christum induere, id est, perfectionem ac-
quirere, apud quem non est Iudeus, neque
Græcus, non est seruus, neque liber, non
est masculus neque foemina, sed omnes y-
num sunt in Christo Iesu. Nam sunt Christi

Chrys.
lib. 3.
Vitup.
monastio-
ca.

L mem-

membra, qui possunt aliquam sui capitis sa-
etitatem consequi, & ad participationem
gloriæ peruenire. Ad vos ergo, ô reges (qui
sæculi vilitates conculcastis, & vestris affecti-
bus imperasti) sunt hi sermones mei, ut di-
scatis sapientiam, & ab eo fine, quem cupiu-
stis, non excidetis. Concupiscite perfectionis
sermones, & diligitе illos, & habebitis in
moribus disciplinam. Clara est, & quæ nun-
quam marcescit, sapientia (ipsa est sanctitas,
atque perfectio) & facile videtur ab ijs qui
diligunt eam, & inuenitur ab ijs qui querunt
illam. Præoccupat, qui se concupiscunt, &
illis se prior ostendat. Qui de luce vigila-
rit ad illam, non laborabit; assidentem enim
illam toribus suis inueniet. Quis ita pute-
eam esse inuentu difficultem, cuius decor &
pulchritudo tanto splendore resulget: vi pa-
uulorum & egenorum conspectum non fu-
giat, cuius in homines tam ardens est amor,
ut seipsum non quæsitam inuitet, cuius tan-
ta benignitas, & affabilitas, ut nullius, quan-
tumvis despecti consortium erubescat? Vnde
Cassianus his notandis verbis concludit: Co-
stat neminem prouersus ob imperitiam litera-
rum, à perfectione cordis excludi, nec rudi-
citatem obesse, ad capessendam animæ pa-
ritatem, quæ compendiosissimè adiacet
cunctis, si modo sanam & integrum inten-
tionem mentis iugis ad Deum versiculi huius
medi-

Sap. 6.

Cassian.
coll. 10.
c. vlt.

meditatione seruauerint. Ecce sanctus hic pater instrumento tam facili, vno scilicet verbu cum ingenti affectu saepius repetito, iudicat perfectionem obtineri posse; & tu tor prælidijs cinctus, tot instrumentis adiutus (quia scientiæ desunt) ad eam appropinquare desperas? non te oportet, ô homo, vt perfectionem assequaris (verbis Bernardi vtor) maria transfretare, non penetrare nubes, non grandis, inquam, tibi ostenditur via, vsque ad remetipsum occurre Deo tuo: prope est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo vsque ad cordis compunctionem, & oris confessionem. Brevis sanè via est, quæ duobus passibus, compunctione & humilitate conficitur. Sanctitas, atque perfecta virtus, non in cognoscendo & subtiliter disputando, sed in amando, & recte operando posita est. Manifestum est, quia non his, quæ intellectum condecorant, sed in his quæ voluntatem emundant, & opus exornant, nostra est virtus, atque iustitia. Vera virtus in amore est, veros Dei famulos sola Charitas probat. Vera sapientia est perfectæ virtutis cognitio efficax, quæ bonorum operum actionem pariat, & vera intelligentia, sanctitatis notitia, quæ vsque ad eius amorem, & conatum assequendi procedat. Perfectio finis est spiritualis vita. Consilia verò non sunt finis, sed instru-

Bern.
ser. 1. de
aduentu.

Aug.
in En-
ebirid.
c. 121.

Cass.
coll. I, c.
7.

Perfe-
ctio
quid
sit
D. Tho.
2. q. 184
a. 1. 2
3.

menta virtutis quorū adiumento ad finē per-
uenimus. Augustin. certē sine vlla hæsitatio-
ne fatetur, consiliortum custodiam non est
finem spiritualis vitæ, sed mediū, aut instru-
mentum, quo assequimur finem. Et Ioannes
Cassianus, consilia cum instrumentis alic-
ius artis confert, quæ non sui ipsorum gra-
tia, sed finis artis causa parantur. Igitur ieu-
nia, vigiliæ, meditatio scripturarum, nude-
tas ac priuatio omnium facultatum, non
perfectio, sed perfectionis instrumenta sunt,
quia non in ipsis consistit disciplinæ illius fi-
nis, sed per illa perueniunt ad finem. Perfe-
ctio enim (ut optimè Thomas Aquinas an-
notauit) illa est, quæ secundum naturam
suam mentem nostram Deo, optimo fini co-
iungit, consilia vero non sunt talis nature, vt
nos Deo iungant, sed vt à vinculis creatu-
rum, quo ad istam coniunctionem assequē-
dam curramus, expediant. Cur namque tei-
temporales abjicimus? ne gressus nostros ad
Deum suis implicationibus teneant. Cur il-
lecebras carnis respuimus? ne mentis aciem
Deum contuentem obnubilent. Cur vo-
luntates nostras proterimus? ne diminæ vo-
luntatis in nobis impletionem impedian-
t. Cur à vino & cibis delicatis abstineamus? vi-
spiritualem dulcedinem domita carne sen-
tiamus &c. Hi gressus nostri sunt, hi conatus,
hi cursus, quibus in Dei imitatione currimus,
quibus

quibus in Dei vnionē properamus; non ipsa
vnio, quæ nos perficit, & in yera virtute con-
sumat. Quare, si his præstitis, nec dū ad diui-
nam vnionē admittimur, incipiētes erimus,
aut fortè proficientes, nō tamen annumera-
bimus sanctis atque perfectis. Perfectionis
quippe natura non ab his pendet, quæ ab
omnibus præstari nequeāt, cùm vniuersi (vt
iam diximus) ad perfectionē inuitentur. At
consilia non omnes seruare possunt &c. Igi-
tur non est in consilijs collocata perfectio.
Perfectio non est in voluntaria paupertate
&c. Aliud est nos rebus abrenuntiasse terre-
nis; & aliud Christi imitationem induisse, &
ad finem usq; spiritualis vitæ processisse. Sine
quo nemo iure vocatur perfectus. Certè A-
brahæ dictū fuit à Domino: *Ambula corā me,* Gen. 17
& es̄tō perfectus, qui perfectionē, ad quām in-
putabatur, est assequutus, corā Deo ambulā-
do, hoc est, eum perfectē amando, vt Tho-
mas interpretatur, & diuinæ voluntati se
subjiciendo, licet nunquam diuitias abiecc-
tit, nec opulentissimam familiam deseruerit.
Et similiter alij scriptæ legis patres sanctissi-
mi operibus, & rebus terrenis onusti, ita po-
tuerūt currere (ò magna fortitudo) vt ad cli-
num perfectionis adscenderint. Quod non
repugnare Euangelicę puritati, exem-
pla sanctissimorum Episcoporum, atque
Pontificum, Leonis, Gregorij, Ambrosij,

L 3

Hila-

D.Th.
opus. 18.
c. 7.

166 P. ALVAREZ DE PAZ

Hilarij, Paulini, Hildefonsi, & aliorum innumerabilium satis ostendunt, qui redim amplissimos Ecclesiae possidentes, potuerunt

Prosp. 2 de vind. tom. 9. non solum (ut Prosper ait) statum perfectionis tenere, sed etiam vitam perfectissimam conseruare. Et profectò si perfectionis voluntaria paupertate consistet, non esset cur Dominus à suis amplius requireret. Si

Matth. 19. vis (inquit) perfectus esse, vende quæ habes, & sequere me. Hoc verbo ostendens non in dimissione temporalium, sed in sequela Christi perfectionis substantiam inueniri.

Nec etiam in castitate, aut in virginitate purissima est posita perfectionis substantia.

D. Tho. 2.2. q. 152. ar. 2. Nam ista (ut sanctus Thomas ait) ideo consideratur, & laudabilis existimatur, quia propter contemplationem veritatis & unionem cùm Deo, à iustis suscipitur, secundum illud

1. Cor. 7. Pauli: Mulier innupta, & virgo, cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Magis igitur coniunctio & imitatio Dei quæ finis est, quam castitas aut virginitas, quæ est medium, erit nostræ mentis perfectionis. Et si sane castitas esset mentis nostræ tota perfectionis, ipsa sola ad placendum Deo, & eius benignum aspectum promerendum abundè sufficeret. Non tamen ita est. Nam sola, alijsque virtutibus destituta, nihil à Domino reputatur. Castitas sine charitate lampas est sine oleo, subtrahit oleum, lampas non

la.



lucet, Tolle charitatem, castitas non placet.
 Sed ô quām pulchra est (ut sapiens clamat) *ca. Sap. 4.*
Ita generatio cūm charitate, cum illa, inquam, *1. Tim.*
 charitate, quām describit Apostolus de cor-
 de puro, conscientia bona, & fide non ficta.
 Si ergo aliquis potest esse virgo, & superbus,
 aut charitatem non habens: & nullus potest
 esse perfectus, qui sit superbus, aut charita-
 tem non habens. Quid igitur sunt ista consi-
 lia, si cum perfectione conferantur: Sunt
 quidem in nondum perfectis validissima per-
 fectionis instrumenta, in perfectis verò inse-
 parabiles perfectionis effectus. Paupertas ve-
 rō, castitas, & obedientia, velut semina sunt
 aliarum moralium virtutum. Perfectio est,
 quā Deo impensè placere cupiens, has tres
 virtutes immenso amore complectitur, qui-
 bus homo, & Deo maximè placet, & San-
 ctos sequitur, & Christum imitatur, & in
 dies maiorem gratiam & ampliora dona pro-
 meretur. Certus quia quo pauperior, quo ca-
 stior, & quo obedientior fuerit, eo erit san-
 ctorum atque perfectior. Si perfectus est, per-
 fectum cor habeat, quod sanè immundicias
 sæculi harum trium virtutum ministerio ab-
 stergit, & se totum ad superna consideranda,
 & desiderāda sustollit. Ista sunt perfecti cor-
 dis desideria, isti sunt sanctorum virorum af-
 fectus, bona temporalia in seipsis putrescen-
 tia contemnere, delicias carnis fœtentes pes-

L 4 sun-

& in ea superna se totis votis extēdere, quorum substantia numquam perit, quorum non nunquam excidit. Qui ergo perfectus est, hoc faciat, & velut signa certissima sue perfectio-
nis ostendat. Vbi iam inteniemus pulcher-
rimam perfectionis margaritam, quod &
gratia sit, & consilium sit, & praeceptum sit,
& finis sit, ac scopus omnis gratiae cūctorum
consiliorum ac vniuersorum praeceptorum.
Hæc est charitas (et eximia atque incredibilis
pulchritudin) qua Deū propter semetipsum
amamus, & propter ipsum Deū omnes fra-
tres sine vlla exceptione diligimus. Charitas
inquam, quæ à gratia nos faciente Deo gra-
tos numquam potest separari. Ideo autem
sancti Doctores in perfectionis definitione

potius charitatis quam gratię meminerunt;
quoniam gratia solum habet animæ essen-
tiā perficere, & Dei participem facere; chari-
tas verò potentiam voluntatis exornat, ad
operandum benè, ac studiosè, & ita, ut opus
meritorum sit, opera autem præcipue per-
fectio requirit, & non ad nudam vitam ani-
mę, sicut gratię donum ordinatur. Charitati
competit, quod gratia sit, quoniam eam non
sterilis vulua naturę peperit, sed fœcundissi-
mus spiritus sancti uterū procreat dicens
Rom. 5. Apostolo: *Charitas Dei diffusa est in cordibus*
nostris per spiritum sanctum, qui datus est no-
bis. Cūm quilibet nostrum pars quedam
Eccle-

Chari-
tas à
gratia
separa-
ri non
potest.

Ecclesiæ sit, charitas est, quæ iungit nos Deo, tanquam omnium rerū fini; charitas est, quæ nos proximis tanquā partibus copulat; si cā habeamus, omnia possidemus, illamq; veluti fructū, & finem omnīū operū & laborū respicimus. In ea igitur omnis nostra perfec-
tio cōsistit. Finis noster in quem tendimus, Deus est, qui dicit de seipso: Ego sum alpha & omega, principium & finis. Caritas autem vnit nos Deo, *Nā qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo;* *Apoc.* iungit ergo nos vltimo fini, *1.* cui iuncti & vnti totius sanctitatis fonti, & *1. Ioa. 4* totius iniquitatis cōsumptori, quid ni simus sancti atq; perfecti? Audi Bernardum apertè *Bern.* proclamantem: iustorum animas Deo, non *ser. 83.* alio quām charitate coniungi. Iam vero (in-
quit) animæ redditus, conuersio eius ad verbu reformandæ per ipsum, conformandæ ipsis; in quo: in charitate, ait enim: *Estote imitatores* *Ephes. 5* *Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione,* *sicut & Christus dilexit vos.* Talis conformitas maritat animam verbo, cum cui videlicet similius est per naturam, similem nihilominus ipsis se exhibet per voluntatem diligens sic ut dilecta est. Ergo si perfectè diligit, nupisit, quid hac conformitate iucundius? Quid opribilius charitate? quafit, ut humano magisterio non contenta per temet, ô anima, fiducialiter accedens ad verbum, verbo constanter inhæreas,

L 5

verbum

verbum familiariter percunctoris, conulat
que de omni re quantum intellectu capi-
tantum audax desiderio. Verè spiritualis fa-
cti que connubij contractus iste; parum di-
contractus, complexus est, complexus plan-
vbi idem velle, & nolle idem, vnum faci-
spiritum de duobus. Si charitate anima De-
nubit; si charitate, non iam per alios, sed pa-
seipsum ad Deum accedit; si charitate De-
adheret, si affectu brachijs ipsu adstringi
& Deum (quod in ipso est) nunquam sepe-
randa complectitur, quid illi deerit, ut ad
stigium virtutis, id est, ad perfectionem ab-
scenderit? Cùm ergo charitas secundum na-
turam suam, amicitia quædam sit homini
ad Deum, & vinculum quoddam Dei, & ho-
minis super aliquam communicationem fue-
datum; & cùm Deus sit ultimus finis ho-
nis; manifestum est, quia primam perfectio-
nis qualitatem habet, quæ est rem perfectam
suo fini copulare, & ultimo humanæ vir-
scopo conjungere. Amor siue diuinus, siue
angelicus, siue spiritualis, virtus vnitiva et
superiora ad inferiorum mouens prouide-
tiam, & inæqualia ad socialē communionē
adigens. Sicut ergo nos vnit Deo, ita etiam
proximis copulat, & ad seruandum locu-
nobis congruum in Ecclesiæ corpore, pro ex-
gentia nostri status, potenter impellit. A char-
itate perfectio dimanat, ut multitudinis te-
dient

dentium sit cor vnum, & anima vna. Quare
 si chariras animæ Deo comparata, gluten est
 quod eam ipsi Deo mirabiliter agglutinat; ita
 quoque proximis comparata glutinum est, &
 præcipuum, quod animam charitate illinita
 fratribus copulat, & quasi inseparabiliter iun-
 git. Verissimè Richardus Victorinus ait: hoc
 glutino virum virtutis, non tantum Deo vni-
 tate, sed sibi ipsi etiam & proximo. Anima itaq;
 Richard
 de grad.
 charit.e.
 30.
 charitate vacua, est veluti corporis pars ab
 alijs partibus præcisa & separata. Quam li-
 cet fides sola vtrcumque vniat, & membrum
 Ecclesiæ mortuum faciat; tamen (quod atti-
 net ad participationem vitæ) odium, & ma-
 la voluntas separat, & ab aliorum membro-
 rum confortio disiungit. Anima verò chari-
 tatis & sanctæ dilectionis plena, est quasi
 pars in suo loco collocata, alijs partibus iun-
 ita, optimè reliquis membris Ecclesiæ cohæ-
 rens, & cum eis vnum viuum Christi corpus,
 & quod amplius est, vnum cor & vnum spi-
 ritum efficiens. Hanc pretiosam vnitatem
 Christus à patre postulauit, cùm pro suis di-
 scipulis oratione completâ, hęc verba subiū-
 git. *Non pro eis rego tantum, sed pro eis, qui credi-*
turi sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum
sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in
nobis vnum sunt. Vnitatem spiritualem chari-
tatis, petit dominus, quā vniuersi idem sen-
tiamus, idem sapiamus, idem intelligamus,
&

Ioa.17.

& simus in sensu, & voluntate concorde

1. Ton. 4.

Qui enim manet in Charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Bene atque perfectè igitur est nimæ ornari charitate, quæ eam viuiscat, & principio ac fini suo, scilicet Deo, & reliquo membris scilicet proximis, congruente apteque coniungit.

Si vero perfectio est, cuius causa rei perfectæ nihil deest, quia omnia bona necessaria secum afferit, id ipsum habet Charitas, ut sicut licet metem, quam possederit, omnibus bonis amplificet, atque in eam cuncta domus celestia & vniuersas virtutes inuehat. Sicut enim Reginam nobilissimam ancillæ, & postdissequæ comitantur, & aulicorum & nobilium turba circundat, & nunquam incomitata solamque relinquunt: ita charitatem, quam potentissima regina virtutum est, & regere regina, quam mentem regit, affectus gubernat, desideria moderatur, actiones dirigit, alia virtutes intusque assestantur, spiritus sancti dona cingunt, & spiritualia Charismata sepiunt. Nulla mens charitatem habitat, quam non prudentia fulgeat, & stititia resplendeat, fortitudine gaudeat, & temperantia voluptatibus terrenis emineat. Si enim, qui diligit, legem impleuit, & lex sine omnium virtutum exercitatione impletu*nō* potest, manifestum est, quia dilectionis professor omnes etiam virtutes possidet, & precepit.

Rom.

13.

omnibus satisfacit. Charitas autem principium est omnium honorum operū, quotum virtute in Deum finem nostrum dirigitur, illam vero virtutes reliquæ sequi debent, ut ipsarum ministerio singula virtutum opera suauiter præstet. In quam sententiā rectè dixit Augustinus: Sicut radix omnium malorū est cupiditas; ita & radix omnium bonorum est charitas. Totam magnitudinem & latitudinem diuinorum eloquiorum possidet charitas, qua Deum, proximumq; diligimus. At Charitas non solas virtutes omnes habet cōmites, sed dona quoq; spiritus sancti menti inseparabiliter tribuit. Sed quid mirum, si habeti charitatem oītines virtutes, & omnia dona non defunt, cui vel ipse Deus (ō ̄es admirabilis, & omni stupore digna!) incola, & habitator non deficit? Si quis diligit me (ait) *Ioa. 14.* sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansioē apud eum faciemus. Quid est, pater meus diligit eum, nisi ei hoc bonum præstantissimum volet, & misericorditer tribuet, ut adoptione sit Filius Dei? nam quotquot fide viua, & charitate informata receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri. Et quid est, ad eum veniemus, nisi pater & ego, & Spiritus sanctus hunc à nobis dilectum gratia donabimus, donis orabimus virtutibus cohonestabimus, & sēper in eo, tāquam in filio mirabilia operabimur?

Chari-

Aug.
ser. 9.
de temp.

Charitas amicitiae, cui soli vera & propria
charitatis virtutis Theologicæ natura con-
petit, ea est, qua Deum, non iam nobis
propter nos, sed propter seipsum, & propria-
tuam bonitatem diligimus. Scitè namque

Bern. de
diligend-
do D^eo.

dixit Bernardus: non sine præmio diligi-
Deus, & si absque præmij intuitu diligendu-
fit. Vacua namque vera charitas esse non po-
test, nec tamen mercenaria est. Quippe non
quærit quæ sua sunt. Verus amor seipso con-
tentus est. Habet præmium, sed id quod amatur.
Nam quidquid propter aliud amat
videaris, id planè amas, quo amoris fine
pertendit, non per quod tendit. Paulus no-
euangelizat, ut comedat, sed comedit, ut
euangelizet, eò quod amet, non cibum, sed
Euangelium. Verus amor præmium non re-
quirit, sed meretur. Præmium sane, nec dum
amanti proponitur, amanti debetur, per-
uerant redditur. Vocatur autem charitas
amicitiae, quia vera amicitia est, qua homo non
alterius cuiusvis hominis, sed ipsius Dei am-
icus efficitur. Si amicitia est amor, non sur-
tim dissolubilis, sed continuus, ac perleu-
rans. Amicitia est amor mutuus quo duos
amicis inuicem diligunt, & mutua est dilec-
tio charitatis, impossibile est enim ab ho-
mine Deum diligi, quin à Deo ipse homo di-
ligatur, cùm vox summe veritatis sit: Qui
diligit me, diligitur à patre meo, & ego dil-
ligo

Ieron. 14

gam eum, & manifestabo ei me ipsum. Amat & Deus hominem propter ipsum hominem, ut in eum sua bona conferat, suę misericordię diuinitas effundat. Si verò tandem amor Dei erga nos, nequaquam in nobis sistit, sed in Deum ipsum refunditur, qui sicut omnia propter seipsum operatus est; ita vniuersa propter seipsum amore prosequitur. Hęc est autem hominis natura, ut totus in Deum auctorem suum referendus sit, hęc eius summa perfectio, ut in finem, cuius gratia conditus est, sit Dei amore reuocandus. Amicitia bona amico vult, quia semper inuenitur cum benevolentia coniuncta, & Charitatis hoc proprium est, ut Deus nobis, & nos Deo, non solum vera, sed ingentia bona velimus. Ille, cuius amor efficax & operatorius est, maxima bona nobis amicis suis vult, gratiam, virtutes, dona, & ea volendo operatur in nobis. Et nos, quorum amor comparatione Dei vsq; ad effectum extendi non potest, saltem volumus, ut Deus suum esse habeat, suas infinitas perfectiones possideat, & de hoc sepiissimè cùm ingenti cordis exultatione gaudemus dicēdo: Gaudens gaudebo in Do- 15. 61.
mino, & exultabit anima mea in Deo meo. Bonę sunt gratię, bonę sunt virtutes, bona sunt omnia dona Dei: sed vos emulamini donum optimum, quod reuerā non est aliud nisi charitas, qua Dei amici reddimur, qua diui-

1. Cor.
12.

diuinum amorem, & erga nos beneuelentem
promeremur. Vbi igitur perfectionem reperi-
mus, nisi in amicitia Dei? Perfectionis erga
naturam in charitate efficiente consistit. Num
aliquis perfectus est, quia maiori fidelitate
conatus, ex charitate mandata vniuersa co-
stodit, purius viuit, & accuratius in omnibus
diuinæ se accommodat voluntati; tantum te-
nem diligit quisque, quantum in virtutibus, &
charitate fundatus fuit, & in seruandis man-
datis fidelis habet ut. Ecclæsia quidem ita sen-
tit, & perfectionem ex mentis puritate, tri-
bulationum sustinentia, & bonorum operum
continuata setie coniecat: illum perfectum
& sanctum prædicat, quem sancta opera, &
utiles labores exornat. Origenes illud Can-
ticorum explicans, secundum versionem le-
ptuaginta vitorum: *Rectitudo dilexit te, eam*
charitatem nomine perfectionis nobilitatem,
quæ in nos omnem puritatem inferat, om-
nem æquitatem afferat, & nullam iniquita-
tem admittat. Sed quis est iste charitatis
gradus, qui ad rationem usque perfectionis
accessit, & nomine perfectionis dignus cen-
setur? Hoc opus, hic labor est. Non posse
nos aliquem charitatis gradum signare
ac verbis exprimere, citra quam iustus im-
perfectus sit, & in quo, aut ultra quem iam
sit vocandus sanctus atque perfectus. Li-
cet enim fortassis sit aliqua charitatis
mensura

Orig.
Hom.
in Cant.
t.

mensura, magna quidem in se, sed minima inter amoris gradus, qui sufficient cor huma-
num omnino componere prout hæc vita
fert, & affectus comprimere, & hominem in
virtutum exercitatione perficere, citra quam
homo, neque constanter malum fugiat, nec
affectus moderatos habeat, nec virtutes ex-
erceat, nec mentē iugiter Deo adhærentem
possideat: (quod ad habendam perfectionē
necessarium est) tamen hanc mensuram in-
tellectus humanus non callet, neque in se-
ipso, sed tantum per effectus agnoscit. In o-
pibus animæ nemini mortalium datum est,
ita status & qualitates iustorum metiri, ut
quisque verè dicat: qui habuerit hanc chari-
tatis mensuram, erit perfectus, & qui ad eam
non peruererit, non erit perfectus; sed hoc
Deus, qui numerat multitudinem stellarum,
& omnibus eis nomina vocat, sibi ipsi co-
gnoscēdum reseruauit; ille solus est, qui sic-
ut charitatem facit, & mentibus iustorum
infundit; ita optimè nouit, quæ charitatis
mensura, quemlibet hominem optimè mo-
derabitur & ad perfectionem adducet. Nec
etiam sciemus aliquam maximam chari-
tatis mensuram cognoscere, quam viri iu-
sti in hac vita possint assequi, & maio-
rem aliam non possint adipisci. Vique ad
mortem ergo possunt in melius mutari, &
maiores virtutem, puriorum vitam, &

M subli-

psalm.
146.

178 P. ALVAREZ DE PAZ
sublimiorem charitatis perfectionem con-
quirere.

C A P. XXIII.
*Quæ charitas sit perfectio, & de qualibet
fructibus perfectionis.*

Illud certè colligimus, charitatem illam, quæ hominem omnino rectificet, sensus moderetur, affectus componat, potentias ordinet, vires dirigat, & in prosperis, & aduersis, sui, & omnium rerum mundanarum contemptorem faciat, & Dei solius, aut eorum quæ ad Deum referuntur, desideria succendat, beatum eum in hac vita, id est, perfectu efficere. Hanc charitatem, qui in aliquo gradu possederit, perfectus est, & qui in minore gradu minus, qui verò in maiori gradu, em magis perfectus. Gratia quippe & charitati gloriæ semina sunt, ut iuxta virtutem seminis, aut minima gloriæ arbor, aut maior, aut procera consurgat. An non, cum semen olei terræ committis, paruum olus gignitur, & cum tal' em cedri seris, cedrus magna producitur? ita si parum habueris charitatem modicam gloriam colligis; & si multum aquisieris charitatis, magnam gloriam & felicitatem consequeris. Praeclarè enim dicit Bernardus, sanctissimū patriarcham Benedictum laudans: *Omnino valde potens est*

in cælis, qui tam magnus, & potens extitit
in terris, secundum magnitudinem gratiæ,
magnitudine gloriæ exaltatus. Charitas illa
ita potens, ita efficax ut hominem ad animæ
sanitatē transferat, & non solum vitam spiri-
talem tribuat, ac etiam iuxta cuiusque statū
imperfectiones amoueat, & optimas actio-
nes conferat, nec non & stabilitatem ac per-
seuerantiā in bono concedat, perfectio ani-
mæ dicenda est, & sanitas reputāda. Est ergo *Perfe-*
charitas perfectio sanans mentem nostram, vel *etio est*
est sanitas animæ. Et hæc sanitas in tribus, in *sanitas*
animæ.

vita, in spiritualium actionum optima exer-
citatione, & in stabilitate consistit. Primo illa
charitas perfectio est, quæ tribuit animæ vitam,
id est, quæ à morte peccati letalis liberat, &
hominem Dei amicū facit. &c. non tamen satis
est, quod charitas animæ vitam tribuat, ut sancti-
tas & perfectio iudicetur. Multi nāq; Deo vi-
uunt, & gratiā ac charitatē habent, quos morbi
animi cruciāt, & spirituales dolores exagitāt.
Si lepra inuidiæ tabescis, si febri abitionis ar-
des, si frenesi ire, & indignationis ligaris, si hy-
drope cupiditatis inflaris, si furore superbie
teneris, viuus fortassis eris, sed nō sanus; tepi-
dus eris & vitiolus, nō vir sanctus, atq; perfe-
ctus. Licet enim hæc aliquādo nō vīq; adeò
procedat, ut letalia peccata sint, & animā mor-
tis gladio cōfodian, & per tamen sunt animi
morbi, quibus qui sub jacet, non sanus est, sed

M 2

corde

180 P. ALVAREZ DE PAZ

corde morbidus, & dolore cruciatibusq; de-
tentus, illa igitur charitas perfectio iudica-
da est, quæ supra vitam, sanitatem etiam
nimæ & incolumitatem impertit. perfectio
nem tandem arbori pulcherrimæ, & fructu-
bus oneratæ comp̄ramus &c. O perfectio
sancta! ô sanctitas illibata! ô puritas animæ,
splendida, atque decora! tu es ista arbor,
quam dominus in iustorum cordibus fecit
charitas autem, quæ eo usque processit, vi
perfectio animæ sit, arbori pulcherrimæ &
magnæ cōparanda est, quæ in tempore alta-
tis, omnem decorem foliorum, & florum,
& omnem fructuum suavitatem est assequen-
ta. Verè arbor æstatis, nam fureore ardet, &
miris amoris affectibus incalescit. Puto au-
tem perfectionē esse arborē illā speciosam
atque mirabilem, quam Ioannes in extrema
suae reuelationis parte descripsit: & ostendit
mihi (inquit) fluuium aquæ viua. splendidum tan-
quam crystallum procedētem de sede Dei, & agnus
in medio plateæ eius, & ex utraque parte ha-
minis lignum vitæ, afferens fructus duode-
cim &c. fluuius iste auxilium est diuinæ gra-
tiæ, cuius aqua viua est, nimis semper
manans, & splendida tamquam crystallus,
id est, mentem illuminans, & ab omni forde
Richard. ac fœditate purificans. Fluuius (ait Richardus)
est gratia spiritus sancti, cuius impetus
lætificat ciuitatem Dei. Quæ recte fluuius
com.

Apoc.
22.

comparatur, quia singulas generationes rigando, post vnam in alteram fluit, & si aliquando aliquibus subtracta angustetur, alijs tamen participando, per aliquos fluere nunquam desinit. Quæ etiam bene amßimulatur aquæ viuæ; aquæ, quia reficit, viuæ quia nunquam deficit: aquæ, quia abluit: viuæ, quia semper fluit. Procedit hic fluuius à sede Dei & agni, quoniam à Deo gratis, & sine ullis, nostris meritis datur, & ob merita Christi Salvatoris nostri confertur. Omnes vicos, & plateas ciuitatis Ecclesiæ rigat, quia omnibus iustis tam incipientibus quam perfectis, viuificum humorem adspergit. Bonauentura, per lignum vitæ fructum charitatis intelligit.

*Bona in
Gē. ser.
18.*

Lignum vitæ sancta perfectio est, in cordibus iustorum plantata, qui hinc & inde, tamquam terra bona, & tamquam ripæ amoenissimæ diuinæ gratiæ fluvio alluuntur: cuius ligni radix est timor Dei. Eius truncus est amor Dei, cuius rami sunt omnes virtutes, quæ ab amore tamquam ab initio procedunt. Cuius folia sunt præcepta diuina, quia lignum istud protegunt & ornant.

Primus fructus perfectionis est, puritas mentium. Est enim perfectio, siue perfecta charitas veluti quædam purissima ac splendissima lux, quæ peccatorum letalium nebras horret, & leuum peccatorum umbram pertimescit. Et in hoc sita est similitu-

182 P. ALVAREZ DE PAZ
do Dei viros perfectos exornans, & eos suo
splendore nobilitans, si ipsi leues etiam ab-
ijciant maculas, & mūdīrīā ac puritatē mētis
maximo desiderio sectentur. Quod ex Am-

*Ambr.
de fuga
secul.
e. 4.*

brosio didicimus in hunc modū scribente
Hoc est similem esse Dei, habere iustitiam,
habere sapientiam, & in virtute esse perfectū.
Deus enim est sine peccato, & ideo qui pec-
catum fugit, ad imaginem Dei est.

Secundus truncus perfectionis est, abie-
ctio tēporalium. Nam perfecta charitas est,
ut ditissimus & amplissimus thesaurus, qui
omnes sinus & recessus mentis occupat, ne
terrena capiat, aut vilia & abiecta huius
mundi bona concupiscat. De quo illud in
Ecclesiastico inuenimus: *Iucunditas cordis ha-*
eccl. 30 est vita hominis, & thesaurus sine defectione san-
tatis, & exultatio viri est longeuitas, quibus ver-
bis homines vitam & diuturnitatem in ver-
lætitia, à studio virtutum exorta, & in san-
titatis ac perfectionis thesauro constituit.
Hic ergo thesaurus nos implens, & exstant,
facit, ut terrena contemnamus. Tertius fru-
ctus perfectionis est, quies appetitum. Per-
fecta namque charitas est, sicut prudensissi-
mus gubernator, cuius proprium est remo-
publicam nostrorum appetitum regere,
passiones ad quandam pacem, & tranqui-
litatem redigere &c. Appetitus regit, quia
illos à rebus terrenis abducit, & in instru-
menta

menta virtutis, sua potētissima suavitate cō-
uertit. Charitas etiam perfecta, passiones
tranquillat, neque aduersus rationem re-
bellare, imo nec mutare permittit.

Quartus fructus perfectionis est, cir-
cumspēctio verborum. Qui perfectē Deum
diligit, eo ipso quod diligit non sēculari-
bus colloquijs distrahitur, quia cor cēle-
stium rerum amore suspensum, quo nam
modo aut vana audiet, aut terrena loque-
tur, aut ad res inutiles, & inanēs attendet.
Qui perfectē Deum diligit, ea loquitur
quæ Deo placent, quæ sibi profint, &
utilitati proximorum inseruant: dicente
Prospero Episcopo Regiensi. Hoc loqu-
untur quique, quod diligunt & delectabi-
liter audiunt, quod assiduis cogitationi-
bus voluunt. Sicut clausa vascula, quid in-
tus habeant, ignoramus; aperto verò ore
vasculorum, quid iatrinsecus continetur
agnoscimus, ita Sanctorum corda, quæ
clauso ore occulta sunt, aperto ore de-
teguntur. Quid igitur in cordibus nostris
lateat, eloquia, quæ fundimus paten-
ter ostendunt: & inane est cor, quod
inania loquitur, & iudicium plenitudi-
nis, si sancta semper, & proficia loqua-
tur.

Nos qui primūos fructus arboris vitæ, id
est perfectionis libāuimus: æquum est ut

M 4 alios

Prosper.
lib. 2. de
vita con-
templ.
cap. 6.

alios ex altioribus & nobilioribus ramis pendentes, assatim quoque manducare cupimus, & qui primorum quatuor fructuum perfectiones audiuimus, aliorum qui sequuntur, audiamus.

Quintus ergo fructus perfectionis est munditia cogitationum. Charitas, cum a fastigium perfectionis adscenderit, diligenteri conatu cordis cogitationes mundat, & puras, incontaminatasque custodit. Quia sponsa, quæ typus est animæ perfectæ magis de interna pulchritudine, quam de extrema laudatur. *Oculi tui columbarum* (inquit sponsus) absque eo quod intrinsecus latet. Quia valde honestum est quidquid in exterioribus operatur, quod simpliciter inter homines conuersatur. Sed vehementer pulchrius & honestius est, quod cordis desiderium illibatum retinere conatur, quod æternæ beatitudinis claritatem in mente retinet, erecta contemplatur: quod in his quæ interius videt, suauiter requiescit, & mundatur. Nam charitas hæc, cum plenum mentis dominatum acceperit, ita eam absorbet, ut Deum, & quæ ad ipsum pertinent tantummodo cogitare faciat, ut nihil vanum, nihil otiosum, nihil ab æterna salute alienum cogitare permitat. Sextus fructus perfectionis est impatientia desideriorum. Cui enim charitatem perfectam assimulabimus, nisi maximo

Cant. 4.

igni, & voracibus flammis, numquam ma-
teria combustibili sibi concessa satiatis;
& eò illarum æstus impatientior est, quo
plura, & maiora comburit: sic prorsus sunt
perfectæ charitatis desideria, quæ semper
noua virtutum opera inueniunt, noua Dei
obsequia perscrutantur, nouos labores ag-
grediuntur. Perfecta chatitas in bonum sine
vila comparatione insaturabilis. Verè fortis
tamquam mors dilectio. Charitas perfecta
& zelus perfectus honoris Dei, quantumuis
amet, quantumuis diuinum honorem in
mundo promoueat, numquam dicit, suffi-
cit; sed ardenter desiderio ad maiora &
difficiliora procedit. Quomodo enim desi-
derium ipsum per se cessabit, quod fit maio-
rum rerum assecutione potentius? aut qua-
ratione materia sanctorum desideriorū de-
ficiet eis, qui quantumuis magnam puritatem
assequantur, aut præstantissima opera faciāt,
semper infinitum restat assequendum, aut
aliquid maius, excellentiusque patrandum.
Evidem existimo Deiparam virginem, in
ipso sui obitus sanctissimi puncto constitu-
tam, & ad immensam puritatem exaltatam,
quæ esset digna matre & sponsa Dei, adhuc
maiorem aliquam puritatem esuriisse, & si
aliud vitæ momentum sibi concessum esset,
eam nouo, & illo præstantissimo merito
fuisse cumulandam. Ignis ergo iste perfectæ
chari-

186 P. ALVAREZ DE PAZ
charitatis, quem Christus venit mittere in
terram, & voluit vehementer accendi, co-
poreo igne voracior est, quem nulla acqui-
ta puritas satiat, quem nulla dignitas, id est,
nulla ad Deum propinquitas cōprimit, qui
amplius conatibus & desiderijs excusat.
Vnde liquet, quia perfecti desiderijs velim
impatientes sunt, qui dicunt: Satiabimur in
apparuerit gloria tua. quamdiu vero gloria
non apparet, sed carne mortali cinguntur, non
satiantur, sed maiorem sanctitatem, & copio-
siora virtutis opera esuriunt & sitiunt.

Aug.
in psal.
132.

Septimus fructus perfectionis est, sollici-
tudo virtutum. Augustinus, perfectos ex-
stimat, qui legem implet, ad cuius per-
fectam consummatamque custodiam vni-
uersae virtutes in unam curam, opusque con-
spirant. Etenim (inquit Basilius) si homine
Dei oportet perfectum esse, sicut scriptum
est, prorsus necesse est, ut praeceptis in omni-
bus defungendis efficiatur perfectus in me-
suram aetatis plenitudinis Christi. Perfectio
ergo non est otiosa, non negligens, sed ar-
tentis considerationis oculis omnia occu-
rentia perlustrat, & occasiones virtutum ex-
ercendarum cum ingenti exultatione com-
pletitur ne ipsum aliquod lucrum spiritu-
uale praetereat.

Octauus fructus perfectionis est, pulchi-
tudo operum, cui enim perfectam charita-
rem

tem comparabimus, nisi aurifici sapientissimo, qui ex auro dextrocheria, inaures, & monilia, ita pulchra & decora componit, ut etiam principibus ac regibus prætiosa & emarginata valoris appareant. Sic perfecta charitas ex auro, nimirum ex materia virtutum bona opera perficit, ita feruida, & omnibus numeris absoluta, ut Angelis, & Deo ipsi planè grata sint, & omni ex parte bona, pulchra & honesta videatur. Perfecta Charitas, opera in solum Deum, purissima intentione dirigit. Quare Salomon in proverbiis dicit, *quia* Prou. 13

lux iustorum, id est, eorum vita & conueratio latificat. Quosnam latificat? Certè Deum, Angelos, & homines: Deum, cui illi purissimum honorem exhibent; Angelos, quorum se discipulos, & imitatores ostendunt; & homines, quos vita sanctitatē & bonorum operum perfectionē docet. Si viri perfecti orant; tanto spiritus feruore, tanta reuerentia & timore, tanta fiducia & amore orant, ut non tam homines fragiles, quam terrestres quidam Angeli videantur.

Quatuor adhuc fructus ligni vita nobis explicandi supersunt. Nonus igitur fructus perfectionis est, sustinentia adversitatum. Nam perfecta charitas est, sicut gigas robustissimus, quæ onera alijs hominibus importabilia expeditè vehit, & sine vlla difficultate supportat. Sic perfecta chari-

charitas, oneribus magnarum aduersitatum, quæ communes iustos premunt, nec tristis-
tur, nec premitur, nec immoderatè fan-
gatur. Hæc est enim magnæ dilectionis na-
tura, ut aduersa non sentiat, aut etiam can-
tingenti hilaritate sustineat. Quare pati-

Gen. 29 chæ Iacob, magnos & multos labores Ra-
chelis gratia sustentanti, pauci videbantur
præ amoris magnitudine. Et Paulus Christi

2. Cor. 7 in vita, & in ore, & in visceribus scriptum
habens calamo charitatis, repletur consola-
tione, & superabundat gaudio in omni tri-
bulatione sua. Perfecti sæpius tribulationum
propter Christum, amore capti, ad amoris

Psal. 25, probationem desiderant, clamantque cum
Psalmographo: proba me Domine, & ten-
ta me, vre tenes meos & cor meum. Pro-
bari appetunt viri, & exerceri volunt, &
& charitatis intus latens capiant experim-
endum, & magni atque excellentis amoris

Greg. 5. præbant indicium. In hoc autem se viros
perfectos & sanctos ostendunt, & fructum
suauiissimum perfectionis edunt. Quare
moral. (ut inquit Gregorius) ille vere perfectus est,
cap. 13. qui erga imperfectionem proximi impatiens
non est, nam qui alienam imperfectionem
ferre non valens, patientiam deserit, ipse libi
testis est, quod perfectè necdum profecit.

Luc. 21. Hinc in Euangelio Veritas dicit: *In patientia
vestra possidebitis animas vestras.* Quid est enim,
anima
viue
arce
est,
tiam
tribu
non
& af
bon
finis
D
ctio
cta
inte
nem
ipla
lecto
tit.
cum
nun
& su
amo
ten
mer
re,
le s
cor
sati
luc
lia

animas possidere, nisi perfectè in omnibus viuere, cunctis mentis motibus ex virtutis arce dominari: perfectio ergo, quæ patiens est, in aduersitatibus, & laboribus toleratiā habet, & tribulationibus exagitata fratribus sē mitem & blandam ostendit; quia non putat se plenè naturam nostram viciisse, & affectus humanos superasse; nisi & omnia bona agat, & omnia mala ab alijs illata sustineat.

Decimus fructus perfectionis est, collectio internarum virium. Est namque perfecta Charitas velut magnes, quę memoriam, intelligentiam, voluntatem & cogitationem, ad se potenter trahit, & ab eo in quo ipsa occupatur, scilicet à Deo summè dilecto, minimè auelli separarique permittit. Si enim humanus aut protanus amor, cum magnus est, ita mundanorum hominum mentes absunt, ut eas extra se ducat, & sui compotes esse non sinat; quid diuinus amor, quid charitas sine vlla mensura potentior & robustior efficiet, nisi perfectorum mentes à rerum labentium miserijs extraheret, & in Deum, atque in res diuinas, accēle stes immittere? Horum memoria Dei recordationibus capta, cre ira omnia nō necessaria detrectat, intelligentia splendidissima luce perfusa, iugiter mysteria supernaturalia perlustrat; voluntas igne amoris absum-

pta,

pta, res perituras exhorret, & soli Deo, scilicet amato suo, affectibus sanctis adhuc mundanis rebus frigida, & rebus divinis accensa. Hi sunt qui frequenter pacis dulcula, & amplexus charitatis excipiunt, inibila experiuntur, excessus mentis patiuntur. Egregie hunc perfectionis effectum magnus Albertus, & verè magnus, qui scientiarum profunditatem tanta sanctitate condivit, in hunc modum exposuit. Qua ex re est hominis in hac vita sublimior perfectio, ita Deo vniuersi, ut tota anima, cum omnibus potentijs suis, & viribus in Dominum Deum suum sit collecta, ut unus fiat spiritus cum eo, & nihil meminerit nisi Deum, nihil sentiat, aut intelligat nisi Deum, & omnes affectiones, in amoris gaudio unitae, in sola conditoris fruitione suauiter requiescant. Et paulo post explicato, quomodo anima Deo simili efficiatur, subdit: hoc autem numquā plenificit: nisi cum ratio perfectè iuxta capacitatem suam illuminatur ad cognitionem Dei, qui est summa veritas; & voluntas perfectè afficitur ad amadam summam bonitatem: & memoria plenè absorbetur, ad intuendum & fruendū eterna felicitate, & ad suauiter & delectabiliter in ea quiescendum: & quia in horum consummata adeptione consistit gloria beatitudinis, quæ perficitur in patria, liquet quod istorū perfecta inchoatio est perfectio in hac vita.

Albert
lib. de ad
bærendo
Deo.c.3.

z
Deo, so
dhanc
diuui
acis el
unt, n
patiu
ffetum
i scie
ate cor
ua exi
ffectio
mibus
n Deum
cum es
sentia
ffectio
ondito
: paulo
simili
á plen
citatem
qui eli
fficitur
emona
uenda
establi
u con
eatitu
t quod
in hac
vita
vita. Qui docte & subtiliter perfectione in
hac potentiaru collectione, seu in hac vniione
constituit. Quoniam si perfectio (ut ex Thoma
Aquinate didicimus) posita est in vniione cu
iulq; rei cum suo vltimo fine: manifestu est,
perfectionem nostru esse illam charitatē, ita
ardentem & absolutā, quę vires nostras à ca
ducis rebus dimoueat, & Deo fini nostro ad
hētere, suauissima quadā dominatione com
pellat. Sic ergo perfecta charitas animas per
fectoru, non solum solitario, sed omnium
sibi subiesit, & in Deū collēgit, vt earu vires,
arque potētias ab omnibus creaturis abstra
hat & solū Deum cogitare, intueri, desidera
re & amare concedat. Undecimus fructus
perfectionis est, concordia voluntatum.
Quis enim nos reprehendet, si perfecta chari
tatem, vinculo animæ & corporis similem
esse dicamus: vt quemadmodu ratione huius
nexus, corpus nihil aliud, aut beatius, aut iu
cundiūs habet, quam animam complecti, ei
ardissima vniione coniungi, & ab illa regi, ac
gubernari; ita voluntas nostra perfectæ chari
tatis causa, nihil aut amabilius aut felicius ex
peritur, quā diuinæ voluntati subijci, eiusque
regulā omnia cogitata, & acta metiri. Hoc
ergo vinculo perfectorū voluntas diuinę vo
luntati colligata, illud vult, quod Deum velle
existimat, & illud non vult, quod Deū nolle
cognoscit: amat quod ipse amat, odio habet
quod

quod ipse odit, & quantum potest, recum vnguem à Dei imperio & iussione dedit. prorsus hæc humanæ voluntatis cœdiuina voluntate concordia, fructus perfæctionis est, quæ Dei similitudinem querens

non tam eam in natura, quæ in hoc cōsentit

Prosper. & vnanimitate constituit. Vnde Prosp*lib. 3. de*
vita con-
templ. sapienter ait: possunt in hac vita illi esse perfecti, qui perfectè diligunt Deum. Et illi

cap. 15. perfectè Deum diligunt, qui volendo, quo

vult Deus, & nolendo, quod non vult, nesciunt peccatis, quibus offenditur, acquisi-

scunt: & semper se ad virtutes, quas ipsi

dignatur donare, diligendas & habendo

extendunt.

Duodecimus fructus perfectionis, ille quo postremus est, transformatio in Deum. Nam perfecta charitas est quasi transfiguratio, aut transformatio quædam, qua vir iustus, qui perfectus, non tam externam effigiem, quam interna mentis lineamenta mutat, & veteris Adæ miseras exuens, noui homini Christi claritatem sanctitatemque conseruet. Hæc transformatio est in hoc consistit, ut homo Dei proprietates & virtutes immitatur, & ingenita vitia ac affectuum immoriantiam derelinquit. Animus viri perfecti Dei maiestate ac puritate beneficio chartis immersus, diuinas proprietates redolat, & omnem veteris hominis malitiam & v-

tiositatem extinguit. Quem statum Paulus in seipso describit, dicens: *Christo confixus sum cruci. Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus.* Conatur cruci Christi (inquit Ambro^{Ambr.} sius) qui æmulus vestigiorum eius, hulla mundi concupiscentia capit, ut Deo *ibi* viuens, mundo mortutus videatur. Qui enim non agit, quæ mundi sunt, vel erroris, mortuus est mundo. Et viuit in eo Christus, quoniam seipsum Christo Domino, ac cruci præbuerat, cunctaque reiecerat temporalia, & ad illius voluntatem faciebat omnia: ideo non dicit: viuo Christo, sed longè maius est, *Viuit in me Christus.* Viuit ergo in perfectis Deus, & illi transformantur in ipsum, non quia naturam humanam perdunt, sed quia similitudinem quamdam diuinæ sanctitatis induunt, & immunditiam peccatorum absicunt. O quam aptè & appositè Bernar^{Bern.} dus hanc perfectorum transformationem lib. 1^e declarat! Quomodo stilla aquæ modica (ait) diligen^{do Deo.} multo infusa vino, deficere à se tota videot, dum & saporem vini induit & colore, & quomodo ferrum ictitum & candens igni simillimum sit, pristina propriaque forma exutum, & quomodo solis luce perfusæ aër, in eandem transformatur luminis claritatem, adeò ut non tam illuminatus, quam ipsum lumen esse videatur: sic omnem tunc in sanctis humanam affectionem mira-

N bili

194 P. ALVAREZ DE PAZ
bili quodam, & ineffabili modo necesse est
a semetipsa liquefcere, atque in Dei penitus
transfundи voluntatem Alioquin quomodo
omnia in omnibus erit Deus, si in homine
de homine quicquā supererit? Manebit quo-
dem substantia, sed in alia forma, alia glori-
aliaque potentia. Sic ille de Sanctis vitā be-
tam agentibus non minus verē, quam ele-
ganter scripsit, sed quod illi in cœlesti patri
usque ad faciētatem edunt, in hac mortal-
vita, aliqua ratione degustant, quatenus di-
uinis perfectionibus vestiuntur. Illa namque
cogitationum puritas, affectionum sanctitas,
conscientiæ pax atque serenitas, illa ergo
proximos charitas, illa nobilis occupatio
qua semper Deum cogitant, Deum in omni-
bus querunt, Deum cupiunt, Deum amant
stringunt amplexibus, hæc, inquam, omnia
quid sunt, nisi quædam scintillæ illius ignis
increti, qui perfectos accedit? Quid sunt
nisi vestimenta quædam illius æterni regis
qui regalibus indumentis dilectissimos filios
circuindat? Quid sunt, nisi proprietates &
perfectiones Dei, qui sanctos & electos sunt
ad perfectionem euectos in suę deitatis im-
ginem similitudinemque transformat. Chro-
stus in viris sanctis atque perfectis non ob-
scure cognoscitur, à quo tamquam ab effici-
entia igne in ipsum transformati, & velu-
ignei facti, Dei splendorem & calorem &
pul-

z
celes
penitus
iomo
homine
ebit que
a glori
vitā be
nām ele
sti patr
c morta
enus de
nam que
āndīas
lla erg
ccupare
n omni
n aucto
, omnia
ius ignis
ud lant
i regi
nos filio
etates &
tōs sūb
at. Chri
non ob
b effici
& vele
pul
de VITA SPIRIT. EPIT. 195
pulchritudinem, & efficacitatem possident,
& antiquas tenebras, & pristinum frigus, &
deformitatem, & pusillanimitatem ignorat;
Charitas ergo ad hanc eximiam nobilitatem
prouerba, quæ nihil terrenum sapiat, nihil vi-
le querat, nihil virtuti & mentis puritati cō-
trarium admittat, quæ virtutes omnes in a-
nimam inuehat, ad omne bonum opus se-
ipsum extendat, & solum Deum sitiar, ac eius
intimam unionem precibus postuler, gemi-
tibus efflagitet, & ineffabilibus desiderijs
concupiscat, ipsa est perfectio spiritualis vi-
tae. Leo Papa inquit: *Hæc est perfectorum*
vera iustitia, ut numquā præsumant se esse
perfectos, nec ab itineris nondum finiti in-
tentione cessantes, ibi incident in deficiendi
periculum, ut proficiendi depositerint appe-
titum. Quare ergo nemo nostrum tam per-
fectus & laetus est, ut perfectior sanctiorq;
esse non possit. Et Augustinus: hæc est nostra
in ipsa peregrinatione iustitia, ut ad illam per-
fectionem, plenitudinemque iustitiae, vbi in
specie decoris eius, iam plena & perfe-
ta charitas erit, nunc ipsius cursus recti-
tudine, & perfectione tendamus. Hæc
est nunc nostra iustitia, qua currimus
esfuentes, & sitiennes ad perfectionem
plenitudinemque iustitiae, ut ea postea sa-
turremur. Ac per hæc in ea, quæ perficienda
est iustitia multum in hac vita ille proficit.

*Leo. ser. 1
2. quad.
c. 1.*

*Aug.
lib. de
perfect.
iustitia;
c. 8.*

N 2

qui

196 P. ALVAREZ DE PAZ
qui quam longe sit, à perfectione iustitia proficiendo cognovit. Nam pia humilitas est, quæ incipientes ad augmentum virtutum effert; proficientes in perfectionem inueniunt & perfectos, & sanctos in adepta perfectione ac mentis puritate custodit.

C A P. XXIV.

Quomodo perfectio exponatur illis verbis, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua & ex omnibus viribus tuis.

Multa de vita spiritualis perfectione diximus, quæ iustus, ut respicit Deum perfectus nuncupatur: & multò plura & lec̄tiora diceremus, si tanta esset nostra solertia, ut Christi Salvatoris nostri verbum inueniret, quo perfectionem, aut consilio suasit, aut precepto & iussione mandauit. Puto sanè perfectionem illis Domini verbis esse contentam, quæ habentur apud Mathēum. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.* Quibus Lucas addidit, *Et ex omnibus viribus tuis.* Marcus autem, *& ex tota virtute tua.* Et in Deuteronomio adhuc adiectum est, *Ex omni fortitudine tua:* ut sex modis Domini

*Deut. 22.
Luc. 10.
Marc. 12.
Deut. 6.*

num à nobis diligendum sciamus, in quo-
rum obseruatione tota vitæ Christianæ per-
fectio sita est ac constituta. Videamus igit-
ur quo pacto perfectio nostra his verbis
Saluatoris nostri contineatur. Mādandum
ergo charitatis Dei, primum & maximum
est. Primum, non quidem ordine Scripturæ,
quia alia prius in sacris paginis feruntur
mandata; sed primum dignitate virtutis:
quoniam rem dignissimam p̄cipit, nimirū
vitæ nostræ perfectionē, quām in nostri cur-
sus initio p̄ oculis habemus, ut ad eam to-
ta mentis auiditate curramus. Maximum
etiam est, quia virtutem maximam p̄cipit,
& omnium p̄stantissimam, ad quam reli-
quæ omnes virtutes referuntur, & ad eam,
aut asequendam aut promouendam, aut in
sua pulchritudine conseruandā ordinantur.
Est etiam primum mandatum, primò qui-
dem in intentione Dei iubentis, qui sui a-
morem p̄cipit tamquam finem, ad quem
omnia alia p̄cepta, & vniuersæ virtutum a-
ctiones diriguntur. Quod significat Paulus ^{1. T̄m̄ 1.}
dicens: finis p̄cepti est charitas, de corde ^{Ps. 118^o}
puro, & conscientia bona & fide non ficta.
Et regius Vates cùm ait: Omnis consumma-
tionis vidi finem, latum mandatum tuum
nimis. Quod mandatum latissimum chari-
tatis p̄ceptum esse docet Augustinus in
hæc verba, latum mandatum non intelligo,

N 3

nisi

298 P. ALVAREZ DE PAZ
nisi charitatem. Latum est mandatum chari-
tatis nimis, mandatum illud geminum, quo
iubetur Deus & proximus dilig. Quidam-
tem latius, quam ut ibi pendeat tota lex &
omnes Prophetæ. Deinde primum est in ne-
cessitate obuersationis; quia sine Dei dile-
ctione, nec homo Dei similitudinem habet,
nec ita ut proximè ad vitam æternam sibi
prosit, alias leges & mandata custodit. Quo-
re ergo hoc primum ac maximum mandatum
vocatum est, nisi quia vita spiritualis perfe-
ctionem comprehendit, quæ prima est, &
maxima omnium virtutum; prima, quia finis reli-
quarum in quam tendunt; & maxima, quia per
se vniuersis nobilior, & Deo ipsi acceptior.

Ab ista charitatis profectione sublimior
quodammodo omni lex & omnes Proph-
etæ dependent, quia eam a se quentes non so-
lùm ad legis custodiam incitantur; verum etiam
interdum illum inantur, ut sapida quadam
cognitione omnes leges diuinæ & vniuersos
Prophetas intelligat. Quis enim sanctos
Pares & Doctores edocuit, ut diuinam scri-
pturam verè intelligerent, & aptè ac diluci-
dè interpretarentur? Hæc est quæ multos vi-
ros sanctissimos literarum prorsus imperitos
& mulieres, ut Catharinam Senensem, Bu-
gitram, Hildegardem, & alias similes erudi-
uit, ut verba Dei mente perciperent, & mul-
tò melius, quam doctores, charitatis ieuni-
&

& spiritu superbie inflati callerent.

A nobis postulat Deus, ut ex toto corde, & non ex parte cordis, ex omni virtute & nō ex aliqua parte virtutis ipsum amemus. Quid sit ex toto diligere, attente videamus. Profecto ex omni aut ex toto diligere est omnem amorem nostrum in Deo summo bono collocare; nihil amare præter eum, à quo esse vitam & omne bonum accipimus, aut si aliquid aliud amamus, solum ea ratione, & ea mensura, & eo fine diligere, quo Deus ipse vult ut rem creatam amemus. Ille itaque ex toto amat, qui non solum Deo contraria, sed etiam dissona prudenter abjicit, qui omnia sancti amoris impedimenta remouet. **Diliges Dominum Deum tuum ex omni mente tua.** Hoc autem, quod ex omni dicit, diuisionem in alia nullam admittit. Quantum enim dilectionis in hæc inferiora insumpseris, tantum necesse est ut ei adimas, quod totum est, ideoque pauci ex omnibus amici Dei appellati sunt quemadmodum scriptum est Mo- Dei amici perfecti appellantur; quoniam nō pauci, sen fuisse amicum. Pauci, inquam, sunt, qui ex toto diligunt, sed amorem suum diuidunt, & in multa vanæ atque inutilia disperciunt. Scriptū est per Oseā: diuīsum est cor eorum, Oseā 10 tunc interibunt. Hoc ergo est Deum ex toto diligere, vniuersa effectu (si quis potest) sūa minūs affectu relinquere, &

N 4 omnes

omnes cogitationes, omnes affectiones, ad
externa sustollere, & omnibus laboribus, ad
obsequijs nostris, non aliud, quam Domini
beneplacitum quæritare; secundum illud

Rom. 12 Pauli. *Nolite conformari huic saeculo, sed reforma-*
mini in nouitate sensus vestri, ut probetis qua-
voluntas Dei bona, & beneplacens & perfecta, ille
namque non conformatur huic saeculo, qui
seculi inquinamenta non querit; ille refor-
matur in nouitate sensus sui, qui igne chari-
tatis accensus, natuam vetustatem absunt,
quo igne innouatus scit Dei voluntatem in-
uenire; & ea non desiderijs tantum, sed et-
iam actione praestare. In hac igitur voce so-
la; ex toto, & ex omni, miro modo explicata
perfectio est, quia totum, & omne, & per-
fectum idem sunt, & non est ab homine
perfectius obsequium requirendum quam
illud, quod omnia homini possibilia con-
net, & nihil excludit.

Diliges (inquit perfectionis Magister) Do-
minū Deūm tuūm, ex toto corde tuū. Amo-
rem voluntatis aut cordis, hoc est, internū
charitatis affectum, primō loco præcipit, &
præcipiendo suadet: quoniam in hoc natura
& substātia charitatis & perfectionis sita est,
& ab eo alia omnia perfectionis opera, tan-
quam riui à fonte purissimo, tāquam splen-
dor à luce, & verē tamquam effēctus à causa
promanant. Nam & bonus homo de bono
thesau-

thesauro suo profert bona. Dilige ergo Dominum Deum tuum toto & pleno cordis affectu: dilige tota rationis vigilatia & circumspectione; dilige & tota virtute, ut nec mori pro eius amore pertimescas. Considerandum est (inquit Thomas) quod dilectio est actus *D.Th.*
 voluntatis, quae hic significatur per cor, atq;
 2.2. q.
 44. a. 5.
 adeo præcipitur nobis, ut tota nostra intentio
 feratur in Deum, quod est, ex toto corde diligeret. Consentit & sapiens idiota in hunc
 ferè modum scribens: Toto corde te diligere, clementissime Domine Iesu Christe, im-
 mensitudo amoris est, non abduci blanditijs,
 non seduci fallacijs, non frangi iniurijs, sed
 integrè, sic te diligere toto corde, ut ad nullius
 rei dilectionem cor magis inclinetur,
 quam ad te, nec delectetur in aliqua re magis, quam in te: minus enim te amat, qui ali-
 quid tecum amat, quod non propter te amat:
 totum namque exigit, qui totum hominem
 fecisti; in hac igitur sententia, ac maximi-
 mandati parte, affectio voluntatis erga Deum
 præcipitur, sed qualis affectio? certè talis; ut
 perfectio sit (nam tota petitur) & non nisi à
 perfectis viris habeatur. Amoris enim affec-
 tio voluntatis actio est, non solius sed à gra-
 tia & diuino auxilio roboretur. Effectus au-
 tem similes sunt causis suis, & tanquam par-
 tus quidam, earum vim & naturam imbi-
 bunt, quare amoris affectio similis admodum

Idiota.
lib. 1.
contem.
cap. 12.

N 5 et

est ipsi, à qua procedit voluntati. Appetitus
vero sensibilis, quo visibilia concupiscimus,
in corde residens, si inordinatis affectibus
exuatur, quædam est voluntatis imago: &
cor appetitus domicilium, ipsius etiam si-
gura perfecta & representatio via est
quare & ipsum cor, tum voluntatis, tum
affectionis, siue amoris est imago per-
etissima, ita ut ex eius notitia, qualis amor
erga Deum habendus sit, ad hoc mandan-
tum implendum: diliges Dominum Deum
tuum ex toto corde, sine ulla difficultate co-
gnoscamus.

Vt igitur Deum nostrum ex toto corde
diligamus, cor soliditatem substantiæ sua-
mori communicet; ita scilicet, vt amor, &
charitas nostra erga Deum solida sit, qua
nulli tentationi cedat, nulli tribulationi
subdat, nullis delicijs, ac voluptatibus di-
soluatur, nunquam in vana & terrena per-
effluat, sed semper integra, semper constans,
semper firma perseveret: nam (vt Gregorius
ait) qui per illicita desideria diffundit, protegat
Deum non amat, quia ei in sua voluntate
contradicit. Hanc soliditatem charitatis illa
habebat qui dicebat: Scrutabor legem tuam,
& custodiam illam in toto corde meo. His
profecto 'internus amoris affectus solidus
est, qui minimè dulcedine & suavitate con-
tentus, magna facienda in Dei obsequium
statuit,

Psal.
118.

statuit, difficultia querit, ardua & sublimia opera virtutis aggreditur, & mentem ad faciendum & patiendum mirabili ratione consolidat, & in puritatis amore confirmat. Charitas etiam nostra sit calida, siue ignea, id est, ardens & feruida, quæ semper spiritali quodam feroce huc, illucque moueat, & nunquam præteritis laboribus aut obsequijs satietur. Vnde egregie Chrysostomus. Obluiscenda (inquit) recte facta, & ^{Chrys.}
^{hō. 12. ad}
^{Philip.} a tergo relinquenda sunt. Etenim & qui currit, non reputat quantum spatijs confecevit, sed quantum adhuc desit. Et nos, non quantum virtutis impleuerimus, reputemus, sed quantum adhuc superfit. Quid enim nos iuuerit, quod confectum est, si quod deest, adiectum non fuerit. Tunc ergo charitas nostra ardens est, cum in curva senectute, imò & in ipso migrationis momento non quiescit, sed ad maiora desideria procedit. Charitas ad cælestia capienda omnibus suis conatibus se dilatat, & ad terrena admittenda se quantū potest angustat. Amatores Dei, sola cælestia honorabilia & cōcupisabilia reputat; & terrena, ut onera importabilia despiciunt; Dei cōspectui, & Angelorū, ac sanctorū chorus frequenter imò iugiter se præsentat, & ab hominū oculis se libēter abscondit: cogitationem veritatis, & affectus charitatis, cibos scilicet mētis sine vlla measura capiunt &c.

Sic

Sit deinde charitas instar cordis sinuosa, quia nulla dona expleant, nullus gradus virtus saturet, nulla puritas adepta repleat; sed semper quantumvis acquisierit, ac si esset vacua ad maiorem sanctitatem adspiret. In his amoris sinibus, nunquam laborum & bonorum operum desiderio repletis, alimenta & instrumenta vitae generantur, quae membra spiritualis hominis vivificant atque sustentant. Spiritualis hominis membra virtutes sunt, quae sibi inuicem connexa ac colligata spirituali vitum faciunt, eiusque viventiationem constituant. Hæc autem membra, quoniam alio, nisi ardentibus desideriis reiciuntur, quorum est ipsa membra ad opus virtutis impellere, ad difficultates superandas roborare, & efficacia auxilia ad bengendum ex Domini largitate percipere. At da ergo desideria virtutis sunt quasi elaboratus sanguis, & quasi vitales spiritus in receptaculis cordis generati, id est, in sinibus charitatis quibus virtutum membris, & vita ad operandum, & ieiunio ad perseverandum tribuitur. Labor non fatigat amorem, tormetum amorem non superat, amor quiete fit inquietior. Quiescit afflictio, quietus tentatio, sed dilectio quiescere nescit, requies enim est eius inquietudo. De ipsa charitate (ait Laurentius Iustinianus) hoc sentiendum est, quod sit recta voluntas ab omnibus terrenis

*Iustin. de
charitat.
cap. 13.*

ac presentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter, & vnitate igne quodam sancti Spiritus, a quo est, & ad quem refertur incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia &c. diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta. Quam deniq; boni auida, quæ omnium virtutum summam, omnium bonorum operum merita comprehendit. Verè animæ cor, quod semper inquietum erit, donec ad finem suum (qui complexus Dei est) lætere, fau-
steque perueniat. Disce, ô Christiane (inquit Ber. ser.
Bernardus) à Christo, quæ admodum diligas 20. m
Christum. Disce amare dulciter, amare prudenter, amare fortiter. Dulciter, ne ille esti: prudenter, ne decepti: fortiter, ne oppressi ab amore Domini auertamur. Ne mudi gloria seu carnis voluptatibus abducari, dulcescat tibi præ his sapientia Christus, ne seducaris spiritu mendacij & erroris, lucescat tibi veritas Christus, ne aduersitatibus fatigeris, confortet te virtus Dei Christus. Zelum tuum inflammet charitas, informet scientia, firmet constata, sit feruidus, sit circumspectus, sit inuictus. Charitas ergo affectus verè his proprietatibus exornata, non in solo affectu se continebit, sed ad effectu & opus procedit, quæ humani cordis gerens imaginem, nomine amoris ex toto corde digna cœlebitur. Et hæc procul dubio est ipsissima vita spiritualis perfectio. Perfectus enim est, qui nunquam cor suum in

yana

vana & terrena diffundit: qui semper, quantumcumq; spiritu creuerit, majora & altius desiderat qui numquam donis & meritis inciatur, qui ad nihil amplius quam ad amorem & charitatem afficitur.

Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima tua, quæ dilectio manifestè totius vita spiritualis perfectionem continet, & scopum quem tendimus; ac totius virtutis finem comprehendit. *Dilectio* igitur ex tota anima, *qua ex vera charitate nobis infusa*, Deo tam nostram vitam consecramus, & in holocaustum suavitatis offerimus: *cum scilicet charitas ita vitam nostram moderatur, & omnes vitaæ actiones gubernat, ut Deo, in gratæ*. Ille ex tota anima Deum diligit, *animam, id est, vitam suam non tamquam propriam, sed ut alienam respiciens, Deo cuius reuera est, eam restituit*. Ille verissimè totam animam ac vitam suam creatori dedicat, *qui nec præmij recordatur, nec mercedem respicit, nec propriam aliquam comoditatem inquirit, sed hac eura in diuinam misericordiam iactata, solum placere, servire, obediere, & amare concupiscit*. Non enim nobis difficile omnia sustinere charitatis obtentu, si meditemur serio, quod Thomas opus. 16. Aquinas annotauit, Deum esse velut animam, & vitam nostræ animæ, ac ideo cap. 20. quum esse, ut quod corpus præstat anima,

D.Th. opus. 16. de dilect Dei.

cap. 20.

id ipsum nos Deo nostro præstemus, & ob
eius amorem faciamus. Deus quidem animæ
humanæ anima & vita est. Nam & hæc in
Deuteronomio legimus: *Elige vitam, vt &*
tu viuas, & semen tuum, & diligas Domi- Aug.
lib. mea
32.
num Deum tuum, atque obedias voci eius, &
illi adhæreas, ipse est enim vita tua & longitu-
do dierum tuorum. O dulcis ac fælix vita, quam
si volumus, nec humanarum rerum euen-
tus contristabunt, nec ægritudo soluet, nec
mors amara surripiet. O vera, & summa
vita (inquit Augustinus) à quo, per quem
& in quo viuunt omnia, quæcumque vere
& beatè viuunt. Anima igitur nostra à cor-
pore suo discat quanam ratione debeat
Deum vitam suam amare, & ei summis
conatibus adhætere. Corpus omnes vires,
& nervos in eius obsequium & conserua-
tionem occupat, à qua se vitam & sen-
sum & motum habere non ambigit: & ni-
hil aliud timet nisi ab anima separari, aut
ab amplexibus eius auelli. Vade, ô anima,
ad corpus tuum, & considera vias eius, &
dilce per se & te charitatis sapientiam. Si non-
dū spiritus Dei tui spirat, si nondū vocē eius
audis, voca illum assiduis orationibus & ge-
mitibus, & ingreditur in te spiritus, & viues,
& tanti hospitis aduentu lætaberis. Appete
illum vehementissimis desideriis, quoniam
præoccupat, qui se concupiscunt, vt illis
se

Deut. 30. v. 20

se prior ostendat. Præpara te ad suscipi-
dum illum, quia hic secum incorruptionem
affert, hoc est, internam munditiam & pu-
tatem, incorruptionem autem facit esse pro-
mum Deo. Et si aliquando Deum tuum, v-
tam scilicet tuam intus habitantem & va-
fificantem ex indicijs & conjecturis persens-
ris, omne studium tuum, omnis cura & ob-
ligentia tua, omnis actio tua sit Deo subi-
Deo inhærente, Deum brachijs purissimi-
moris amplecti. Enitere hanc veram vitam
semper possidere, & quidquid feceris, quid-
quid concupueris, quidquid cogitaueris, in
hoc vnum tendat, vt huic tuæ vitæ places
huic tuæ vitæ inhæreas, hanc tuam vitam
(quæ in seipso summè perfecta est) in tem-
pore dies ac noctes augeas atque perficias
& sic, ô religiosè, Deum ex tua anima dil-
gis, & perfectionem quam queris, siue do-
bio reperisti.

*Diliges Dominum Deum tuum ex tota mem-
tua. Inter animam & mentem siue spiritum,
aliquid interessere discriminem Apostoli probat*
Hebra. 4. *auctoritas. Vnius (inquit) est lermus Dei &*
*efficax & penetrabilior omni gladio anticipati:
& pertingens usque ad divisionem animi
ac spiritus. Manifestum est animæ & spiritus siue mentis (quod idem est) aliquod esse
discrimen: & rursus ipse Paulus alio loco
•andem differentiam designat, ita scilicet*

ipse Deus pacis sanctificet vos per omnia,
vt integer spiritus vester, & anima, & cor-
pus sine querela in aduentu Domini nostri
Iesu Christi seruetur. Hanc ergo patres in-
ter animam & spiritum, siue mentem di-
stinctionem constituunt, non quod sint duæ
substatiæ natura & essentia diuisæ; sed quod
sint duo officia, aut duæ functiones eiusdem
formæ humanæ, distinctis effectibus separa-
tæ. Anima namque dicitur forma hominis
immaterialis, & immortalis, quatenus vege-
tat corpus, & sensum ac motum homini cō-
munem etiam brutis attribuit: spiritus vero
siue mens dicitur eadem anima, quatenus
intelligit, & amat, & est liberi arbitrij capax,
in quo cum cælestibus spiritibus conuenit.
Vnde Ambrosius: Anima viuimus, spiritu
intelligimus, vita nobis carnalis cum bestijs
communis est, rationalis & spiritualis cum
Angelis. Et Anselmus: spiritus noster non
est vniuersa anima, sed aliquid eius, id est, il-
lud quo ratiocinatur, intelligimus, sapi-
mus, per quod & p̄eponimur pecoribus,
quia illa sunt rationis expertia. Itaque spiritu
intelligimus cum angelis, anima viuimus
cum bestijs. Omnis in eo adhibenda cura
est, vt animi agitatio in officio retineatur;
quod assequemur, si eam mentis imperio
subjiciamus. Quæadmodū per oculū corpus
videt, sic animus cernit per mentem.

O Diliges

Ambr.
ad Heb.

Anselm.
ibi.

Diliges Deum tuum ex tota mente tua
id est; ex omni spiritu tuo. Charitatem ei
tota mente in duobus positam esse existi-
mus. Alterum est, ut mentem, id est, spiritum
nostrum, qui Dei capax est, & nullo bono
nisi infinito, atque immenso impletur, Deo
possidendum & inhabitandum tradamus. Al-
terum vero, ut partes spiritus nostri, memo-
ria, intelligentia, atq; voluntas iungiter Deo
adhærent, & purissimum ac sanctissimum

Ier. 23. cultu exhibeant. Deus quidem, qui im-
mensus dicitur, & celum & terram implet in omni-
bus locis & in omnibus rebus est per esse-
tiam, presentiam & potentiam. Per essentiam
certe, quia eius diuina substantia nullis clau-
sa terminis, nullis circu scripta limitibus, nullis
locis definita, omnibus rebus, ac locis in-
timus adest, quam in ipsa metu res, vel ipsa metu
loca adiungunt sibi. Per presentiam vero, quia nihil
Hebre. Deum latet. Omnia autem nuda & aper-
ta sunt oculis eius. Deus omnia intuetur, val-
uersa discernit, praeterita, praesentia & futura,
& quicquid est aut esse potest, manifeste co-
gnoscit. Per potentiam denique est Deus in omni-
bus, quia eius regia potestas omnibus re-
bus imperat, eius vis, sicut omnia fecit, in
omnia conservat, mouet, dirigit, & gubernat.
Iob 9. Qui facit magna & incomprehensibilia &
mirabilia quorum non est numerus. Ponamus
ergo ante oculos mentis, quae illa natura sit,

qua
dit
net
tetr
& n
biq
tion
in q
ben
dal
iust
mag
& c
plu
bis
est
dic
ina
ipsi
sed
De
qua
qu
Op
est
tia
Cu
etia
tat
san

qua tenet omnia, implet omnia, circumplete-
ritur omnia, superexcedit omnia, susti-
net omnia. In solo cælo totus, & in sola
terra totus, & in cælo & in terra totus,
& nullo contentus loco, sed in seipso v-
biq; totus. Speciali quadam ac nobiliore ratione Deus in iustorū mentibus esse dicitur,
in quibus suas habet delicias, suam sanctitatem
benignius ostendit, & prouidentia munus
dulcius & specialius exercet. Deus manet in
iustis, & habitat in illis, tamquam in templo
magnifico, in quo à puris mentibus adoratur,
& colitur. Quare Paulus: Nescitis, quia tem-
plum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vo-
bis. Templum enim Dei sanctum est, quod
estis vos. Vos estis templum Dei viui, sicut
dicit Deus: quoniam inhabitabo in illis & 2. Cor. 6
in ambulo inter eos, & ero illorum Deus, &
ipsi erunt mihi populus. Vnde thronus, aut
sedes Dei dicitur anima iusti, in qua ipse
Deus requiescit, & in iustorū cordibus, tam-
quam in propria domo cōmoratur, & tam-
quam in templo coenatus & adoratus assistit
Optime namq; dixit Augustinus: fatendum
est vbiq; esse Deum, per diuinitatis presen-
tiam, sed non vbiq; per habitationis gratiam.
Cumq; vbiq; est, non in omnibus habitat,
etiam in quibus habitat, non æqualiter habi-
tat. Et vnde in omnibus sanctis sunt alij alijs
sanctiores, nisi abundantius habendo habi-

*Aug.
epist. 57.*

Pro. 8.

1. Cor. 3

2. Cor. 6

212 P. ALVAREZ DE PAZ
tatem Deum. Omnibus autem iustis hoc
commune est, ut Deum in se per gratiam pos-
sidentes, voluntatem habeant diuinæ volu-
tati concordem. Deum ex tota mente dil-
gere est, ci ex amore mentem nostram tem-
plum & chronum exhibere, ita scilicet, ut om-
nis nostra vita & omnis nostra actio, & co-
gitatio in hoc tendat, ut spiritum nostrum
templum Dei paremus, & in gloriosam sed
offeramus. Scriptum est enim: Quoniam do-
num tuam, Domine, decet sanctitudinem
longitudine dierum. Tunc ergo, o homo,
Deum ex tota mente diligis, cum amor chari-
tatis in te habitans ita ardens est, ut tuum
spiritum pacatum Dei templum efficiat: cum
indies gratiam, & puritatem promovet: cum
te ipsum in omnibus a Deo regi, ac gubernari
sintis. Quid maius quam quod Deus ha-
bitet in nobis? Quid excellentius, quam quod
Creator omnium spiritui nostro inspecto
assistat? Quid mirabilius, quam quod immi-
sa maiestas, quam cœli & terra non capiunt,
tamquam hospes apud latebras mentis no-
stræ, non ad horam, sed semper maneat? Ho-
arcandum tam stupendum, quod Deus in-
nos sit, memoriam excite, ut sine illa inter-
missione (quantum fragilitas humana senti-
eius recordemur; intellectum exacuat, ut in eum
intueamur, & tantam pulchritudinem con-
plemur; voluntatem inflammet, ut illum mille

ps. 92.

desiderijs amplexemur, immo infinitis amori-
bus diligamus. Si Deum intra nosmetipso co-
gitare didicerimus, & cum eo in secreto in-
cubiculo morari mouetimur, tanquam omnia
mundana excedentes, & nosipso superan-
tes, & ab omnibus creaturis exoluti sciemus
ad Deum alis charitatis volare, & non iam ex
parte mentis, sed ex tota mente diligere. In ^{Hug^o}
spiritualibus & inuicibilibus cum aliquid su-
premu dicitur, non quasi localiter supra cul-
men, aut verticem exli constitutum, sed inti-
mum omnium significatur. Adscendere ergo
ad Deum, hoc est, intrare ad semetipsum; &
non solum ad se intrare, sed ineffabili quodam
modo in intimis etiam seipsum transire. Qui
ergo seipsum (ut ita dicam) interius intrans,
& intinsecus penetrans trahendis, ille ve-
raciter ad Deum adscendit. Ingrediamur igit
tur nosipso intellectu, & affectu, & iam
creata superauimus, & ad Deum adscendi-
mus. Deum dilige: e ex omnibus viribus nihil
aliud est, quam omnes vires & potestias no-
stras in diuinu famalatu impeditere, & ex ve-
ra charitate in amoris obsequio & augm^{to}
collocare. Ornantur etiam iste potentie qui-
busd^a donis Dei. Intellectus ornatur sci^{ta}
& prudetia: imaginatio, circu^{spec}tione, & re-
quie: voluntas & appetitus virtute multipli-
ci. Hec perfecta voluntas, qua renouamur
in nouitate sensus, & probamus, quae sit

O 3

volun-

^{libr. 1.}
de van.
mupat.

voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Quam etiam, si opus non adsit, qua potestas operandi deest, misericors Dominus cumulatè remunerat. Numquam enim merito caret (vt ait Leo Papa) etiam tenui facultate, bona voluntatis opulentia. Deum etiam ex omnibus viribus diligis, cum voluntas, quæ est prima & suprema vis, careras mouet & dirigit, vt Deo placeant. Deum querant, & eius in omnibus subdantur imperio. Moueat igitur intellectum, vt dilectum suum inquirat; quis sit, quia suprema, & infinita substantia: qualis sit, quia sine via la qualitate pulcherrimus, optimus, sapientissimus, potentissimus: nā quidquid in Deo est, non aliquid discretum à Deo, sed ipse Deus est: Quomodo habendus sit, nempe diuinam voluntatem implendo, & nostram semper voluntatem abnegando. Postquam verò intellectus Deum inquisiuit, quælibet intelligat, & hanc si nō solam ac p̄cipuum occupationem habeat, vt eum contemplatur, quoad amoris studium voluntatem alliciat. Contemplatio non in speculatione stat, sed ad agnoscendam & faciendam Dei voluntatem moueat. Ex quo fieri ut intellectus quantumuis illuminatis, aut scientie lucæ aut sapientiæ & contemplationis dono, nequaquam nimis in suo sensu abundet. *Psa. 15.* Ecclæ definitionibus se subdat. Hic est intellectus

tellectus, de quo sanctus David: intellectus bonus omnibus facientibus eum, laudatio eius manet in sæculum sæculi. Moueat dêni-
que voluntas memoriam, ut Dei semper re-
cordationem conservet, eorum quæ ad pla-
cendum Deo pertinent, reminiscentiam te-
neat, & dilectum suum apud seipsum inde-
lebili cogitatione reponat.

Ps. 15.

Hi sunt sane dicuntur ex virtute diligere, qui Dei sunt diligentes amatores, qui Deum fer-
uidè amat, & qui strenuè omnem defectum
cauunt, & virtutis opera sollicitè & diligen-
ter exercet. Ille Deum ex tota virtute diligit,
qui eximia quadam diligentia suæ mœtis pu-
ritatem retinet, & omnem minimam etiam
maculam vehementer timet. Si vis ergo, ô
religiose, esse perfectus, & veram virtutem
consequi, & ad mentis puritatem festinare,
prudenti quadam & sollicita circumspectio-
ne te & omnia ad te pertinentia considera.
Hoc te doceat amor Dei (qui non cæcus est,
sicut amor sæculi, sed omnia videns, vniuer-
sa prospiciens tanquam magister sapientissi-
mus) te inter laqueos viuere, inter tendicu-
las, & præcipitia transire, cum hostibus &
inimicis sanctitatis cōuersari; ex quo cognos-
ces, magna diligentia opus esse, ne cadas, ne
decipiaris, ne rerum mundanarum affecti-
bus illigeris. Quid enim à nobis querit Chri-
stus, qui tanta sollicitudine nos quæsiuit, nisi

O 4

vt

vt diligentessimus, & feruidi, & solliciti ambulemus cum eo? In hoc igitur feruore amoris & bonorum operum, charitas ex rotavitate consistit. Quare charitas ex tota virtute & perfectione non distat, quæ nihil aliud esse potest, quā diligens charitas, strenuē se Deifungens, grauiter mala cauens, & soliciteaque perfectē a cibis bonis intendens. Vnde scitis, ô viri iusti, vos charitatem habere? unde vos verum Dei amorem possidere cognoscitis? Certè id coniectamur, ex eo quod tribulamur, & ex eo quod pro Deo pressuras & tribulationes patimur. Si enim flammam indicat ignem, & splendor lucernam detegit, tribulatio pro Deo patienter sustentata igne charitatis absconditum & latente ostendit. Hanc ergo amorem perfectissimum Deus, viris iustis & perfectis exposcit. Cum ait diliges Dominū Deum tuum ex omni fortitudine tua. Augustinus dicit: fortitudinem esse amorē omnia propter Deū facile perficer. Quare diligere ex omni fortitudine est, in Deum amare, ut quis nec temptationibus cedat, nec in tribulationibus succumbat. Quis (ait Paulus) nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an famæ? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? &c. O fortis charitas, ô robustus & insuperabilis amor: qui nouit bona agere, nouit & mala sustinere. Ille ex tota fortitudine

*Aug.
lib. de
monach.
morib.*

i. 15.

Rom. 8.

ne diligit, qui honores, dignitates, & bonam opinionem contemnit: & præ amore charitatis & desiderio virtutis infamiam, sinistram opinionem, & infimum locum libens & voluntarius admittit. Ille ex tota fortitudine diligit, qui dolores corporis, ægritudines, & suæ carnis molestias patienter & alacriter tolerat. Qui paratus est mortem violentā & immaturā pro Christo, & pro amore innocentiae subire, & mortē naturalē instantē, quoquo modo adueniat tolerare, & amabilem hanc vitam pro alia meliori, & amabiliori deserere. *Fortis est Cant. 8.*
ut mors dilectio. Quia mortem pro Deo alacriter suscipiendo, ipsam mortem vincit, & morientes à morte naturali in vitam immortalem, & semper duraturam adducit. *Fortis ut mors* (inquit Augustinus;) *nam quomodo mors violentissima est ad auferendum, sic charitas violentissima est ad saluandum;* ^{Aug.} ^{ad Psal.} ^{47.} imo & fortior morte, quia & veram mortem scilicet graue peccatum in nobis occidit, & ipsi peccati morti verba vitæ auctoris usurpans, minitur, dum dicit: *O mors, ero mors Oſe. 13 tua.* Sed si fortior morte charitas, quare solum dicitur fortis ut mors? Certe (respondebat Bernardus) quia ipsa mors est, & seipsa fortior esse non potest. Bona mors, non vitæ, sed mortis. Bona mors

mors & nequaquam abhorrenda, quæ tam etsi adimit, non perimit. Adimit quædem, sed ad tempus, restituendam in tempore duraturam sine tempore. Illa igitur charitas quæ ita fortis est, ut omnia bona potenter sectetur, & omnia mala, & aduersa pro Deum summe dilecto sustineat, non potest aliud esse quam ipsa vita nostræ perfectio. Quæ namque deesse poterit talem charitatem habentis? Sancte nihil; cum ita sit in omnibus virtutis bonis radicatus, atque fundatus, ut in turbibibus temptationum perturbetur, ut ipsa morte omnium terribilissima à bono honesto separetur.

CAPUT XXV.

Perfectionis substantiam, etiam in fratrum charitate consistere: & quid fraterna charitas.

Hucusq; de perfectione egimus, quæ tione nos iungit Deo, ultimò fini nostra. Nunc de eadem, quatenus nos iungit virtus Ecclesiæ membris tâ triumphantis, quâ militis ac omnibus hominibus differamus. Principio quid fraternalis charitatis nomine intelligamus, aperiendum est. Dilectio igitur fraternalis est, motus voluntatis charitate formata, quo proximus nobiscum diuinæ bonitatis.

tatis, & cælestis gloriæ consortibus, volumus
bonū proprie Deū. Dilectio enim ista est mo-
tus, id est, actio, siue affectio voluntatis, non
alia profectō, quā amor, ex quo tum eius di-
gnitas, tū eius suauitas reperiatur. Quid enim
dignius amore, quem Dionysius diuinum
vocat. Augustinus, virtutum omnium origi-
nem: Gregorius, pigrarum mentium excita-
torem: Hieronymus, buccinam, seu lituum
in auribus iustorum insonantem: Chrysosto-
mus, affectum omnia superantem: Bernar-
dus, nexus perfectissimum nuncupārunt?
Quid dignius amore cuius pennis omnia
creata, siue visibilia, siue inuisibilia supergre-
dimur, & ad Dei conspectum, imo, & com-
plexum volamus; cuius præsidio, non hos aut
illos tantum, sed homines vniuersos cōple-
ctimur; cuius iuuamine ad omne virtutis ge-
nus roboramur. Quid etiam amore suauius;
qui ipsamet suauitas & dulcedo est, rigida
inflectens, dura illiniens, & insipida in sa-
pida, & dulcia commutans? ipse est qui dif-
ficilia, facilia facit, intraetabilia, blanda, &
mollia reddit. Est itaque dilectio fraterna
voluntatis motus, voluntatis pondus & in-
clinatio, voluntatis amor. Sed non à sola, &
nuda voluntate, sed à virtute charitatis in-
formata atque vestita, in opus fraterna dilec-
tio producitur. Hic namque nomine di-
lectio-

Dion.
lib. de ca-
left. Hie
rare. cap.
2. Aug.
lib de mo-
rib. Eccl.
cap. 1
Hier.
Epist.
26. Chry-
sost. hō.
64. ad
pop. At-
tice.
Ber ser.
83. in
Cant.

220 P. ALVAREZ DE PAZ

lectionis fraternalis non intelligimus amorem
naturalis, sed amorem supernaturalem
supernaturalium bonorum communican-
ti subnixum, quo hominem, ut Dei ini-
ginem gratiae, & gloriae participem, in Deum
& solius Dei gratia diligimus. Hunc autem
amorem, non à sola voluntate, sed à virtute
charitatis, & à supernaturalibus auxiliis ma-
nare apud omnes in confessio esse debet.
Hæc vero virtus non potest alia esse, quam
charitas, quæ sicut diligit Deum propter se
ita diligit proximum propter Deum. Mandatum
tum certè dilectionis proximi simile vocatur
Domino, maximo ac primo mandato dilectionis
Dei, Secundum (inquit) simile est hunc: Dilig-
proximum tuum sicut te ipsum. Quare simili-
nisi quia similitudine dilectionis, nepe supernatu-
ralis, & charitate profectam, & vere affectu
charitatis iubet. Non ergo à sola voluntate,
sed ab ipso charitatis dono informata pro-
dit. Quia sicut splendor à luce, & calor
ab igne, & opus rationis ab homine; ita
opus charitatis non ab alio, quam à chari-
tate dimanat. Et ideo ab his duobus man-
datis dilectionis Dei & proximi, uniuersa
Lex pendet & Prophetæ, quia utriusque
impletio à charitate & gratia pendet, que
potens est omnem legem implere, & omnia
præcepta in prophetis contenta seruare.
Aug. Augustinus charitatem definiens, ait: chari-
tatem

Hicatē voco motum animi ad fruendum Deo
 propter seipsum, & se, atque proximum pro-
 pter Deum &c. Nos autem ipsos tanto ma-
 gis diligimus, quanto magis diligimus Deum.
 Ex una igitur eademque charitate, Deum
 proximumque diligimus; sed Deum propter
 Deum, nos autem & proximum propter
 Deum. Quanta itaque, & quam pretiosa est
 fraterna dilectio, quæ soror individua di-
 lectionis Dei est, ab eodem fonte proce-
 dit, & eandem charitatem supernaturalem
 virtutem, & omnium præcipuam inatrem,
 ac principium agnoscit? Pulchrè dixit Leo
 Papa: charitatis pietas perfecta esse non pote-
 rit, nisi diligatur & proximus. Et Augustinus
 proximus est autem omnis homo. Omnes pro-
 ximi sumus conditione terrenæ nativitatis &
 mortalitatis, & etiam spe cælestis hæreditatis.
 Sed quæ bona fraterna dilectio proximis ac
 fratribus vult? Certè primo loco vera, &
 non fucata bona, bona spiritualia, bona cæ-
 lestia, bona diuina. Huius enim sanctissimæ & castissimæ dilectionis est amare, ac
 velle fratribus illud summum bonum, sci-
 licet beatitudinem, cuius adipiscendæ cau-
 sa creati sunt. Sapienter dixit Gregorius: Greg.
 Quantum lata mens fuerit per amorem, tan- hom 15.
 tum erit patiens per longanimitatem: nam in Ezech.
 tantum quisque portat proximum, quantum
 amat,

lib. 3. de
 doctr.
 Christ.
 cap. 10.
 Aug.
 8. de triis
 cap. 2.

Leo. ser.
 1. de se.
 iunio.
 Aug.
 ser. 50.
 de tem-
 pore.

in Ezech.

amat; si enim amas, portas; si desistas am-
desistas tolerare: Quem enim minus dil-
mus, minus etiam toleramus. Nam sicut in-
ginem honore prosequimur, quia repre-
sentat regem: ita debemus amare fratrem, quia

Deus est in illo, quia est Dei imago, quia de-

nis cælestibus insignitus; quia Deus iube-

eum tamquā proximū diligamus, & vuln-

trem amemus. Nam si quis (ait Gregorius)

hom. 38. quilibet amat, sed propter Deum non am-

charitatem non habet, sed habere se pa-

Nam sicut omnia propter semetipsum ope-

ratus est Dominus, ita omnia diligit proprie-

semetipsum; quare in Deum tamquam in

finem fraternalm dilectionem dirigentes, ip-

sius Dei se statores, & imitatores efficiam-

usque illud Apostoli: Estote imita-

tores Dei sicut filij charissimi, & ambulant

dilectione, sicut & Christus dilexit nos. Ho-

deinde sine dilectionis perfectionem alle-

quimur. Ut enim nihil est aut præstante

sublimius; ita dilectio nullum finem, ut

præstantiorem aut sublimiorem habere po-

test, ex quo huius operis, sicut & omnium p-

liorum, gradus perfectionis attendit. Pa-

fanus quippe amor est ille, qui Dei obli-

rebus creatis totus inhæret: sanctus vero es,

qui res creatas omnes transcendens, & in illis

creatorem inquirens, diuino nomini con-

atur, sanctus profecto amor, qui nos efficit

sanctos,

Greg.

hom. 38.

in Euāg.

Pro. 16.

Eph. 5.

sanctos, & puritatis desiderio voluntates nostras accedit. Sicut enim amor immundus (ait Augustinus) inflammat animam, & ad terrena concupiscentia & peritura sectanda vocat, & in ima præcipitat, atque in profunda demergit: Sic amor sanctus ad superna eleuat, & ad æterna inflamat, & ad ea quæ non transeunt neq; moriuntur, excitat animam, & de profundo inferni leuat ad cælum. Hoc tandem fine dilectio iusta ab iniusta distinguitur.

Est (inquit Bernardus) amor pius, quo parentes diligimus. Est amor iucundus quo socios diligimus. Est & erga omnes homines amor iustus: erga inimicos amor violentus: erga Deum sanctus siue deuotus. Ille enim veraciter charitatem habet (ait Gregorius) qui amicum diligit in Deo, & inimicum diligit propter Deum. Considerandum est, in fraterna charitate, sicut & in dilectione erga Deum, & aliquid, quod est præcepti, & aliquid quod est finis, & consilij, posse signari. Præceptum quidem est ita fratres diligere, ut nullum eis malum, & nullam contumeliam aut iniuriam inferas, & ut auxilium & iuuamen extrema, aut graui necessitate laborantibus conferas & ut eorum aut vitam, aut famam, aut substantiam tuearis. &c. Finis autem præcepti est, si fratrem eadem cura & sollicitudine ac teipsum diligas;

gas; si non solūm præcepta, sed etiam pene
tis & beneficentiae consilia cōpletari
proximis, non iam hominem, sed Deum
ginem & Christum ipsum intuearis: si
verbis & exemplis ad omnem virtutem &
sanctitatem allicias; si inimicis, & hostiis
vultum pacatum, iniuriæ condonationis
verba lenia, specialia beneficia, & pacem (qui
in te est) & amicitiam non deneges. Si deni
beneficijs in fratres collatis, & bonis in populo
largè profusis, Deum ipsum imiteris;

Chari
tatis
frater
næ aus

Ioan. 17

Cyril,
lib. 11.
in Ioan.
c. 20.

Perfecta charitas fratrum, est vnitas me
brorum Christi, qua inter se indissolubiliter
copulantur, & capiti suo redemptori in
guntur, est fons omnium bonorum, fluui
pacis, clypeus animæ, dulcedo cordis, inde
cium humanæ naturæ, thesaurus infinitus
debitum inexhaustum, & imago pulchri
ma perfecti & sancti amoris, quo nos ipsi
diligimus. Hanc vnitatem Dominus ipsi

suis membris hac oratione postulabat: omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. Vnum
quidem, non substantia, sed pace, sed charitate,
sed imitatione, sed concordia voluntaria. Hæc
hæc voluntaria vno, (ait Cyrilus) naturaliter
filio, & patre vnitatis imago quedam effe
deatur: vt nullo vide licet modo, nulla vi
luptatis, aut periculi fragi, debilitarum polli
sed conservetur in pietatis atque sanctificationis
vniuersitate.

vnione charitatis virtus intemerata . Sed quænam dilectione ita sese effert , & vt præster homini diligere proximum , sicut diligit se ipsum: nam si quis seipsum diligere nescit , & in sui amore fillitur, in sui dilectione decipitur , & putans seipsum amare , seipsum odit & perdit; curans amare proximum sicut se ipsum, reuerà non illum amat , sed odio habebit , & perdet tamquam seipsum . Ut ergo quis diligit seipsum , primò odio habeat omne peccatum & omnem iniquitatem necesse est . Si enim amat iniquitatem , & vult eam inesse sibi , proculdubio nimis odit se, vnde scriptum est: Qui amat iniquitatem odit animam suam . Quid dicam de carne , quæ pars est vilior hominis? si animam odit , quomodo carnem diligit? Qui amat iniquitatem & odetunt animam suam, omnem turpitudinem exercent de carne sua . Amat igitur fratrem sicut seipsum , dilectione scilicet sancta , amore puro , charitate perfecta .

Mandatum (inquit Dominus) novum do vobis , vt diligatis inuicem sicut dilexi vos . Quare nouum, quod antiquissimum erat, & in lege veteri promulgatum? Certe quia novo modo latum est, quia non quamcumque fratris dilectionem , sed perfectam & consummatam dilectionem petiuit , & omnimodam dilectionis Christi erga nos , imitationem

P postu-

Ps. 10?

Ioan. 13

226 P. ALVAREZ DE PAZ
postulauit. Vocat ergo Christus dilectionem
fraternam, suæ erga nos dilectionis imitati-
cem, mandatum nouum & præceptum suum
quia in eo gradu mandat, quem veteris legi
cultores numquam somniarunt, ut scilicet
quis pro fratribus animam ponat, & si opus
fuerit vitam corporalem profundat. Nam &
qui diligit Deum, non potest eum contem-
nere præcipientem, ut diligit proximum; &
qui sanctè ac spiritualiter diligit proximum,
quid in eo diligit nisi Deum? Deinde Char-
itas Dei est in fraterna dilectione, sicut caritas
est in effectu, qui ab ipsa promanat. Per amo-
rem enim Dei (ait Gregorius) amor proximi
gignitur, & per amorem proximi, amor Dei
nutritur. Nam qui amare Deum negligit,
profectò diligere proximum nescit. Et tunc
pleniùs in dilectione Dei proficimus, si
eiusdè dilectionis gremio prius proximi che-
ritate ligamur. Fraterna itaque charitas, tè-
quam à causa, aut tamquam à parte perfe-
ctionis præcipua, pendet à charitate Dei.
Sunt enim duo isti amores, duæ quidem pa-
tes; sed unum totum ex utriusque complicitate
duo annuli sed catena una: duæ actiones, sed
una virtus; duo opera, sed una charitas;
duo apud Deum merita, sed unum sine
alio inueniri impossibile est. Sunt enim duæ
pretiosissimæ gemmæ, uno tenuissimo filo
ita illigatae, ut si ynam tollas, aliam erias.

*Greg. 7.
moral.
cap. 10.*

attrahere necesse sit. Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligit & fratrem suum. Qui enim diligit alterum, legem impleuit (inquit Apostolus) & plenitudo legis charitas. Amor Dei opus est nostre voluntatis, gratiae praesidijs adiutare, quo volumus bona sua principio omnium honorum, scilicet Deo; amor fratris etiam est voluntatis motus, quo fratri volumus, ut sit confors diuinorum honorum. Ille Deum amat sui ipsis gratia, nullumque alium finem requirit: Hic autem (ut diximus) eundem sibi finem proponit. Neque enim diligit fratrem, quia dives est, aut sapiens, aut beneficus; sed scopo praestantiori, quia Deo charus est, & quia ipse Deus suo praecepto fratris amorem sanciuit. O felix charitatis regnum (inquit Richardus) quod manet in aeternum! O felix regnum quod nunquam dissipabitur, quod populo alteri in aeternum dabitur; Si igitur fratrum sancta dilectio tam magna & perfecta est, ut Dei dilectionem, id est, omnium bonorum fontem annexam habeat; quis dubitet eam nos Deo ipsi copulare, atque adeo ipsam perfectionis naturam continere? & quis non videat, quam apte Christi praeceptum appellata est, quae nos fratribus amore iungens, ad Dei amorem allicit, & perfecte seruata, in fastigium perfectionis extollit. Ioannes Apostolus

Richard.
libr. de
Semnio
Nabuc.
cap. 4.

ex dilectione fraterna sapienter vitam spiritus infert. *Nos scimus* (inquit) *quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.* Ac si diceret: manifestè cognoscimus diuina virtute, nos fraternæ charitatis beneficio à morte peccati ad vitam gratiæ fuisse translatos, quæ charitas nexus est nos Deo vitæ nostræ coniungens, & proximis tamquam eiusdem corporis membris deuinientes. Nemo interroget hominem (ait Augustinus,) redeat vniusquisque ad cor suum, si ibi inuenierit charitatem fraternalm, securus sit, quia transiuit de morte ad vitam. An non mors animæ separatio est à Deo? & vita animæ vnius est cum Deo? sed hæc vnu ex vnuione ad fratres dignoscitur, & quanto hæc verior est, & (vt ita dicam) intimior, tanto maior est vnitas inter Deum & nos, & tanto maior est, & inseparabilior vita spiritualis, qua viuimus. Hæc est perfectio fraternali charitatis Christum imitari, Christum sequi, & proximos amare, sicut nos ipsos; quod tunc omnino, & vt decet perfectissimè implemus, cum diligimus ipsos, sicut Christus dilexit nos.

*Aug.
tract. 5.
in 1.
Ioan.*

C A P. XXVI.

Duodecim documenta ad consequendam
perfectionem charitatis erga Deum &
erga proximum.

O Peræxperimentum duximus, sub breui
compendio aliquas regulas prælibare,
quæ ad assequendam perfectionem in gemitu
na charitate constitutam magnam utilitatem
afferant.

Tu igitur, ô religiose, qui sèculum reli-
quisti, & omnia mundana conculcasti, vt
tux animæ saluti consuleres, & vitæ spiritua-
lis perfectionem obtineres; primùm omni-
um insipientium opiniones, & tepidorum
murmurations contemne. Ne contemnas
illos, sed eorum dicta, eorum sensus & defi-
nitiones pro nihilo habe. Quoniam de si-
milibus dixit Dominus: cæci sunt, & duces Mat.
cæcorum, & sicut ipsi in vita sua nihil perfe-
ctum, nihil sublime sapiunt; ita sape in fra-
trum suorum conuersatione fereuorem dam-
nant, disciplinæ rigorem obnubilant, &
quidquid limites ordinariæ vitæ & terminos
focordiæ excedit, singularitatem vocant
&c. Tu ne lequaris doctrinam eorum, ne
vitam ignauam & vilem imiteris, sed regu-
lam exquisitæ custodias. Viros sanctos atq;

P 3 per-

230 P. ALVAREZ DE PAZ
perfectos imitare, & vitæ ipsorum arde quidem & paræ, quoad poteris, tuam vitam accommoda.

2 Fuge non dico magna peccata, sed peccata leuia, & minimos quoque defectus debita; ne umquam omniō scienter facias audicas, quod imperfectionem esse cognoveris. Quare si peccata non vitas, & imperfectiones non fugis, sed amas, sed cōsulto securis, sed inuercundè defendis, non ad perfectionem adscendes, sed in barathrum tepidæ vitæ atq; imperfectæ descendes. Merito igitur monet te Salomon. *An ser rubiginem deargento, & egredietur vas purissimum. Vas* namque purissimum non est aliud, quam animus vitam perfectam ingressus, & dono puritatis ornatus; quem sane habemus, cum omnem ab eo rubiginem peccatorum auferimus, & imperfectionum noltrarum immunditiam absterimus.

3 Pro.25 Quotidie bis te ipsum discute, & tuam conscientiam examina: mala quæ in cogitatione, aut loquutione, aut opere, inueneris lugubrina bona circumspice, & quod in eis aut in eptum aut minus feruidum fuerit, reprehende; nam hac ratione tuos defectus agnosces, cognitos deplorabis, deploratos dilues, & diuinam misericordiam obtinebis.

4 Mortificationem sensuum tam exteriorum quam interiorum, & corporis discretam affli-

afflictionem assume, nec non & passionum tuarum cohibitionem diligentissima cura servare. Similiter imaginationem cohibe, ne per vana discurrat &c.

Nimium autem amorem erga aliquā rem creatam strenuē deuita, & cor tuum à desiderio rerum visibilium purum illibatumque custodi. Inanes curas depone, honores abjice, prælationes contemne &c. Vnus autem solus amor in te regnet, vnum desiderium imperet, vna cura dominetur, adhætere Deo, eius voluntatem etiam in minimis exequi, & quicquid ad mentis puritatem adipiscendam necessarium est, exquisite custodire.

Humilitatem, & obedientiam semper tuarum actionum fidelissimas comites adhibe. Humilitas nos roborat; quoniam robur gratiæ à Domino impetrat, & obedientia nos animat. Esto ergo semper humilis, ita ut te ipsum ex corde contemnas, & tibi ipsi omnino diffidas: esto & obediens, ita ut ductum prælati sequaris, & tuā non expreas voluntatem, & tutissima via ac celeri gressu ad perfectionem festinabis.

Ne sis in tuis operibus, aut exercitijs singularis, sed ea efficaciora tibi ad capescendā perfectionē iudica, quæ cōmunis usus cōgregationis approbat, & patrū instituta præscribunt. Tanto nāq; feruentior circaspiritualē

P 4 pro-

5

6

7

profectum, ac diuinarum rerum scientiam,
& cordis puritatem probabitur, quanto fu-
rit erga obedientię studiū, operāq; deuon-

8. Conuersatio tua cum hominibus admo-
dum moderata sit. Illa autem erit moderata
quæ à vita religiosa non deuiet, & tuo in-
tuto & modo viuendi conueniat.

9. Externas occupationes, quæ tibi ab obe-
dientia, aut à charitate demandatæ fuerint,
magna libertate spiritus incipe, magna spi-
ritus tranquillitate perfice.

10. Negotiorum multitudinem, quæ tuas
res corporales, aut spirituales excedant, ne
quaquam admittas, sed solerti meditatione
considera, quid possis, & quid sine spiritu-
lis profectus detimento non possis, & illud
faciendum assume, hoc autem prudente ex-
cusatione deuita. Optimè namque dixit qui-
dam sanctus: nulli plus filiorū quam lachis,
nec plus negotiorum, quam virium esse de-
bere. Sicut enim, quæ mulier plures filios
quam possit, lachet, & sibi & illis non modi-
cum affert detrimentum: sibi, quia vires ex-
haurit & corpus extinuat; & filiis quibus mi-
nus sufficienter lac subministrat, eos imbe-
cilles, & malè sanos educat: ita qui negotia
supra vires suscipit, & spiritū orationis eva-
iat, & nullū negotiū bene exequitur: sed mul-
ta incepit, aut cursim tractata derelinquit.

11. Orationi & contemplationi diuinorū sem-
per

per insiste: hanc ut sp̄sam tenerimē dilige,
ut Dominam strenuē venerare, ut cibū, sine
quo sustentari non poteris. Paulus ait: *Sine* ^{1. T. eff.}
intermissione orate. Nam oratio est, quę vincit ^{5.}
difficultates nostrę conuersationi aduersan-
tes, & sustinet vitę spiritualis exordia. Ipsa
est, quę profectus virtutum auget, & ad cō-
cupitam perfectionem prouehit. Ipla deniq;
principium est perfectorum studiū, quo mi-
rabili modo crescunt, & quoridie in maioris
puritatis gradum adscendunt.

Hęc tandem sit in omnibus, quę egeris, ^{12.}
tua sollicita cura, tua ingis occupatio, Deum
aut extra te ipsum, aut intra te ipsum præ-
sentem intueri, & purissimis desiderijs, san-
ctissimis colloquijs, & ignitis amoris affecti-
bus ad diuinam & incomprehensibilem
eius bonitatę adspirare. De hoc amoris stu-
dio Albertus Magnus ita loquitur. Non est ^{Albert}
ergo aliud, quod nos ab exterioribus sensi- ^{lib. de}
bilibus intra nos, & exinde in Iesu Christi ^{adhaeren-}
intima & diuina trahit, quam amor Christi, ^{do Deo.}
quam desiderium dulcedinis Christi ad sen-
tiendum, percipiendum, & degustandum
præsentiam diuinitatis Christi. Non itaque ^{c. 12.}
aliud est, quam amoris vis, quę etiā animam
de terris ad fastigia cęli celsa perducit. Nec
ad summā beatitudinem quis peruenire po-
test, nisi amore & desiderio prouocāte. Ipse
etiā amor est vita animę, vestis nupcialis, &

P 5 per-

perfectio ipsius, in quo omnis lex, & prophētia
vnde & Domini edictū pendet, Accipe nunc
duodecim alia documenta quē mirifice
proderūt, vt cū Dei gratia perfectionē charac-
tis erga proximos assequaris, & duabus per-
fectionis partibus, plenē, & cumulatē satisfac-
bitur

Assuefce fratrem aspicere, non carnem & sanguinem, sed vt imaginem

Dei, & eo impense amatam atque dilectam

Gen. 1. fecit quippe Deus hominem ad imaginem &
militudinem suam, dum illum intellectu, &
libero arbitrio insigniuit, & donis ac virtutibus
cohonestauit. Hanc imaginem Deus ipse
valde charam habet, & sic dilexit eam, vt pro
illa reformanda filiū suū vnigenitū daret,

Ioan. 3.1 scilicet omnis qui credit in illum, non pe-
eat, sed habeat vitam æternam. Pro
eius corporali obsequio, & spirituali auxilia
vniuersum orbem tam decorum creauit, &

Hebr. 1. Angelos ipsos creaturas nobilissimas homi-
nis utilitati subiecit: nam omnes sunt ad
ministratorij spiritus propter eos qui her-
editatem capiunt salutis. Hanc eandem
imaginem Christus filius Dei tam impen-
sè amat; vt pro ea vitam propriam dedemus
& pretiosum sanguinem fuderit. Nam de-
lexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in

Apo. 1 sanguine suo. Vide igitur an æquum ī
hanc Dei tui imaginem vilipendere, qua
in templo cælorum suo tempore collocata
bitur,

DE VITA SPIRIT. EPIT. 235
bitur, & ab Angelis & sanctis honorabi-
tur & suscipietur. Vide an cum ratione
conueniat eum odio habere, quem Deus
infinitè amat, eum auersari, quem Chri-
stus amore complectitur. Non ergò de-
spiciendus est, quem tam charum Domi-
nus habuit. Non solum autem fratrem,
sed etiam & teipsum Dei imaginem esse
cognosce: & videbis oportere id quod
ad imaginem est, cum imagine conueni-
re, & repræsentare in seipso imaginem Dei,
in appetitu pacis, in intuitu veritatis, & in
amore charitatis.

Alluefac animum tuum cogitare fratrem,
non ut extraneum, sed ut fratrem, ut personā
scilicet tibi coniunctissimā, cuius prosperitas
vel aduersitas non est aliena, sed ad te valdè
spectat. Hæc est fraternitas vera atque indi-
rupta, quæ nec carne gignitur, nec morte dis-
soluitur, sed gemina amicorū perfectione ac
virtute concrescit; cuius semel initū fœdus,
nec desideriorū varietas, nec contentiosa di-
rumpet contrarietas voluntatum.

Non adspicias fratri, quātumuis molestū &
aduersum tibi tāquā malū aliquod, aut iniu-
tiā tibi afferentem, sed tamquam magna
bona, & eximiam gloriam adducentem &c.

Quotiescumq; aduersus fratri malevolē-
tiā, aut animi auersionē in animo tuo sense-
nis, ne finas zizania callidi hostis arte seminata
cresce-

236 P. ALVAREZ DE PAZ

crescere, sed statim medelam afferto cum
Cum videlicet toto corde pro fratre supplic-
cas, & dicis: Domine, auxiliare mihi
fratri meo per mutuas preces. Et sic supplic-
cans pro fratre, augmentum prestatas charitatis
cōpassionis & humilitatis, dum scilicet frater
nis precibus tibi quoque imploras auxilium
Ne cum aliquo, quātūcumque virtute
& sanctitatis fratre, nimiam familiaritatem
habeas, & immoderatam amicitiam con-
trahas; hæc enim, quæ viderit esse charitas
non est reuerata nisi tinea charitatis, exitio
pacis, & pernicies totius virtutis ac perfe-
ctionis. Piæterea scandalum aliorum fa-
trum, qui affectum, tam immoderatum, &
à vita religiosa alienum in fratre mirum in
modum detestantur! O quantorum capi-
D. Thō.
opus. 6.
dedilect.
proximi
cap. 1. (inquit D. Thomas) insensibiliter facta sunt
& in quamdam pericolosam insaniam in-
derunt, quia sine sale discretionis eriam bo-
nos homines dilexerunt; qui spiritu corpe-
runt, & carne consummauerunt. O quo
sub specie charitatis seducuntur, & seducuntur.
O quanti simulata pereunt dilectione! Hec
quam multi in principio pure & sine deci-
ptione conuersantes ex nimia familiaritate
paulatim infecti in immane præcipitum de-
lapsi sunt, eò miserabilius, quo fædius! Sub
veræ charitatis namque pretextu in tali
subintrat amor sensualitatis. Aliter enim ne-

quad
verò
comi
& in
conse
Si
te se
super
quan
amor
fione
mas,
non
tibus
rò no
des,
tate f
ras &
tates
perni
qui v
milia
aut c
digni
spiri
sunt
non
cogr
denn
qua

quaquam decipi possent. &c. Erga homines
verò non immoderatè afficiaris, sed omnes
communi quodam amore diligas; sic enim
& internam pacem, & animi tranquillitatem
conseruabis.

Si immoderato fratri amore saucitatum
te senseris, ne de eius donis naturalibus aut
supernaturalibus credas magis tuæ cæcitatí,
quam aliorum veritati. Tu enim passionis
amore excæcatus es; alij autem ab hac pa-
sione liberi, vident in eo, quem impensè a-
mas, defectus virtutis & humilitatis, quos-
non vides: Crede ergo magis alijs viden-
tibus, quām tibi crederes non videnti. Si ve-
rò non solum illum tibi charum verbo lau-
des, sed etiam honore prosequaris, & digni-
tate super alios efferas, iam discordias gene-
ras &c. O quanta mala! ô quantæ calamí-
tates religiosis coetibus ex ipsis amicitijs
perniciosissimis euenerunt: Dum scilicet illi
qui videntur aliquid esse, suos amicos & fa-
miliares, omnis prælationis prorsus indignos,
aut certè minus dignos ad prælationem &
dignitatem euehant: Ipsi enim sic euecti, cum
spiritu deuotionis, & diuinæ familiaritatis
sunt vacui, & prudentia in rebus gerendis
non polleant, & humilitate, & instituti sui
cognitione careant, quo pacto nisi impru-
denter gubernabunt? Quid sibi nisi casum,
quid subditis nisi ruinam & discordiam,
quid

238 P. ALVAREZ DE PAZ
quid secularibus nisi scandalum compa-
bunt. Caeu itaque nimias laudationes,
de ne amicis tuis præter ius & fas quas
dignitates, quid id faciens: discordias
religione generabis, & pacem, charitatem
que subuertes.

7 Despice res temporales, earumque amori
corde penitus abscinde, ne tu, qui pro Deo
magnas diuitias, aut facto aut desiderio, re-
liquisti, pro rebus minimis, & nullius moni-
tuberis. Vbi meum & tuum (inquit Chrys.
Hom. 33, in Gen. f.)
sostomus) illic omne litium genus & cœnoma-
nis occasio; Vbi autem haec non sunt, ibi con-
versatur pax & concordia.

8 Vincere propriam voluntatem, eamque
subjice fratrum voluntati, & scabellumpe-
dum suorum pone. Sicut enim Christus nos
venit facere voluntatem suam, sed eius qui
misit eum patris: ita tu non intrasti religio-
nem, ut tuis desiderijs, sed ut Domini vo-
luntati deseruires.

9 Abnega proprium iudicium tuum, & ne
nimis tuo iudicio fidas, nec tuis definitione-
ibus acquiescas. Hanc autem iudicij, intel-
lectusq; abnegatione vera cordis humiliatio
conquires si nimirum alios magis sapientes,
magis expertos, te vero insipientem & inex-
pertum reputaueris.

10 Scito nihil esse tam magnum, tam vile,
aut pretiosum, quod charitati & concordia
debeat

DE VITA SPIRIT. EPIT. 239
debeat anteponi. Vnde ita res externas
facias, & negotia tibi commissa disponas,
ut tamen fraternalm charitatem non lèdas;
sed cum aliorum etiam omnium iactura il-
lam conserues.

Illud etiā tibi persuade, nulla causa quātū-
uis iusta videatur, irā aduersus fratrē esse ad-
mittēdā. Ira enim ex qualibet causa cōcepta,
oculos mētis excēcat, mensurā in verbis non
seruat, & bonū pacis & charitatis extinguit.

Non longā vitam tibi promittas, sed repu-
tate quam citissimē esse moritū, & assue-
scas iniurias & molestias fratrum ea animi
tranquillitate tolerare, quam sine dubio re-
tineres in vltima hora constitutus. Itaq; quæ
dicuntur, aut gerūtur, respice, ac si ad te nul-
latenus pertinerēt: vnde neq; eorū affectione
neq; omissione turbaberis. Si nos hēc docu-
menta diligenter custodierimus, & nos-
ip̄sos, & nostras voluntates vicerimus, fa-
cile diuinæ gratiæ augmentum promerebi-
nur, qua ex his ad charitatem perfe-
ctam, siue ad vitæ spiritualis perfectio-
nem perueniemus. Vir iustus hac exi-
mia charitate ditatus, & vltra quam dici po-
test honestatus, & Deo deuotus, sibi verò
ip̄sī rigidus censor existens, incipit in proxi-
mos beneficentiæ opera deriuare, & eos sicut
seipsum diligere. Diligit proximos sicut se-
ip̄sū, quia illos tenerissimo amore prosequitur,

&

240 P. ALVAREZ DE PAZ
& consilio, & p[ro]p[ter]e, & bonis (pro sua possibili-
te) coadiuuat. Diligit sicut seipsum, qu[od] imitatur Christum verissimum amatorum
sic alios amans, sicut ab ipso dilectus est. Amat proximos verè, qui non amat eorum be-
na prout sibi virtilia, sed eos ipsos, prout sunt
imagines Dei. Amat efficaciter, quia dilectionis affectum opere & veritate declaratur.
Amat spiritualiter: quia non animam pro
pter corpus, sed corpus propter animam,
& tamquam animae domicilium respicit. Amat gratuitò; quia ex suo amore ab aliis
nullum beneficium sperat. Amat denique
sublimiter: quia omnibus cælestia bona ex
optat, & ad æternę beatitudinis assequitio-
nem iuuare festinat. Qui ita Deum & proximum
diligit, & seipsum omnibus virtutibus
floribus cingit, & ab omni malo purum illi-
batumque custodit, & vitam suam hac mo-
tione componit; vt Dei gratia copiosissime
fultus retineat, hic vir perfectus & laetus est.
O beatū illum religosum, & terque quater
beatū, qui tam efficacia auxilia recepit, &
sollicite laborauit, & tam ardēter suam fati-
tem operatus est. Quia finem cuius gratia op-
culum dereliquit consequitus, perfectis an-
numerabitur, in comprehendensibilibus bonis &
diuinis illustrationibus in hac vita cumulab-
tur, & in futura, sedem inter magnos & inimi-
nobiles curiæ cælestis accipiet.

DE VITA SPIRIT. EPIT. 241
CAPUT XXVII.

De mirabili dignitate perfectionis sumptus
ex multiplici eius, nomine, atque
ex ipsius natura.

Charitas suapte natura Dei amicitia est,
cuius gratia, ut Thomas ait, Deus ho- *D. Thos.*
mines non iam seruos, sed amicos vocat, & *2.2. q. 3.
art. 1.*
eo ipso est vnio animæ cum Deo, & vnio in-
tima supra id quod mens humana cogitare
potest, si ad sui perfectionem usque proce-
dat. Hanc verò amicitiam ac Dei & hominis
unionem multa nomina sacris literis imposi-
ta perfectionis, significant. Perfectio christia-
nae & spiritualis vitæ in sacris literis, sapientia
vocata est, quia nihil amabilius, nihil pul-
chrius, nihil pretiosius hominibus aut fingi
aut excogitari potest. Hoc nomine perfectioni
indidit sanctus Iob dicens? *Ecce timor Domini,* *Job. 28.*
ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia. Ne-
que enim timore seruilem sapientiam appellat,
quo spiritu seruorum concepto Deum propter
horrorem pœnae timemus; sed illum filiorum ti-
morem, ad quem (ut notauit Cassianus) non *Cassian.*
peccatores, sed sancti propheticis inuitantur *coll. 11.
c. p. 13.
Psal. 33.*
eloqujs, dicente Psalmographo: *Timete Domi-
num omnes sancti eius: quia nihil deest timetibus eum.*
Qui timor à charitatis magnitudine genera-
tur: & in quadam verissima reverentia erga

Q *Deut.*

Deū, & in sanctissimo meū offendam aliquā
incurrendi consistit, ille namque timor, q̄
proprius seruorum est, non sapientia, q̄
initium sapientiæ nominatur. Scriptum eī
enī: *Initium sapientiæ timor Domini.* Quod
autem initium tantum est sapientiæ, non po-
test ipsa totalis sapientia, aut sapientia con-
sumatio existimari. Est ergo aliud timor:
perfecta charitate generatus, illique inse-
rabiliter cohaerens, quem perfecta chama-
foras non ejicit, sed continuo secum habi-
tare permittit, imo & manere gestit, qui non
initium sapientiæ, sed totalis & perfecta
sapientia nuncupetur: a quo illa recessio
malo, statim exoritur, qua mens nostra ab
omni culpa sc̄ subtrahit, nō quia pœna timet,
sed quia propter Dei amorem, vel minimam
offensā perpetrare formidat. *Timor Domini se-
ctus, permanēs in sæculum sæculi.* Hic autem filio-
rum timor, & hæc à malo recessio, quam ma-
gnitudo charitatis gignit, & omne bonum fa-
ciendum cōtinet, ab ipsa perfectione separan-
non potest: quare si timor Domini, & recessio
à malo sapientia est, liquet quia ipsa vita
christianæ perfectio vocetur sapientia.

At Paulus quam aperte perfectionem
nomine sapientiæ nobilitat: *Sapientiam, ali-
loquimur inter perfectos.* Sapientiam verò non
huius sæculi, neque Principum huius sæculi
qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiæ

1. Cor. 2.

DE VITA SPIRIT. EPIT. 243
in mysterio, quæ abscondita est, quam præ-
destinavit Deus ante sæcula in gloriam no-
stram, ac si diceret: imperfetis & incipien-
tibus ambulare vias Domini, initia sapientiæ
proponimus, & perfectionis rudimenta præ-
dicamus, quia necdum sunt sublimioris di-
sciplinæ capaces: at perfectis & ex consue-
tudine, virtutis vias spiritualibus vestigijs
tenentibus, non iam exordia sapientiæ, sed
occulta & abscondita perfectionis & sancti-
tatis loquimur, & auribus idoneis ad audiен-
dū ingerimus. Prædicamus inquā illis sapien-
tiā, non huius sæculi rationibus innitentem,
neq; Principum, aut sapientū huius sæculi ra-
tione constante, qui doctrina spiritus obru-
tur, sed potius Dei sapientiā, cuius Deus ipse
est magister & doctor, quam per viros spiritū
suo affatos edocet, & ianctis ac iustis mente
intelligendā, & affectu ac opere amplecten-
do proponit. Hanc prædicamus absconditā,
& veluti inuolutam in mysterio incarnatio-
nis vitæ & passionis & resurrectionis Chri-
sti, præparatam ante sæcula, ad glorifica-
tionem nostram; quia perfectio nihil a-
liud est quam imitatio Christi, cum ipse
sit, quem misit pater in mundum, ut esset
torius virtutis & sanctitatis exemplū. Innu-
mera propè sunt loca in sacris literis, in quibus
perfectio, aut perfecta virtus aut perfecta in-
tutia, sapientia nominatur. Sapientia liber in

Q 2 memo-

memoriam est reuocandus, in quo Dominus sub sapientiae nomine perfectam virtutem tractat, ad eius amplexum inuitat, & ipsius pulchritudinem ac præstantiam exponit.

Sapientia. Est, inquit, in illa spiritus intelligentia, sanguinicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis inquinatus &c. omnem habens virtutem, omnipropiciens, & qui captat omnes, spiritus intelligibilis, mundus, subtilis. &c. Et cum sua, omnia potest: & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit. Spiritus Charitatis perfectè sanctus est, & animam sanctam reddit. Est unicus in se; quia secundum naturam suam, unum tantum donum est: & multiplex; quia profert duodecim illos fructus, & omnium est virtutum origo. Hic Spiritus est subtilis, quia omnia profundissime intuetur ac scrutatur: disertus quoniā in rebus divinis (quod non semel vidimus) linguis infantium, hoc est, hominum ignorantium & multicellularium balbutientium facit disertas: Mobilis, quia otiositatem & segnitiem pellit, & ad omnem bonum agendum instigat: inquinatus quia omnem iniquitatem detestatur, & erquisitissima diligentia munditiam in se possidente custodit: Spiritus iste certus est; quia Deo subiectus, & ab eo edoctus, & à prauorum affectuum obscuritatibus elongatus, sine vita

illa ambiguirate quid sit agendum, quid o-
mittendum dijudicat &c. Est etiam benignus,
quia nos ad omne bonum inflammat: stabi-
lis, quia robur & cōstantiam prāstat: Certus,
de bono successu quia Deo fudit: Securus; nā
à summo protectore defenditur. Demum
perfecta charitas est, quæ cum in se sit vna,
ministerio virtutū ab ea emanantiū, omnia
poteſt &c. Hæc ſunt perfectionis elogia no-
mine veræ ſapientiæ ab Spiritu ſancto nobis
exposita & proprietatibus eius oſtenſa.
Sed quare perfectio à diuino ſpiritu vocatur
ſapientia? certè, quia vera ſapientia est, quæ
ſola homines perfectè ſapientes facit, & ab
ſtutitia ſæculi, & inſipientia mundanorum
eduicit. At perfectio eſt ipsamet charitas, quæ
Dei correptionem humiliter fuſcipit, & di-
ſciplinam virtutis diligit, & ne in aliquod cri-
men incurrat, omnes virtutes & dona Dei,
quibus fulciatur, in ſuam familiaritatem ad-
ſcicit: ipsa igitur homines vidētes, prudētes,
ac ſapientes reddit; atque adeo eſt ipsamet
lux, ipsa peritia rerum, & ipsa ſapientia. Non
eſt alia quam perfectio & Ianctitas, quæ ho-
mines illiteratos, ſine libris, ſine argumentis,
ſine diſputationibus, ad quamdam inef-
ſabilem cognitionem eſſert, & rerum non
aridam notitiam, ſed ſaporem & expe-
rientialiam concedit. Nam ſi humana phi-
losophia cum ſapientem vocat, qui Deum

IQ 3

intel-

246 P. ALVAREZ DE PAZ
intelligit & cælestia cognoscit, & res diuina,
vt plittacus docet, nullum earum sensum
habēs, & magnifica verba pronuntians: quia
tō feliciori ratione erit sapiens, qui Deum
intelligit, vt ex hac intelligentia, ad Deo-
morem, reuerentiam & amorem inciteret.
Qui ita cælestia cognoscit, vt ex hac cognitu-
ne in desiderium cælestium rapiatur; qui res
diuinas, non vt auis ratione expers, tractat,
sed vt homo ratione vicens; qui has res exer-
citatione quæliuit, experientia didicit, & al-
quem earum haustū positus in hac vita sus-
cepit. Si iuxta humanam scientiam ille cen-
setur sapiens, qui ex effectis rerum, cælas et
rum principiaque deducit, quanto equius illi
sapiens censendus est, qui has proximas rei
causas prætergrediens, quæ a Deo ipso tanquam
instrumenta mouentur, in priuam cælum
causam oculos injicit, & eam vi fons omnium
honorū laudat, eique vniuersarum rei
efficientiam attribuens, ob hoc illi hincen-
mē famulatur, ipsamq; totis præcordijs ado-
rat: hęc autem omnia perfectus habet, cum
veriorem notionem, rerum diuinarū & hu-
manarum ex effectis deducimus, cum hic
diuina intelligat, vt ea diligat, & cupiat, &
ad seipsum transferre festinet; ita humani
cognoscat, vt diuinis postponat, & pro-
pter amorem diuinorum habere contem-
nat; ita cælas perscrutetur, vt non in
ipis

ip̄is ad bonos euentus, sed in prima re-
rum causa confidat. O homo, tu sapien-
tem putas magnum Theologum, qui acu-
tē res diuinās explicat, ingeniosē dispu-
tāt, subtiliter contrariorum rationes dis-
solvit; licet videas eum superbū, indi-
gnabundū, vanis honorib⁹ inhārentem,
& diuītias, ac dignitātēs, & mundanū
splendorem aucupantem: ego verō sapien-
tiōrem fuisse existim⁹ pauperem Franci-
scum, aut laicū religiosū, qui nec dis-
putare, nec profunda exponere, nec syllabas
iungere nouit, cum videam illum humi-
lem, mansuetum, & res diuinās, non si-
cūt picam loquacem, ad arrogantiam, ef-
fudentem; sed eas simplici corde intelli-
gentem, & profundissimo affectu vene-
rantem. Qui profecto possit alteri dice-
re: Tu scientiam habes, & ego opera vir-
tutis habeo: Ostende mihi sapientiam tuam
sine operib⁹, & ego ostendam tibi ex
operib⁹ sapientiam meam. Si ergo magis
operib⁹ quam verbis credendum est,
hunc alteri sapientia p̄f̄stare credamus,
quem sapientiā opera sapientem demōstrat,
non argutiā verba sciolū & arrogantem de-
clarant. Nemo se seducat (ait Paulus) Si quis
videtur inter vos sapiens esse in hoc sēculo,
stultus fiet, ut sit sapiens. Sapiētia enim huius
mūndi stultitia est apud Deū. At hic qui virtutē

Iacob. 2

1.Cor. 2

Q 4 colit,

colit, puritatē mīq; sectatur, non sibi pīble
ditur, non de scientia, quæ inflat, gloriam,
non splendida mundi aniat; sed ea contem-
nendo apud mundanos stultus efficitur. E-
go hic sapiens est apud Deum, atque adeo
verè sapiens, non sapientia mundi, quam
Deus insipientiam reputat, sed sapientia Dei,
quam multus perperam stultitiam exili-
mat. Vera igitur sapientia perfectio est, que
intellecūti necessariam cognitionem imper-
tit, & ad voluntatem opera virtutis aggredi-
gat. Vbi enim sapientia ibi virtus animi, in
constantia & fortitudo. Hi enim sapientes

*Amb. 3s 1. ad
Cor. 2.
Nazid.
orat. in
plagam
grandi-
nis.*

& perfecti sunt, qui fidem non magis verbis
habent, quam rebus. Et Gregorius Nazian-
zenus: is, inquit, mihi sapiens videtur, qui
pauca quidem de virtute verba facit, cae-
ruim actionibus ipsis per multa demonstran-
vitque integritate orationi fidem aucto-
remque conciliat. Et Augustinus definit

*Aug.
in En-
chiridio
cap. 2.*

sapientiam, dicit, eam nihil aliud esse quam
pietatem; pietatem verò esse cultum Dei,
cultum autem Dei fide, spe & charitate co-
stare, atque adeo sapientem esse, qui haec
tria perfectè obtinuerit, & secundum ea vi-
tam suam instituerit. Vera enim sapientia
non in sola notione boni & mali, quam in
qui habere possunt, & ipsi dæmones habent,
sed in ea cognitione, qua malum fugimus,
de bonum amplectimur, collocanda est. Si

hanc

hanc sapientiam obtineatis, quam non superba scientia, sed humilis & discreta virtus impertit, eris non mundo, sed Deo sapiens, eris simul sapiens, atque perfectus. In academia Spiritus, & in schola virtutis sunt multi, qui virtutem addiscunt, & tanquam discipuli curant ad altiora descendere, & virtutis accipere disciplinam; & sunt pauci, qui ad perfectam virtutem usque prouecti, sapientum nomine digni censentur, & non tam verbo quam sanctissimo actionis exemplo in virtutis magistros alijs donantur. Sapientes Dei, id est, perfecti, nunquam tam magnam virtutem ac puritatem allequuntur, quin possint maiorem asequi, & ad faciliorem sanctitatem adscendere. Iustis ergo, nec dum perfectis dicitur, tamquam studios sapientiae discipulis. Perfectio itaq; spiritualis vitae vera sapientia est, quae ab utilioribus & magis necessariis exordiens &c. Tu ergo, o religiose, qui ob amorem sapientiae tamen multa didicisti, tam subtilia legisti, tam profunda querendo, & disputando inuenisti, & in hac improba occupatione, quam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea, tempus impendisti, vitam consumpsisti, vires exhausisti: expende queso, quam sis a vera sapientia alienus, si notitiae rerum humanarum, & diuinarum minimè virtutem iungis, & rationem disputandi sciens,

Q 5 viam

Ecc. 1.

250 P. ALVAREZ DE PAZ

viam humilitatis, & perfectę charitatis igno-

Lact. 3. ras: nam si vera sapientia (ut dixit Lactatius
diuin: non potest cuiquam sine scientia & virtute
inst. c. 9. contingere; quomodo te sapientem appellabo, quem scientia inflans dementatum con-
tinet, & charitas ædificans in sui contubescen-
tium nō retinet? Si sapientia (ut ait Nazianzenus) ad Dei amorem nos subuehit, & ei
seruis iā amicos ac filios efficit, quanā ratione
te sapientē existimabo, quē verus Deum
mor feruū non nouit, & Christus nec amici
nec filiū agnoscit? Hęc vera sapientia est, malitia
gere, vilia & abiecta cōtēnere; magna, népotē
lestia, cōcupiscere, & mētis puritatē cōfessio-

Perfectionem quidem existimo vocan-

Luc. 15. drachmam, quam mulier illa euangelica pre-
mō quidem perdidit, deinde nō sine magno
labore quæsivit, & quæsiām inuenit. Grego-
Greg. riū per drachmam perditam similitudi-
Hem. nem creatoris intelligens. Et quia imago aut
34. in exprimitur in drachma, mulier drachmam
Evang. perdidit, quando homo qui cōditus ad im-
ginem Dei fuerat, peccando, à similitudine
sui conditoris recessit. Si verò perfectio ei
quædam similitudo Dei, qua homo veterem
parentem exuit, & nouum induit, ac Christi
fratrem, & Dei filium, & hæredem se ex-
hibet, quid est drachmam perditam crea-
toris similitudinē designare, nisi ipsā perfectio-
nem & mentis sanctitatem referre: &c. Vo-
catur sane drachma quoniā perfectionis qua-

litas hac moneta describitur &c. Profectò vi-
ta Christi. è perfectio numisma est, quo ci-
bum animæ, delicias cælestes, immortalita-
tis indumenta, & semper duraturam fælici-
tatem cōparamus. Ipsa est pecunia cui obe-
diunt omnia, quia illi obediunt cælestia atq;
terrestria: prospera & aduersa deseruiunt,
huic drachmæ parent vniuersa; quia nihil est
tam arduum atque difficile, quod vera virtus
non teneat: nihil tam magnum atq; prelio-
sum, quod perfectio non obtineat; nihil tam
excelsum atque sublime, quod sanctitatis ac
punitatis animæ subterfugiat imperium. Per-
fectio igitur drachma est, quia si drachmæ in
preium rerum venalium inueniæ sunt, ipsa
perfectio, ac vitæ innocentia est, quia emi-
mus vitam, mercamur fælicitatem, compara-
mus regnum cælorum. Tu ergo, ô religiose,
si needum drachmam inuenisti, si nec dum
ad perfectionem venisti; eam omnibus desi-
derijs, & votis inquire, & ad eam tamquam
ad preium æternæ fælicitatis adspira. Certus
lis, quoniam hoc preium possidens, & istam
drachmam in lînu tui cordis recondens, pau-
peritatis votum, quod emisisti, non franges;
sed pauperior, & Deo fidelior efficeris. Di-
uiū scopus est, diuitias possidere, & ruus sco-
pus est perfectionis drachmam comparare.

Vocatur virginalis spiritualis perfectio pretiosa
margarita, quam diligens negotiator, mar-
garitus

garitis quærendis insistens, inuenit; & re-
ditis omnibus quæ possidet, & in pretium
eius oblatis, in suum usum vindicauit. Pro-
pter hæc meritorum compendia, in die-
borat, nocte vigilat, nunc huius virtus-
tui, nunc illi bono operi insistit; in cælum
mente concendit, & ante angelorum &
ætorum pedes procubuit, ut ab illis auxi-
lium ad negotiandum & aliquid lucra-
accipiat; ac tandem omnium rerum tempo-
ralium obliuiscitur, ut semper durauit os-
tauros inueniat, & cælestes facultates mul-
tiplicet. O bonus ac prudens negotiator, cu-
ius in citamentum ad lucrandum, charitas
cuius substantia, gratia; cuius scopus cælum
est. Quare si negotiatores terræ (ut est in A-
pocalypsi) flebunt & lugebunt, at hi cæ-
lestes negotiatores gaudebunt & exultabunt, quo-
niam merces eorum nunquam discedet
ab eis; et si interim aliquantulum contrita-
buntur, sed tristitia ipsorum conuertetur in
gaudium.

Apoc.
18.

Vir ergo spiritualis & iustus, qui cogi-
tationes & desideria sua in cælum effert, & in
cælestia & sempiterna sustollit, negotiato-
re est, qui margaritas querit, cum virtutes, qui-
bus exornetur inquirit. Si enim margarita
videnti sunt pulchræ, quid virtute pulchritus
quid virtute desiderabilius, quam omnes siue
magni siue patui concupiscunt? Denique

mel
gen
pre
desi
Tan
lix p
fecti
seit.
Cast
bon
perf
ponn
henc
in ha
clam
Beda
vitar
iam v
quit
lam
in Eu
& v
eam.
ne q
buer
Bern
etion
tater
marg
bitro

melior est acquisitione eius negotiatione argenti & auri, primi & purissimi fructus eius: *Pr. 30.*
 pretiosior est cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur huic non valent comparari. Tunc autem negotiator iste prudens & fælix pretiosam margaritam inuenit, cum perfectionem ipsam & mentis puritatem agnoscat. Hanc verò esse pretiosam margaritam Cassianus perspicuè confitetur, dum illud *Cass. col.*
 bonum quod in Dei vniione consistit (& ipsa *23. 62. 2.*
 perfectio est) omnibus virtutibus iure præponit, & à Paulo vniuersas iam virtutes habenti in desiderio adhuc esse, (quia amplius in hac vita crescere potuit) manifestè proclamat &c. Idem videtur sentire venerabilis Beda, dum margaritæ nomine iam cælestem vitam, quæ non est alia quam vita perfecta, iam virtutem charitatis intelligit. Puto, inquit Augustinus, istam margaritam esse illam, pro qua homo negotiator describitur in Euangeliō, qui inuenit vnam margaritam, & vendidit omnia quæ habebat & emebat eam. Hæc est margarita pretiosa charitas, si ne qua nihil tibi prodest, quodcumque habueris: quam si solam habeas, sufficit tibi. At Bernardus clarissimè non aliud, quam perfectionem in margarita intellexit: dum ea unitatem signari docuit. Ego, inquit, vnam hæc margaritam, nihil aliud, quam unitatem arbitror esse. Querit autem bonas margari-

Aug.
in 1. 3.
Ioan. ad
c. 3.

Bern.
serm. 26

ras, & qui in opere salutis suæ non est contus, inferioribus bonis sed summa quæque excellentiora perquirit. Nihil ergo preuoluit inueniet vnitatem, non parcat omnibus ceteris propter eam: ieiunijs, vigilijs, orationib

Pro. 17. audacteret præferat vnitatem &c. Gemma g

tissima exspectatio præstolantis, quocumq; se virtus prudenter intelligit, ait Sapiens. Nam præstolus non est alius, quam iustus, qui cum desideriu[m] cordis sui in terra non habeat, in cælo illud amplectendum esse prudenter expectat. Huius exspectatio in hac vita perfec[t]io est; nam si quod habet quis, non spern[et] iste non virtutes quas habet, sed ipsarum perfectionem & absolitionem, quam nondum accepit habere desiderat. Quæ profectio gemma est gratiosissima, & omnium aliarum pretiosissima, pro cuius desiderio virtutis amator in quocumque negotio circumspicit gerere curat, ne rei à se concupitæ possessor[um] fraudetur. Margaritæ in conchis generantur, & hæc nostra pulchra margarita in co

2. Cor 4. tha mortalitatis inclusa continetur. Vnde Paulus ait: habemus thesaurum istum in vnde fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei; & nos ex nobis. Margaritæ quoque à lumine cali ex humore roscido tāquam ex materia humi, in quo perfectionis margarita cum illis contigit, quæ à Deo ex cælesti ac spirituali ratione mirabiliter gignitur: an Deus lumine virtutis

figit, aggr[avat] in cœlo, quoniam anima prouicit, in sanctat. Experi- sere, detrac- pulu- hoc minu- susci- catis iniqui-

DE VITA SPIRIT. EPIT. 255
sue hāc margaritā efficit? ita sane, quoniā ipse
est, qui operatur in nobis velle, & perficere
pro bona voluntate. Quid est operatur velle,
nisi quod Deus temina virtutis inserit, &
initia perfectionis instillat? & quid est ope-
ratur perficere, nisi quod virtutis augmen-
tum ipse concedit, & vilissimum hominem
in fastigium perfectionis extollit? Hoc ope-
ratur in nobis, non pro meritis nostris, sed
pro bona voluntate sua, qua & nos dile-
xit, & sibi in socios, in amicos, in filios
aggregare constituit. An ex rore cælesti eam
in cordibus nostris efformat? ita quidem,
quoniam inspiratio diuina tanquam ros in
animas iustas descendit, & ex ea in deside-
ria protracta, atque in opus & actionem
prouenta gratia efficax, Dei perfectionem fa-
cit, ipsamque abscondita quadam mutatione
in sanctitatem ac mentis puritatem commu-
nat. De hac inspiratione Dei, inquit Isaias:
Expergiscimini, & laudate, qui habitatis in pul-
uere, quia ros lucis, ros tuus, & terram gigantum
detrabes in ruinam. Illi quippe habitabant in
puluere, qui terrā amabant, & pulueri terrae,
hoc est rebus vilissimis inhērebant, quos Do-
minus rōe lucis suæ, id est, inspiratione sua
suscitat, & à somno vitiorū excitat, cum pec-
catis & vitiis extinxetis, à morte ad vitā, & ab
iniquitate ad sanctitatem reuocat.

Sed aliud profecto mirabilius, in hac
mar-

256 P. ALVAREZ DE PAZ

Plin.
lib.9.
c. 35.

margaritarum procreatione contingit, quod
Plinius solertissimus rerum naturalium in-
dagator, inter alia non siluit: pro qualitate
scilicet roris à concha concepti margarita
mutari, & aut candidius puro, aut obscurius
turbido rore suscepito, produci. Quod re-
uerà nostræ margaritæ perfectionis non de-
ficit, quæ pro qualitate gratiæ sanctis con-
cessæ, & pro vocationum discrimine, con-
natura vna eademque sit, colore aut adi-
gitu alia atque alia esse conspicitur. Hinc
riuntur sanctorum hominum diuersa studi-
a actionesque distinctæ, cum tamen omnes
margaritam habeant, id est, à perfecta cho-
ritate ad agendum incitentur, & ad eandem
pleniū habendam moueantur. Quosdam
videas silentij & quietis studiosos; alios pte-
sollicitudinis & sancti laboris amatores.
Hos amor vitæ actiuae capit; illos verò con-
templatiuae desiderium tenet; alios vitæ mil-
itæ admiratio succedit: quidam manu-
tudine tanquam candore nitent: quidam
zelo & severitate tanquam pallore fulgen-
t. Hi circumspectione & timore pauent: illi
fiducia, & amore audent, & alij feruore &
magnanimitate resplendent. Horum omni-
vna charitas perfecta est, vna margarita
quam ex rore cælesti conceperunt, quam
sponsam charissimam adamarunt, sed &
finetus est externus adspectus, quia gran-

Des
nes
ope
tur
var
om
om
cur
non
lapi
lice
virt
me
vnu
cie
fedi
est
tati
con
der
gar
foli
curi
Ead
mar
nō
por
fug
lau
ricc

Dei sanctos & perfectos efficiens, non omnes eadem ratione gubernat; nec ad eadem opera perfectionis instigat, ideo Ecclesia dicitur non uno colore vestita, sed circumdata *psal.* varietate, & in ea non omnes Apostoli, non *1 Co. 12* omnes Prophetæ, non omnes Doctores, non omnes virtutes, non omnes gratiam habent curationum, non omnes linguis loquuntur, non omnes interpretantur, & eius membra lapidibus pretiosis signata sunt, quia videbitur, sicut lapidum pretiosorum varia est virtus, ita in sanctis est actionum, studiorum, meritorumque diuersitas. Ita gratiæ ros, unus quidem est quod ad naturam suæ speciem attinet, qui in iustorum mentibus perfectionem & sanctitatem inducit; at virtute est multiplex, cum diueris modos sanctitatis generet, & varias cœli vias in charitate contentas, hominibus cupidis suæ salutis demonstret. Et quid amplius habent margaritæ? illud sane (inquit idem Plinius) quod solis radios fugiunt, visu atteruntur, & incuria, atque indiligentia colore mutantur. Eadem prorsus, in perfectione tanquam in vera margarita reperio, quæ nos cautos faciant, & nō solum à superbia, verum etiam à noxiō tempore submoueant. Perfectio solis huius radios fugit, quia nō ostētationē diligit, nō mortaliū laudationes aucupatur, nō ab hominibus efficeri cōcupiscit. quare sancti ita rebus spiritualibus

R vacant

258 P. ALVAREZ DE PAZ
vacant, ut tamen quantum possunt, sed
oculis humanis abscondat. Perfectio quoq;
nostra non est in hac vita immutabilis &
corruptibilis, sed talis, quæ nimio vsu atti-
ratur, & immoderata exercitatione exarcta.
Quid est vsu atteri? nisi imprudenti occupa-
tione fuscari? Nam sicut vestis pretiosa in
carbones & ollas inficitur; ita mentis punies-
inter seculares occupationes foedatur, & mul-
tis laboribus acquisitus decor, vna distractio-
ne cordis amittitur. Ne ergo diuinorum obli-
uiscamur, & puritatem à Domino nobis de-
tam atteramus, distractio, & immoderata
cupatio fugienda est, quia perfectionis mag-
garita imprudentia conteritur, & inani pre-
sumptione, veluti quadam ad ferrum con-
fricatione dissoluitur. In curia tandem &
otiositate perfectio colore mutat, ut quæ
antea erat pulchra & splendida, præ negli-
gētia & ingnaia possidentis fusca & defac-
tis existat, adeò ut sensim nobis prius
negligenter, & postea iniquè agentibus, tan-
dem in nigredinem, & factorem conuertan-
tur. Quis ergo dubitet, perfectionem mag-
garitā esse, quæ velut gemma pretiosa sple-
dorem, pulchritudinem, & immensum va-
lorem haber, & ornamentum est anima
sanctæ quo decora, & Deo digna existim-
tur, & spiritibus cælestibus amabilis, &
pulchra videtur.

Si ergò volumus hanc margaritam pretiosam emere, & eius nos ornare pulchritudine, necesse est, ut omnia nostra vendamus, & nos rerum omnium terrenarum cupiditate nudemus. Quid est omnia vendere? Certè non solum facultates, delicias, & honores contemnere, sed proprias voluntates, inuetatas consuetudines, pristinos mores, imò & nosiplos pro perfectionis amore despicer. Non sufficit, ut sis velut negotiator, sed oportet sis sicut ille, qui lapidibus pretiosis, & margaritis pulcherrimis emendis intendit. Tu si perfectionem cupis, omnibus rebus temporalibus mortuum te exhibe, & solum ad margaritas quærendas, id est, ad veras virtutes amplectendas, & perfectionem adipisciendam, viue. Tu mundo, cui pro ratione religiosi status mortuus es, amplius & perfectius mori stude, & omnia huius mundi bona tanquam mortuus, ne respicias quidem, ut Deo, & perfectioni viuas, & sanctus ac perfectus euadas. Sic eris bonus & prudens margaritarum negotiator, qui merces pretiosas compares, & res nullius valoris, quæ ad tuum statum non pertinent constanter spernas.

Proprium perfectionis est, dum in vita mortali possidetur, ut semper crescat, & non in uno statu, quasi segnis & otiosa consistat. Quod Salomon manifestè con-

R. 2 firmitat;

Prov. 4. firmat, dicens: *Iustorum semita quasi lu-*
spendens, procedit, & crescit usque ad per-
fectam diem. Semita iustorum, gressus mer-
tium eorum, id est, bona opera & virtu-
tes designant, quæ instar lucis dici, quan-
continens latio solis efficit, semper augen-
tur, donec ad perfectionem æterna vita
perueniant.

Perfectio quidem est thesaurus, cuius
 possessione ditescimus; infinitus enim the-
 saurus est hominibus, quo qui usi sunt, par-
 ticipes facti sunt amicitiae Dei, propter dil-
 plinæ dona commendati. Quare infinitus.
 Ideo protectio, quia perfectionis thesaurus
 omniū opum, quæ homini contingere pos-
 sunt, summa est, atque compendium. Nam
 si Bernardo credendum est, tres sunt the-
 sauri quos nobis thesaurizare debemus, ni-
 mirum desiderium, pietatis in corde, doctri-
 nā veritatis in ore, & assiduitatē perseuerant-
 in homine, pro quibus omnibus unicus per-
 fectionis thesaurus abundantissime sufficit.
 Perfectio generat desiderium pietatis, que
 definitur esse cultus Dei; quoniā omnis eius
 cura in hoc sita est, ut Deum adoret, & in spir-
 itu & veritate colat, & uniuersa huic puri-
 simo cultui aduersantia remoueat &c. Non
 ergo inueniri poterit thesaurus perfectione
 copiosior, quæ voluntatem pietate vestiens,

Bern. lib.
sentent.

& intellectum veritate illustrās, & utrique in bono perseverantiam impertiens, quidquid boni animæ necessarium est, abunde suppeditat. Sed quod sequitur, non leuiter huius thesauri immensitatem pādit, & scilicet eius usum participes nos facere amicitiæ Dei. Nam si intima familiaritas alicuius hominis cum rege terreno est honorum & dignitatum, & magnarum diuitiarum origo; familiaritas cum rege cælesti, cuius potentia, & largitas in amicos suos est infinita, cuius, boni non est initium? Quid deerit illi, qui Deum amicum habet? Cuiusnam rei indigebit, qui Deum ipsum, & eius gratiam & amicitiam possidet? Quis non magno honore illum afficiet, quem Deus in hac vita honore prosequitur, & in alia magnificat propter disciplinæ perfectæ custodiam? Hic ergo perfectionis thesaurus pene infinitus est, qui non aliquid speciale bonorum genus, sed omnia bona animæ continet. Idcirco melior est perfectionis fructus auro & lapide pretioso, & genimina eius argento electo, quam eius fructus, non viscera terræ parvunt, &c. sed gratia Dei in lucem emittit, que simul cum misericordia est in sanctos eius & respectus in electos illius. Hic autem respectus Dei, respectus utique sapientiæ, bonitatis, & potentiæ, quemnam thesaurū in nostris visceribus procreabit, nisi illum qui omnis

R 3 virtu-

virtutis lucem, & pulchritudinem, & di-

Basil. in tias contineat? Vnde non incongrue im-

reg. bre.

rogatus Basilius quisnam esset thesaurus do-

reg. 2.36

nus, ille scilicet, cui Dominus ex ornatum

gnum comparauerat, respondit: sane quidem

prudentia omnis, quæ est in Christo, vno

tis ad gloriam Dei, thesaurus bonus est. Quæ

bus veribus nomine thesauri perfectionem

intellexit, quæ breuiter appellatur omnis

virtutis prudentia, sive sapientia: & huc

thesaurum noui auri aut argenti esse, qua-

res effodiunt, & furantur: sed omnium do-

norum spiritualium manifestissime explicantur.

Mat. 5.

Isa. 25.

Psal. 67.

Vitæ spiritualis perfectio sacris scripturis vo-

cata est mons, sive ille, in quem Dominus

noster Iesus Christus legem euangelicam pro-

mulgaturus adscendit, sive ille, in quo omni-

bus populis conuiuum præparauit, sive illa,

quem regius vates montem pinguem & cor-

gulatum asseruit. Augustinus dicit: Si que-

ritur quid significet mons, bene intelligitur

significare maiora præcepta iustitiae. Nec no-

men illius montis, qui (ut ait Hieronymus)

erat mons Thabor, ab hac mystica signifi-

catione discedit. Thabor nāq: idem est, quod

electio, vel puritas & perfectionem, ut finem

quidem nostrarum actionum intendimus,

sed ut medium ad æternam vitam aseque-

dam eligimus, & nequaquam ab ipsa mun-

ditia, ac mēritis puritate discernimus. At mons

ib

ab Isaia demonstratus etiam perfectionem *Isa. 25.*
 designat, cum dicit: & faciet Dominus exercitum omnibus populis in monte hoc conuiuum pinguium, conuiuum vindemiæ, pinguium medullatorum vindemiæ defæcatæ. Mons, inquam, iste perfectio est, aut vita perfecta, propter quam, siue Ecclesia, siue patria cœlestis excelsa dicitur, & in star mōtis sublimis & alta nominatur. Quis enim erat hic mons, nisi mons Sion, qui interpretatur aceruus, ut & nomen huic monti inditum perfectionem quoque figuratam esse declarat, quæ nihil aliud est (ut ex dictis colligitur) nisi quidam omnium virtutum & cœlestium donorum aceruus, quem habens anima, nec famem timet, neque alicuius rei indigentiam perhorrescit? Quod autem in hoc monte Dominus vniuersis populis conuiuum lætitiae faciat, illud sancti Dauid abundè confirmat. *Psl. 47.*

Si qua intelliguntur. Nec non onymus significat, quod ut finis vniuersitatis, & sequentia munera. At mons.

datur exultatione vniuersæ terra mons Sion: quia ad omnium gaudiū, & lætitiam atque emolumen tum perfectio, tanquam ciuitas regis magni in terra fundatur, & ut imago quædā patriæ cœlestis erigitur, &c. Ideo ait Salomon, secura mens, id est, virtute & sanctitate prædita, quasi iuge conuiuum. Est namque perfectio mons Dei, non tantum, quia ipse vitam perfectam in sanctos efficit, & supra res humanas extollit, sed quia in ea Deus domum suam regiam exstruit, & tēplum, in quo adoratur,

R 4 retur,

Prov. 15

retur, ædificat. Est mons propter sublimitatem, qua vniuersa mundana post se relinquit, pinguis propter charitatem, qua Deum & proximum diligit; & coagulatus, seu multorum motuum congerie cōpositus, quoniam omnium virtutum altitudinem comprehendit. Et mons Selmon, in quo pax mentis acquiritur, & sensus rerum cælestium possident, & imagine fortis, id est, Christi, mons humana circumdatur, & virtutis umbra protegitur. Vnde Hieronymus ait: nos autem montes & colles eos intelligamus, qui in excelsum virtutibus eleuati sunt, qui eleuant & sitiunt iustitiam &c. Et Bernardus:

Ber. ser.
54. in
Cant.

Quam miseror, inquit, est diabolus, cum respicit terram, montes nihilominus quam plurimos de populo acquisitionis, habentem fide solidos, spe excellos, charitate speciosos, cultos virtutibus, bonorum operu fructibus refertos, de rore celi tanquam de salu ipsi quotidiana capientes benedictionem.

Postremum perfectionis nomen, eorum quæ exponere decreuimus, est regnum Dei vel regnum cælorum. Dei autem vel calori regnum non tantum beatitudinem nobis in alia vita promissam, sed etiam perfectionem in hac vita sanctis concessam significare, Celsianus, Adueniat adueniat regnum tuum, his pene verbis explanat: Secunda petitio mea purissime aduenire iam iamque regnum fui

Celsian.
Col. 9.
cap. 18.

patris exoptat: vel istud scilicet, quo quotidie Christus regnat in sanctis, quod ita fit, cum diaboli imperio per extincionem scientium viatorum de nostris cordibus pulso, Deus in nobis per virtutum bonam fragrantiam coepit dominari, & deuicta fornicatione, castitas superato furore tranquillitas, calcata superbia, humilitas in nostra mente regnauerit: vel certe illud, quod praestituto tempore omnibus est perfectis ac Dei filiis generaliter remissum. Ead ratione regnum Dei (quod profecto non est aliud quam regnum celorum) interpretatur Chrysostomus. Regnum Dei (inquit) ille dicuntur & sancti, sicut scriptum est: & colligitur zizania de regno eius, hoc est, de populo Christiano. Regnum Dei dicitur & iustitia. Tunc inquit Bonaventura, regnum Dei in anima venit *Bonavent.* perpetuo solo stabilitum, quod in tam virtus *in myst.* ardoris amoris preualet in spiritu, ut non solus in ordinationes interiorum sensuum velocissima insurrectione viriliter coprimens, domina totius regni spiritualis appareat, sed cum virtute ipsius amoris onus acta iudicio rationis praeservatur, ut illud quod plus dilecto placere decreuerit, semper in omni actu exerceat &c. Perfectio igitur est illud regnum, de quo alio loco affirmat constanter Dominus: quoniam regnum Dei *Luc. 17.* intranosest. quod namque aliud regnum intra nosipos esse commodius dici potest, quam vera virtus & cumulatissimum meritum, ut inquit Eucherius quo-

Chrysostomus in imperf.
H. 14.

Theolog. Part. 2.
Petit. 2.

quorum illa nos Deo perfectè subdit, ut non
regnat peccatum in nostro mortali corpori,
sed Deus ipse dominetur in nobis: istud vero
nos tanquam ad regnum Dei pertinentes,
facit bonorum cælestium participes, & opus
sempiternarum constituit heredes. Hoc
illud regnum amplissimum, & omnibus la-
culi imperijs præferendum, de quo Paulus
R. 14. ait: *Non est enim regnum Dei esca & potus, sed
iustitia & pax, & gaudium in spiritu sancto.*
P. Tho. Regnum enim Dei hoc loco (ut Thomas ex-
ponit) nihil aliud est, quam id per quod Deus
regnat in nobis, & per quod ad eius regnum
æternum perueniemus. Quod sane, non esca & potus, aut aliqua re terrena possumus
est, sed in vera, perfecta, & consummata iusti-
tia. Hæc consummata iustitia, in qua vita
spiritualis perfectio constituitur, cuius est
nos cum Deo, & cum proximis, & cum no-
bisipsis componere regnum Dei à Paulo no-
minatur, quod non in aliquo bono corporis,
sed in rectitudine mentis constituit.

Optimè autem perfectio regni Dei aut re-
gni cælorum nomen accipit, quoniam est
causa Deus regnat in sanctis, & in iustis
mætibus iura regis & imperatoris exerceat.
Qui cum sit suavis & mitis, & multæ miseri-
cordiae omnibus inuocantibus se, regnum
suum potius vult amoris & dulcedinis impe-
rio regi, quam timoris, & formidinis habet.

gubernari. Si ergo Dei aut cælorum regnum ipsam Domini regiam potestatem significet, talis congruè perfectioni attribuitur, quæ potestas supernaturalis est, à Domino in sanctorum animas transfusa, qua eas amore regit, charitate gubernat, & dulcedine quædam filijs regni Ieruata paulatim ex creaturis terrestribus, in mentes spirituales & cælestes transformat. In hoc quoque perfectorum regno, lumine fidei & sapientiæ videtur; nam & hi Deum contemplantur, & superna luce perfusi tantæ pulchritudinis (prout pos- sibile est in hac vita) delectantur adspectu.

Hoc autem cælorum regnum, quod ad *Mat. 13* gloriâ summi Dei in terra agitur, non obli- uiosi, non otiosi, sed solliciti, sed violenti diripiunt. Violenti vero sunt, qui vim si- biipsis inferentes (nam intra nos ipsos regnum istud querendum est) & affectus inordina- tos, ac proprias voluntates abnegantes, ip- sam virtutis arcem, ac fastigium sanctitatis expugnant. Hugo, cor sanctum atque pa- catum vocat regnum cælorum, vis est que- dam, ait, quæ sic de corde operatur, & reti- net cor fluxum, & vanum, ne perefluat in abyssum exterminij. Vis ista, seu violentia ra- pit regnum cælorum: nam regnum cælorum vim patitur. Nobile regnum possidet, qui cor suum possidet. Non regnat, qui in corde suo deditus seruitutibus vitiorum, præsider- *vrbi-*

Hugo.
lib. 2. de
anima
cap. 12.

vribus, & turbis populorum: solus regnat, qui deposito cordis imperio leges rationis ordinat totam familiam mortuum interiorum & exteriorum. Est igitur perfectio regnum cælorum, quod non aggredi & expugnare debemus. Tunc vero fælices & beati erimus, qui opes perpetuas, amplitudinem filiorum Dei & regnum cælorum obtinebimus, quod vim patitur, & violenti rapiunt illud.

CAPUT XXIX.

Quod perfectio est familiarissima amicitia hominis, & Dei & maxima uis inter animam, & Deum,

EX nominibus quæ perfectioni tribuitur, eius dignitas in superioribus demonstrata est: Nunc ex his quæ perfectioni insunt, eamque circumdant, aut ex ea tanquam ex causa procedunt, eiusdem dignitas, & magnitudo pandatur. Istorum verò illud primum tractandum est, quod fons videtur esse, & origo reliquorum, perfectionem intimam esse amicitiam, ac necessitudinem hominis perfectum Deo, quæ ille omnibus familiaritatibus creatis abiecit, sibi in fidelissimum præfudit elegit, & in dulcissimum amicum assumptum. *Omnis charitas etiam minima est Dei & hominis.*

minis amicitia alicui supernaturali cōmuniō-
 ni subnixa (vt Thomas ait) qua homo vult
 sua bona Deo propter ipsum, & ei in omni-
 bus ab illo mādatis placere contendit, & qua
 Deus ita amat hominē, vt velit ei bona diui-
 na, & non tantum velit, sed faciat quoque, &
 manu liberalissima impertiat. At perfecta cha-
 ritas, quæ est ipsa mentis perfectio, non est
 quoquis modo Dei & hominis amicitia, sed &
 necessitudo tā arcta, tā familiaris, tā intima,
 vt vix id aut humana fragilitas credat, aut in-
 tellectus creatus, & rebus infimis assuetus
 intelligat. Quis enim nisi aut expertus, aut
 dictis sapientissimorum & sanctissimorum viro-
 rum expertorum assentiens, credit Deum, ante
 cuius cōspectum cæli columnæ cōtremiscunt,
 ita ad animam puram demitti, vt velut spon-
 sus vino amoris inebriatus, eam depereat,
 illius adspectum cupiat alloquium sitiat, am-
 plexum ambiat, & eius purissimis delicijs
 quærendis intendat: & animam sanctitate
 vestitam, ita per sanctam fiduciam, & amo-
 rem extolli, vt Deum tamquam sponsum
 respiciens, eius assiduā conuersationem ex-
 spectet, oscula postulet, amplexus exquirat, &
 eum in omnibus quæ ipsa vult (cum præter
 diuinam legem nihil vult) ad suum deside-
 riū explendum, & opere præstandū trahat.
 Sed hoc ita esse, utriusque foederis paginæ, &
 sanctorum dicta, & perfectarum animarum,
 quarum

D. T. 5.

2.2.9.23

Art. 1.

quarum aliquæ temper sunt in Ecclesia, ex-
perimenta declarant. Nunc vero amorem
sponsi, & sponsæ mittamus quem statim
admirabimur, & intra amicitiæ meras nos
continentes perscrutemur, quam perfectæ
magnæ cuiusdam amicitiæ leges, hi duos
michi Deus, & perfectus homo custodiunt.
Licet enim ille, qui benedictionem dabit
legislator, nullis subditus legibus, nullis in-
tribus compeditus, tamen non vult legibus
veræ amicitiæ eximi, ut homines glorientur,
quia Deum ipsum non solum patrem & Do-
minum, sed etiam amicum habent necessi-
tudinis iura seruantem. Dominus ita amici-
tiæ leges iuraque decernit ut ea ipse mul-
to melius atque constantius, quam homines,
quibus sunt imposita, seruet. Quare non
sine mysterio dicitur: *principatus eius semper
humerum eius*, quoniam leges, quas humeros
subditorum imponit, ipse etiam super hu-
merum suum, homines ad ipsarum cultu-
diam adiuuando supportat. Quæ autem sunt
amicitiæ leges? Certè si breuiter eas refer-
mus, hæ fere sunt. *Prima*, ut amici se impe-
sè ament, & mutua ac indissolubili benevolen-
tia complectantur. *Secunda*, ut alsius
verba faciant, & non sine voluptate secum
ipsi conuersentur. *Tertia*, ut mutuis officiis
ac donis, quoad possint, amorem augent,

I. 9.

que sicut ignem flatus, ita mutuam benevolentiam, nullum etiam lucrum, queritatem accidunt. *Quarta*, ut seipso sustineant, & si quid ab aliquo peccatum fuerit, alter aut benignè corrigat aut etiā dum opus est, patiēter dissimulet. *Quinta*, ut amici idem omnino sapiant, idem dicant, idem velint, idē nolint, & in omnibus sine vlla dissentione cōcordēt. *Sexta*, ut occulta adinuicem detegant, secreta reuelent, & vnum alteri cordis sui arcana confidat. *Septima*, ut in tribulatione se adiuent, & si vnum sentit dolorem, alter remedium querat, & compassionis affectum non omittat. *Ottava*, ut vnum alteri se accommodet, & infirmus vtilitatem ex robore fortioris sentiat, & fortis imbecillitates infirmi sustineat. Postrema tandem, ut amicorum nihil quod deceat, vnum sibiipſi reseruet, sed sint illorum omnia communia. Hæ leges ita indiruptæ apud Deum & animam perfectam manent, ut non dubium sit, Deum huic animæ fidelissimā amicitiam seruare, & animam ad Deum arctissimam necessitudinem habere. Quam nec anima tantæ dignitatis particeps abscondit, nec Deus amore captus erubescit. Quinimo illa palam confitetur. Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus filię Ierusalem. Et ille sine vlo rubore pronunciat: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Qua voce non solum Cant. 5:6
ani-

172 P ALVAREZ DE PAZ

animam vocat amicam, verum etiam pulchram, tam omnibus meliorem, & gnam suo amore & benevolentia proclamat.

An amici se impensè amant? Sed anima perfecta ita Deum amat, ut propter illum omnia creata despiciat, seipsum odio habet, & vniuersis rerum creatarum amoribus veludicat. Recedite polluti clamat eis, recedite, nolite tangere. Et merito omnes amores, qui in Deum non tendunt, polluta vocat, quia si admittantur, animam polliunt, & amoris erga Deum feruorem minnuunt & charitatis puritatem auerterunt. Deus vero ita animam diligit, & eius amor respondet, ut in infinitum eam, sicut & cætera amore superans, non amore finito amicam istam, sed infinito diligit, & qui totus charitas est, veluti igne amoris ardor, & fidelis animæ in se transformandæ deiderio liquefcat. Istud significant illæ voces. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. Sicut aquila prouocans ad volatum dum pullos suos, & super eos volunt, expandit alas suas, & assumpsit eum, que portauit in humeris suis. Si enim Deus tam ardenter dilexit mundum

Ioan. 3. nobis, quoniam filium suum unigenitum

1. Ioan. misit Deus in mundum, ut vivamus per

4. eum, Sicut aquila prouocans ad volan-

Deut. 32 dum pullos suos, & super eos volunt,

expandit alas suas, & assumpsit eum, que

portauit in humeris suis. Si enim

Deus tam ardenter dilexit mundum

& populum illum Hebrœorū tam indefatigabiliter amauit, quo nā pacto perfectos & sanctos diligit, qui sunt selectior mundi pars, & populus omnium dilectissimus, cuius causa præcipue in mundum venit, in quo mirabilis bonitatē ac misericordiam suam exerit, & propter quem principalius vniuersum orbem fabricauit? Nec tamen quia isti amici se in æqualiter amant, ideo amicitia claudicat, aut non est ex vtraque parte fidelis, quoniam ad eius integritatem & fidelitatem conseruandam satis est, si anima quæ finitè amat, quidquid potest amet, quantum valet, alios adulterinos & extraneos amores abjiciat, & si possibile sibi effet, infinitè amare desideret. Hoc inquam, sufficit, ut amicitia *Barn.*
 hæc inter Deum & animam sit usquequaque *ser. 83.*
 perfecta. Vnde pulchre Bernardus ait: non planè pari uertate fluunt amans & amor, anima & verbum, sponsa & sponsus, creator & creatura, non magis quam sitiens & fons. Quid ergo? peribit propter hoc, & ex toto euacuabitur nupturæ votum, desiderium suspirantis, amantis ardor, præsumentis fiducia: quia non valet ex æquo currere cum gigante, dulcedine cum melle contendere, lenitate cum agno, candore cum lilio, claritate cum sole, charitate cum eo qui charitas est? Non:

S

nam

nam etsi minus diligit creatura, quoniam minor est; tamen si ex toto se diligit, nihil deest, ubi totum est. Quantus est igitur mutuus istorum duorum amicorum amans qui terminum nisi possibilitatis nescit, & Deo infinitus est, in anima vero licet non finitus, quia non potest, tamen quantum potest, amat, & ut sic amet, nullius extremitati amoris consortium admittit.

At amici mutuis se oblectant alloquinque verbis ultra, citroque habitis se abunde re- ciunt: & quid aliud faciunt Deus & perfecta anima nisi perpetuò conuersari, & nos dies noctesque (quantum carnis fragilitas sustinet) in suauissimis colloquijis confil- mere? Nullum perfectum vidi, nec legi qui non saltem in desiderio suo hanc primam & præcipuam occupationem haberet, cum Deo miscere dulcia sancti amoris colloquia & ei intellectu & affectu iugiter inherere. Loquitur Deus non semel, sed saepe cum perfecta anima, quam non distractam non ineptè occupatam, non post vana & inutilia currentem; sed attentam, sed expeditam, sed amici vocem impensè cupientem inuenit. Scit enim quia vox eius dulcis, suaua & facies decora. Dicit ei verba correp- nis, dum eam benignè corrigit, & sermonem doctrinæ, dum de rebus agendis & cauendis docet, nec non colloquia amantur.

miscer, dum fiducia erigit, promissis mul-
cer, desideris extollit, & immissa suavitate
& visibilibus potenter abducit. Hæc dulcia
Dei verba sentiens anima clamat cum Cy-
priano: Suaue est mihi eloquium tuum, vi- Cyprian.
ser. de
baptis.
Chri.
uus, & efficax sermo tuus ancipiti gladio
penetrabilior, vsque ad diuisionem spiritus,
& animæ meæ attingens, carnales & spiri-
tuales intra me separat, & sequestrat affectus,
& à vilibus pretiosa distinguens, quasi fla-
gello de funiculis contexto de meo interiori
templo, quod tu inhabitas, omnem nundi-
nationem expellit &c.

An non legimus : quia loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem , sicut solet loqui homo ad amicum suum? Sed cum huius alloquij causa esset intima Dei amicitia cum illo, credendum est Dominum eadem ratione facie ad faciem, id est valde familiariter cum sanctis, & amicissimis suis loqui, & deposito grauitatis & auctoritatis terrentis vultu, cum eis amicè & benevolè conuersari. Loquitur igitur Deus sæpe cum perfecta anima, & ipsa vocem amicam percipiens, & se compellari, & ad colloquia inuitari sentiet. O dulcis Dei & animæ conuersatio ! ô desiderabilis consuetudo ! ô suave colloquium ! &c. quis vocem Dei dulcem & blandam audire non cupit? Quis hunc honorem verissimum cum Deo loquendi , & conuersandi aucupari non

S 2 curat?

276 P. ALVAREZ DE PAZ
curat² profecto valde insipiens, & negligens
est, qui se puritate mentis suæ minimè adhuc
cælestia colloquia habenda disponit. Sed
Deus, quid donat animæ? Multo melius in-
terrogares, quid non donat illi? Omnia
namque, quæ ipsa habet dona Dei sunt, et
cæli non sunt dona Dei animæ prærogata,
ut superna sitiat, & cælestia suspirat: ante-
ra & reliqua elementa, & mista non sunt do-
na Dei: an membra & sensus, & vires inter-
næ non sunt dona Dei, quibus anima salutem
semper mansuram inquirat? an tempora, et
anni, & menses, & dies, & horæ & momen-
ta non sunt dona Dei, ut semper laborando
ad maiorem puritatem perueniat: at anima
perfecta quid ipsa donat Deo, quæ proper-
Deum omnia creata adsperratur, & cotem-
nendo ea omnia, donum Dei facit, pro cuius
amore & obsequio relinquit? parum est hoc,
quidquid sapit, quicquid valet, quicquid co-
gitatione & desiderio comprehendit, & la-
totam Deo offert in donum, dum nihil suis
bi retinet, sed vires, sed talenta, sed potentia-
rum & membrorum opera, sed voluntatem,
sed iudicium in diuinum obsequium imper-
dit. Quæ quicquid habet, & potest, donat, &
quicquid non habet, nec potest, dare desider-
rat; si non ex æquo, saltem quantum possit
conceditur largissimo Dei amori respondet,
& non verbis solum, sed operibus & officiis

cum cum
Dei e
dam
tinere
dit, à
lum
bitat,
ma, e
idem
amic
uelan
tui D
det, &
mala
fiduc
Deus
semita
& de
quis,
gat I
deat
& si
illud
nes
in C
stino
vita
quor
duc
cum

z
egliori
é adhuc
it. Sec
elius in
Omnia
funt, al
xerogati
? an ter
funt do
es inter-
Salutem
pora, an
nomen-
orando
at anima
proper
cōtent
ro cuius
est hoc
quid co
, & le
illuſtſ
otennu
ntaten
impen
onat, &
delude
rum ſi
ponde
officis
cum

cum Deo initam amicitiam confirmat: & cum omnia, quae intra & extra se habet, Dei esse conspiciat, & non sola fide, sed quodam certissimo experimento ad Deum pertinere comperiat, ipsi omnia libentissimè reddit, à quo se accepisse gaudet, & in cuius ſolum obsequium bene impensa esse non dubitat. Non erit autem mirum, si Deus & anima, qui ſe inuicem ſuſtinent, idem ſapiant, idem velint. At quanta fidelitate hi duo amici Deus, & anima ſibi mutuo ſecreta reuelant; quorum iſta omnes recessus cordis ſui Deo peruios, & manifestos eſſe congaudet, & bona, vt ea dominus ipſe promoueat, mala vero, vt ea curet & ſanet, cum magna fiducia pandit. Vnde fidenter ait: *Proba me Psal.*
Deus & ſcito cor meum; interroga me, & cognosce 138.
ſemitas meas; & videſi via iniquitatis in me eſt, & deduc me in via eterna. Non optat cum ini-
quias, vt non videat, dominus, nec intelli-
git Deus Iacob, ſed magis vult, vt vi-
deat, vt intelligat, vt vniuersa ſcrutetur, *Pſal. 93*
& ſi quod ſemen iniquitatis inuenerit,
illud exſtirpet, & omnes ſuas cogitatio-
nes & opera in viam veritatis, id eſt,
in Christum adducat: dicit cum Augu-
ſtino: Si aliiquid inueneris, Domine, in
vita mea, quod diſpliceat oculis tuis,
quoniam via mea mortalis eſt, tu de- *Aug.*
duc me in via eterna, ſcilicet in *in pſal.* *138.*

filio tuo, vbi nulla est iniquitas: quia si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Deus quoque in amoris signum ab anima, cum opus est, secum sua minime abscondit.

Gen. 18.

Audi quid aliquando dixit: *Num celare potero Abraham quod gessum;* cum futurus sit in gentem magnam & *busillisimam,* & benedicenda sint in illo omnem *tiones terrae?* Et quare, Domine Deus, hoc mysterium Abraham celare non poteras, nisi quia et quum iudicasti ei tamquam amicorum suorum posteritatis, in signum amicorum paterem; & ut magis ac magis te homini amatorem ostenderes, ei secreta tui cordis aperi-

Amos. re. Amos quoque ait: *Non faciet Dominus vobis, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas.* Et Dominus: *vos autem dixi amicos*

Joan. 15 *quia omnia quae audiui a patre meo, nota feci vobis.* Deregit ergo Dominus secreta sua hominibus perfectis amicis suis, & multis modis occulta eis suorum voluntatis manifestat, vel ut ipsis ab itinere veritatis non deuient, vel ut cognitione veritatis admirentur & in omnibus virtutis genere promoueantur, vel ut alios in rebus credendis aut agendis erudiant.

Hæc est intima amicitia inter Deum, & hominem intercedens, qua homo Dei amicus non quous modo, sed familiarissimus & intima necessitudine coniunctus efficitur. Hæc homo suum amorem in solo Deo colloca-

& re-
& c-
cissi-
bet,
velu-

D
filio
suos
dilec-
limo-
tas p-
min-
qua-
hon-
Dei
lesti-
iam
tum-
nost-
sitis-
cha-
ita l-
Dei
tion-
cel-
sost-
nib-
terr-
præ-
filij

& res suas etiam minimas cum Deo tractat,
& cum eo curas suas tanquam cum ami-
cissimo sodali partitur. Hac quidquid ha-
bet, quicquid est, Deo donat, & nihil sibi
velut proprium asseruat.

Dominus autem perfectos & sanctos viros
filios appellat, non tantum appellat, sed filios
suos facit, & non quous modo filios, sed filios
dilectissimos, & fidelissimos, & sibi quā simi-
limos reddit. Ex qua alia multa maior digni-
tas perfectionis elucet, quod scilicet est ho-
minis cognatio cū Deo & cognitionū omniū,
quæ inter aliquos esse possunt arctissima, qua
homo non tantum propinquus, sed planè
Dei filius, & Christi frater, & hæres regni cæ-
lestis constituitur. Perfectionem autem non
iam seruos fideles, non amicos dilectos tan-
tum, sed filios Dei homines facere Salvator
noster Iesus Christus apertè monstrauit. Ut

Mat. 5.

*Chrys.
hom. 18.
in Matt.*

sitis filij patris vestri, qui in cælis est: hæc ergo
charitas cognatio hominis cum Deo est, & si
ita loqui licet, filiatio, quæ hominem filium
Dei facit, & ab eo spirituali quadam procrea-
tione generatum constituit. Et sicut ipsa est

celitudo philosophiæ Christianæ, ut Chry-
sostomus ait, ita sublimiorem secum homi-
nibus dignitatem affert, non iam ut possideat
terram, sicut mites &c. sed (quod est multò
præstantius & excellentius) ut nimirum sint
filii Dei, qui eo ipso quod tales sunt, & ad

S. 4.

regnum

regnum cælorum ius habent, & terra suorū
dis sunt Domini, & consolationis ac milē-
tionis diuinæ efficiuntur participes. Omnes
quidem iusti, & gratiam habentes sunt ad-
ptione filij Dei; quibus dicit Paulus: Quo-

Gal. 4.

1. Ioā. 3.

Deut.

14.

Gre. lib.

4. in 1.

Regum.

niam estis filij Dei, misit Deus spiritum filii
sui in corda vestra clamantem Abba Pater.
Et Ioannes: charissimi, nunc filij Dei sumus,
& nondum apparuit quid erimus: & Moyses
admonet, dicens: filij estote Domini Deve-
stri, quod illi assequuntur qui sanctissiman
Dei legem amplectuntur, & ab omni cimeti-
ne se puros & incontaminatos custodiunt.
Omnes enim iusti adoptione filij Dei sumi-

gratiæ & diuinæ naturæ participatione filii
similes. Gregorius insinuauit his verbis: Re-

demptor generis humani, quotquot fidei sua
& doctrinæ sacramentis instituit, ad imme-
cessibilem æternæ hæreditatis gloriam toti

filios facit. O filij fælices, & miseri, her-
edes, & rei, patri vestro qui in cælis est,
similes & dissimiles. Fælices, quia filii
quia gratiam habetis, & vitam animæ pol-
fidetis: & miseri, quia hanc vitam tam pre-
ciosam meritis non cumulatis, & thesau-
rum istum augere paruipenditis. Similes
Deo, quia spiritualiter viuentes, quia gra-
tia animæ vitæ décorati, quia in rebus
magni momenti legis obseruatoræ; & dis-
similes, quia nec Deo magis appro-

pinquare, nec sanctos imitari, nec ad perfectionem adspirare contenditis. Estis sicut filii regis, in misera seruitute positi, qui non regnare, sed seruiunt. Sic vos filij estis Regis eterni; quia nonnullam gratiam & charitatem, licet languidam, & remissam habetis; at filii captiui, & in calamitosa affectuum, & desideriorum vestrorum seruitute constituti, qui miseris amoribus rerum caducarum seruitis, diuinarum illustrationum & consolacionum famē & sitim patimini, & infamia vitiorum indumento sordescitis. Hæc quidē Dominus, ego autē dixi & iterum dico, *Dī es tis, & filij excelsi omnes*, quia substantiam charitatis non *Psal. 81.* perditis, & à Domino per graue crimen non separamini: veruntamen si non curatis proficere, & Christi similitudinem induere, forte à minoribus ad maiora prolapsi, sicut homines peccatores moriemini, & sicut vnius de superbis principibus à modico, quod estis assequuti, cadetis. Imperfecti ergo, & tepidi, licet gratiam & charitatem participant, sunt velut filij suo patri dissimiles, quos pater tam à se moribus dissimiles videns, minus amat, non sine nausea, & indignatione tolerat. Hoc igitur apprimè habent viri perfecti, quia sunt filij Dei, non habitu gratiæ, & charitatis tantum, non operibus iustitiae imperfectis, solum, sed moribus per-

perfectissimis, & virtutibus solidissimis.
lesti patri similes. At qui perfectos & la-
etos vident, patrem vident, quia pulchri-
mam eius imaginem vitæ, & moribus per-
itorum impressam adspiciunt. In eis namque
sapientia Dei lucet, qua sciunt reprobare
malum & eligere bonum, & cuique rei suum
valorē, aut maiorem aut minorem adconse-
re. In eis puritas Dei lucet, nam illius so-

Enit. 11 tentiæ memores, *Sancti estote, quoniam ego*
sanctus sum Hoc in primis summis conatus
quærunt, ut mentis suæ faciem purissimam
gestent, & minimas quoque maculas, & visi-
biles nœuos diligenter abrardant. In eis
charitas Dei splendet, qua amicos, sine vilo-
respectu lucri amant, & inimicos ardenter
diligunt, & omnia omnibus seipso efficiunt.
Breueriter, omne quod malum est, constanter
auersantur, & omne quod bonum est, audi-
simè complectuntur; ut sic filij Dei & per-
fæcæ imagines eius existant. Imago enim & li-
mitudo Dei est (inquit Gregorius) inclito
odio malum odire, & amore perfecto Deum
diligere; unde malum odio habent, & Deum
bonorum fontem, & omnia bona diligunt,
ut se filios Dei, & viuas imagines protec-
tur. Illi sunt Domini, qui per verissimum
mundi contemptum omnibus dominarunt.
Illi potentes, qui virtute orationis diuinam
voluntatem flectunt, & quasi filij tenemini

gem

gemitibus & lachrymis omnia impetrant,
& sibiipsis dissidentes, in Deo autem fiduciā
constituentes, omnia possunt in eo, qui illos
confortat. Illi sapientes, qui non terrena, sed
eterna sapiunt, & scientiam sanctorum pro-
be callent, qua Deum sibi placere sciunt, ut
ab eo filiorum hereditatem accipiant. Illi
nobiles, quorum pater Deus est, quorum fra-
tres Angeli sunt, quorum occupatio est no-
biliſſima atque dignissima, Deum patrem
ſuum cōtemplari, Deum amare, & in cunctis
ſeruire. Illi fortes, quos non dæmonum illu-
ſiones proterunt, non tendiculæ aduersarij
proſternunt; ſed in bello aduersus carnem &
ſanguinem viſtores & ſuperiores existunt.
Illi dilecti, quos Deus, ut chariſſimos filios
amat. Vide quo pacto perfectio eſt arctiſſi-
ma cognatio cum Deo, quæ perfectos viros,
non ut cumque filios Dei facit, ſed filios cha-
riſſimos Dei & patri ſimillimos & coniun-
ctiſſimos efficit? Qui, ut filij Dei, & hæredes
regni cæleſtis, omnibus virtutibus, tamquam
regalibus indumentis uestiuntur, & cibis de-
licatiſſimis sanctorum deſideriorum & piau-
cogitationū reficiuntur, & Angelis veluti re-
gijs ministris cinguntur, & patris ſui occupa-
tione, ſcilicet diuina contemplatione, dele-
ctantur, & nihil aliud querunt, niſi Dei ſimi-
les eſſe, & in omnibus Dei filios, & ſeruos,
ob diuinum honorem apparere. Ad hanc ſi-
mili-

militudinē appetēdam, imō & accipendā
bis à Deo facultas concessa est: nā quorū
Ioan. 1. receperunt eum, inquit Ioánes, dedit eis po-
Hieron. testatem filios Dei fieri. 'Non est exhortatio
Epist. 1. vehementior (ait Hieronymus) quam, quā
ad De- nos Scriptura filios Dei vocat. Omnia autem
mer. facite, inquit Paulus, sine murmurationibus
& hæsitationibus, vt sitis sine querela, & sim-
Phil. 2. plices filij Dei. Hanc Dei cognitionem, & li-
militudinem appetere, summa sapientia est.
Nam quid rogo sapientius quā Deum patri
habere, qui te filium agnoscat, vt filium alia-
vt filium à peccatis eripiat, vt filium diligat,
& vt filium in cōsortium Christi filij sui, atq;
in participationem eterne hæreditatis admittat?
Enitamur ergo ita viuere, vt simus filii
Dei: filij non patri dissimiles, non degeneres,
sed qui perfectionis assequendæ cura, patri
nostrī, qui est in cælis, virtuti respondeamus,
& eius perfectionem imitemur; licet magna
sit amicitiæ & cognitionis copulatio, qua ho-
mo Deo, vt familiarissimo amico cōiungitur,
alia tamen est multo maior, & (si dici poset)
intimior, quæ perfectioni etiam competens,
eam mirificè exaltat, & in altiorem dignitatem
etuehit. Ea autem est coniunctio sponsi &
sponsæ. Hanc ergo vniōnem inter Deum &
animam similiter 'perfectio facit, quæ non
tantum est necessitudo inter duos amicos in-
tel.

tercedens, sed etiam est castum sacramque
cónubiū, quo Deus spōsus animæ, & anima
Dei spōsa, & coniux efficitur. In vita religio-
sa potest & solet accidere, ut anima, quæ sta-
tu & professione est spōsa Dei, amore & vitæ
cōuersatione non sit Dei spōsa, & (quod ad
mores attinet, aut cordis affectum) aut hanc
summam dignitatem non habeat, aut habitā
non per status dimissionē, sed per fidelitatis
ruptionē amittat. Perfectionis igitur propriū
est, animam sponsam Dei facere, non tā statu
quam vita, quia eos mores, eas virtutes, cum
amoris affectum infert, qui sponsæ Dei con-
sentaneus sit, qui animam vt sponsam cha-
rissimam Deo copulet, & omni virtutum ge-
nere, vt sponsam Dei decet ornet atque cir-
cumdet. Hinc Hugo Victorinus non omnē ^{Hugo.}
animam religiosam sponsam Dei vocat, sed ^{lib. 2. de}
eam dumtaxat quæ sancta sit atque perfecta. ^{nuptiis.}
Qui plis diligit, inquit, velocius currit. ^{sp. cap. 2.}

Præcurrit sponsa, id est, anima perfecta; sub-
sequuntur adolescentulæ, id est, minus per-
fectæ. Rectè quidem hic pater animam per-
fectam sponsam censet, imperfectam verò
non vocat sponsam, sed adolescentulam.
Hinc in Canticis canticorum, tot sunt fœ-
minarum diuersitates, & hæ quidem ado-
lescentulæ, illæ verò reginæ, aliæ concubinæ
nominantur, & vna sola, vt sponsa loquens,
& amore languens introducitur.

Est

Est itaque perfectio connubium anime & Dei, quoniam animam Deo iungit, nam tam statu quam opere & morum similitudine, & eam tam felici coniugio dignam reddit. Deus autem, qui cuique anima suopiam facit, secundum quod digna est, & secundum quod eam, aut minus dispositam, aut magis preparatam reperit, absque dubio eam dicit sponsam, quam acquisita punit, ac vitae sanctitas talibus nuptiis dignam ficit. Animabus perfectis dicitur per Oscar.

Osee. 10 Seminate vobis in iustitia, & mettite in misericordię. Innouate vobis nouale, tempore autem requirendo Dominum. Ac si dilesset, siquidem vobis datur opportunitas requirendi Dominum, & gratia abundantissima quæredi facie eius conceditur, ita labore, ut Dominū inueniatis, & ad soliū eius id est, ad perfectionis fastigium adscendatis. Hoc autem fiet, si ita seminetis, ut non quamcumque iustitiam, sed perfectam iustitiam colligatis; si ita metatis, ut non modicam gratiam, sed ad os misericordiae & quantum voluntatis accipiatis; si ita vitia eradicetis, ut irruptionibus etiam saeuissimis temptationum procellis, perfecta virtus auxilijs diuinis & magnis laboribus comparata vincat, & non victa & prostrata succumbat. Pulchre, inquit Bernardus, in sponsæ prærogatiuam concunxit, pariter omnia hæc ad consummationem vir-

*Ber. ser.
33. in
Cant.*

tutum,

vitum, ut de forma iustitiae sit formosa, de iudiciorum notitia cauta, de desiderio praesentiae seu gloriae sponsi casta. Talem prorsus decet esse sponsam Domini, pulchram, eruditam, & castam. Ideoq; confidenter ait: *ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Cant. 3. Quid enim est. Ego dilecto meo, nisi ad hoc nata sum, ut sponsu meu sitiam, spontum meu diligam, spolum meum in contemplatione complectar, & pro eius amore omnia creata & visibilia contemnam? O felix anima, quia fidelis! nam si verè dicis, ego dilecto meo, audies, & ad me conuersio eius. Audies, & experies, & tuæ fidelitati, hanc mercedem recipies quod fidelis sit tibi Deus, quod ipse te protegat, ipse te diligat, ipse te ornet, ipse omnia quæ ad te spectant, prouehat, & tanquam ad suum honorem, pertinentia respiciat. Iam experta intelliges illud: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Cant. 2. Prius dilectus intendit tibi: nam in hoc est charitas; non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos, & misericordia eius præueniet me. Inde autem habes, ut sis fidelis, ut ei solum I. Ioz. 4. intendas, ut ei totam te tradas, & nullam Psal. 55. ab eo amoris tui partem subtrahas; quia aut nihil præter eum amas, aut si quid aliud amas, propter ipsum amas, ut ei scilicet placas, & ipsius sanctissimis iussis obedias. Tria hucusque maxima bona perfectionis

287

agnouimus, alterum, quod amicitia est
Deo inita; alterum quod cognatio est, lim-
ibus virtutibus copulata: tertium, quod via
Dei & animæ est, ab spiritus amore & com-
munione profecta.

C A P. XXIX.

*Perfectionem esse huius vitæ beatitudi-
& esse præstantissimum opus Dei.*

Magna & eximia sunt hæc quæ de per-
fectione diximus. Quid enim minus
non dico esse, sed nec excogitari quidem po-
test, quam animati ex nihilo factam, & pri-
uulam creaturā perfectionis ac sanctitatis
præsidio in Dei amicitiam prouehi, in cuius
qui solus est, & rex, & dominus, cognacio-
nem admitti, & supremi Imperatoris ius
sponsam & coniugem appellari: sed his tan-
magnis & tam mirabilibus perfectionis elo-
gijs, addamus & alia. Hoc ergo quod omnes
homines cupiunt, quod yniuersi volunt, &
omnibus quæ cogitant aut faciunt, aut aggre-
diuntur, aucupari contendunt; hoc, in qua-
præstat spiritualis vitæ perfectio, quæ alle-
quentes à vera miseria, & felices ac beatos
efficit. Duas enim beatitudines homini pos-
cōtingere, alterā imperfectā in præfeti vita, pli-
teram perfectā & consumatā in alia vita, om-
nis turba Theologorū edocet. Quorū illi fa-
ctum Scripturarū auctoritate subnixi, qui
ali quos

D.Thō.

12.q.5.

3. & 4.

aliquos mortales homines propter insignem virtutem beatos vocant, nonnulli odore beatitudinis esse in hac lacrimarum valle non negant. In quo autem haec beatitudo inchoata consistat, tum apud philosophos, tu apud nos magna certatio est &c. Nostri vero, eam in aliquo supernaturali bono collocarunt. Quidam enim illorum huius vitae felicitatem in contemplatione Dei, alij verò in amore erga Deum & vera charitate, alij denique in mandatorum observatione constituunt. Sed ipsorum dicta, summa consensione beatitudinem in hac vita possibilem, non in alio quam in actibus perfectionis ponunt: atque ideo ipsam perfectionem (quam magis ad actiones ex habitu procedentes, quam ad ipsum habitum referenda est) beatitudinem vitae huius esse confirmant. Nam qui hanc nostram beatitudinem in contemplatione Dei, & rerum cœlestium collocant, illa contemplatione intelligent, quam ex vera & intima charitate procedens, & ad eam tendens, hominem ad affectum mortificationem, ad virtutum exercitationem, & ad omnium mandatorum custodiam impellit. Qui vero illam in amore esse sitam existimant, non cuius amori charitatis hanc gloriam tribuunt, ut nostra beatitudo sit, sed illi, qui ad perfectionem eum etius in omnibus (prout in hac vita fieri potest) mentem nostram componat &c. Haec autem omnia, aut ipsa perfectio sunt, aut non possunt à

T

per

242 P. ALVAREZ DE PAZ
perfectione secerni; quæ in perfecta chari-
te consistens, ad Deum contemplatione no-
scendum, & ad eius naturam & voluntatem
amandam, & ad mandatorum omnium co-
stodiam inuitat &c. Nos itaque omnium
istorum vestigijs inhærentes, audacter dic-
imus vitæ spiritualis perfectionem esse huma-
nitatem beatitudinem, & omnem iniquum
felicem esse, omnem iustum incipientem,
aut proficiem, aut in beatitudinem ten-
dere, aut beatum esse, ac felicem solum illu-
qui sit in charitate perfectus. Quis nisi per-
fectus legem Domini promptissima volun-
tate complectitur, & eius mandata, non tan-
tum ut sciat, sed ut expletat, iugiter medi-
tatur? Qui vitiosis affectibus expugnat,
diuina assidue cogitant, & in terris posu-
vitam non terrenam, sed cælestem insticu-
tum. Quamobrem sanctus propheta, hanc vitam
cælestem perfectorum respiciens, eius canis
perfectos, beatos ac fælices pronunciat.
Beati, inquit, *immaculati in via*, qui ambulan-
in lege Domini, Beati qui *scrutantur testimonium*
eius: in toto corde exquirunt eum. Perfecti quip-
pe sunt *immaculati in via*, hoc est, in vita
præsenti; non quia nullā maculā contrahant,
quā absq; dubio omnino vitare non possunt,
sed quia leues maculas, quibus fragilis na-
tura non semel subest, gratia potens dilatant,
& lachrymis, & dolore cordis expurgat. H
etiam

Psalm.
118.

DE VITA SPIRIT. EPIT. 243
etiam sunt, qui testimonia legis diuinæ scruntur, ut Domino toto cordis conatu illum velut suæ vitæ finem, & scopum exquirant. Beati pauperes spiritus, quoniam ipsorum *Matt. 5.*
est regnum cælorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram &c. Si Deus ipse iustorum in signum actuum à virtutibus & donis spiritus sancti prosectorum exercitatione pollentes, beatos vocat, quis eos beatos esse negare audeat? *Quis in alio quam in hac virtutis perfectione, huius vitæ felicitatem constituat?* Hæc sane perfectio virtutis beatitudo est, cui multiplex illud præmium ore Domini proclamatum, adhuc in hac vita promittitur. Perfecti enim sunt qui ex eo quod omnem fastum & ambitionem proterunt, regnum cælorum, aut patriæ cælestis imaginem per quamdam inexplicabilem facietatem & concupiscentiarum tranquillitatem accipiunt. Perfecti sunt, qui munditam cordis, & mentis tranquillitatem præ omnibus diligentes, filij Dei, non solum ab hominibus, sed ab ipso Deo, & Angelis appellantur, & patrem suum (prout in his tenebris fieri potest) oculo sapientiae & intellectus intuentur. Sapienter ergo *Ambr.*
lib. 1 ad
Iac. 3.
vita beat.
ta cap. 7.
Ambr. ut perfectionem huius vitæ beatitudinem adstruit, vitam beatam cum vita perfecta confundit, his verbis: *vita beata est in hominibus, sed in his scilicet, in quibus*

T 2 fuerit

244 P. ALVAREZ DE PAZ
fuerit perfecta vita. Perfecta autem vita
non sensibilis ista sed illa rationabilis, se-
cundum tractationem rationis, & mens
vacuitatem, in quo non est portio homi-
nis, sed perfectio, quæ non tam est in con-
ditione hominis, quam in operatione. Ea
enim beatum facit. Huic igitur viro, quid
est bonum, nisi ipso sibi, quod habet? &
adest ei hoc bonum, & causa ei erit fu-
rorum bonorum. Si enim velimus, felici-
tatem aut beatitudinem breui oratione defi-
nire, dicemus cum Boëthio, esse statum om-
nium bonorum aggregatione perfectum,
aut esse possessionem Dei vltimi finis nostri
omnia bona secum afferentem, & huma-
nam mentem saturantem. Vnde id quod in
hac vita maiore cum hoc statu, aut cum hac
Dei possessione similitudinem habet, & quo
magis homo huic possessioni appropinquat,
& ad eam planè accipiendam magis prepara-
tur atque disponitur, erit huius vitæ beatitu-
do. Istud autem non est aliud, quam perfecta
charitas, in qua (vt dictum est) consistit tota
nostra perfectio. Hæc namque est possessio
Dei, quem omnes iusti vtcumque possident,
sed perfecti ita possident, vt solum illumina-
quam suum peculium habeant, & in eo solo
omnes suas opes, omnes suas delicias, omnes
suos honores constituant. *Venter meus* (inquit
Ecclesiasticus) *con turbatus est querendo illam,*
nempe

Ecclesiasticus

§ 48. 51.

nempe sapientiam, propterea bona possebo possessionem. Quae profecto possessio non est alia, quam ipse Deus: nam illum perfecta charitas in mente infert, & in cordibus nostris habitare facit. Si igitur perfectio animae possessio Dei est, ergo & felicitas, & si perfectus Deum ipsa possidet, est ergo beatus & felix. Quid enim potest eo esse felicius, inquit Prosper, cui efficitur suus conditor census, & hereditas eius dignatur esse ipsa

Prof. lib.
2. de vita
contempl.
cap. 16.

Divinitas: si modo eum sanctis operibus colat, omnes fructus ex illo percipiat, in illo, & de illo iugiter viuat, & nihil terrenum cum illo possideat: Quia omnium conditor, cui nihil eorum quae fecit, valet exquiri, non dignatur cum his quae condidit, possideri.

Hanc possessionem Dei in perfecta charitate, sive in perfectione vitae spiritualis positam, omnia alia bona sequuntur ad veram felicitatem viae necessaria, sicut visionem claram Dei, (qua perfecta possessio Dei est) omnia bona comitantur, quae ad beatitudinem perfectam requiruntur. Nam si beatitudo huius vitae exigit contemplationem Dei, tamquam operationem perfectissimam, ac deliciarum plenissimam, qua homo aliquid supernae patriae degustat, hanc perfecta charitas affert, aut saltem eius fructum, atque effectum importat. Quid enim faciet homo curis secularibus

T 3 exfoliu-

246 P. ALVAREZ DE PAZ

exsolutus, affectuum perturbationibus
cuus, & diuini amoris igne succensus, mi-
Deum super omnia dilectum contemplan-
& fidei ac sapientiae oculis res æternas intu-
ri: aut quem Deus sua contemplatione
dignabitur, nisi illum, cuius tota vita est iugis ad
contemplationem præparatio, qui est vi-
rum abolitio: affectuum ordinatio, virtu-
tum inquisitio?

Isa. 23.

Quem docebit scientiam, in-
quit Isaias, & quem intelligere faciet auditum
huic interrogacioni ita respondet: *ablatum
à lacte, auulso ab uberibus.* Quia enim perfecti
à lacte consolationum terrenarum ablaci sunt,
digni censemur, qui à Domino docer-
tur, & in schola orationis eius verba &
alloquia percipient. Quod si vita sors ali-
cuius perfecti talis sit, quæ occupationibus
externis addicta contemplationis commode-
ratem præripiat, at fructum contemplatio-
nis non auferet, nec effectum consideratio-
nis impedit. *Quisnam est contemplationis
fructus?* Nonne sapientia? Quam qui con-
sideratione non captant, à Paulo severè ca-
puntur, dum ait: *Semper discentes, & nun-
quam ad scientiam veritatis peruenientes?* *Et*
hoc fructu perfectus non caret, qui eo ipso
quod perfectus est, sapiens etiam esse intel-
ligitur. *Quare Bernardus sapientem defi-*
niens, virum etiam perfectum definit. *Di-*
mihi hominem, inquit, qui ante omnia quid-

2, Tim. 3.

Bern.

Ser. 50.

in Cant.

ex toto se diligit Deum, se verò & proximū in quantum diligunt ipsum: inimicum autem tāquam aliquando forsitan dilecturum; porrò parentes carnis suæ germanius propter naturam, spirituales verò eruditores suos profusiūs propter gratiam; atque in hunc modum ad cætera quæque Dei ordinato intendat amore, despiciens terram, suspiciens cælum, vtens hoc mundo, tanquam non vtens, & inter vtenda & fruenda intimo quodam mentis sapore discernēs, vt transitoria transitorio, cæterna desiderio amplectatur cæterno: talem, inquam da mihi hominem, & ego audacter illum sapientem pronuncio, cui nimirum quæque res reuerā sapient, prout sunt. Hunc Bernardus sapientem, & ego non tantum sapientem, sed & perfectum existimo, quia ea charitate pollet, quæ totum hominem Deo consecret, quæ inter amāda perfectum ordinem teneat, quæ ita cæterna cupiat, vt temporalia contemnat, & non nisi ad necessarium vsum assūmat.

Sed si huius vitæ felicitas requirit rectitudinem voluntatis; & amorem Dei, hæc etiam ita habet perfectio, vt ab eis nulla ratione possit auelli. Imò (vt verius loquamur) ipsa perfectio est voluntatis rectitudo. Est etiam amor, non quidem tepidus, sed feruens, & instar ignis accensus, qui semper

T 4 ardet,

ardet, & omnia ad Deum referendo, pro
possibile est, in seipsum conuertit, &
Beatus est homo perfectus, qui filius ei
Dei, & haeres cœli, & in hac vita possum
aliquid cœlestis vitæ degustat. Et felices
omnes, illi qui curis superuacuis ablega-
tis, ad perfectionem tendunt, & ad fan-
titatem venire festinant; quia si perleu-
rauerint, & inchoatam felicitatem huius
vitæ consequentur, & alterius vitæ perfecti
beatitudinem obtinebunt.

Non est contemnenda ista felicitas, quam
in perfectione, aut animæ puritate sitam esse
monstrauimus. Tum quia felicitas est non
falsa, sed vera, quæ desideria nostra replet,
& nullum desiderium, nisi vterioris per-
fectionis ad quam nondum peruenimus, in
nobis dominari sinit. Tum etiam, quia fa-
licitas magna est, cui omnis mundi gloria
comparata modica reputatur, & exigua;
& ideo si sapiat, viros perfectos venerat,
& libens se sanctitati submittit. Tum de-
nique, quoniam faciens homines Dei filios
& amicos charissimos, præparatio est, ut ipsi
consummatam beatitudinem consequantur
in eo gradu, quem Deus sanctis & amicis,
cuncta pro eo contemnentibus dare dispo-
suit. Perfectionem esse præstantissimum opus
Dei, quod ipse non unico verbo, sicut mun-
dum uniuersum, sed magnis impensis fabrica-

uit.

vit. Vocatur verò opus Dei, non quia homo perfectus in adeptiore perfectionis nihil faciat, & velut inanime, & inanevas, perfectionē à Domino data & infusa recipiat. Non, inquam, ob istud, perfectio dicitur Dei opus, nam aperiū & cvidens est quod homo debet laborare, & magno conatu & diligentia nitu, ut concupitam perfectionis gēmām acquirat. Vnde ille sapiens trapezita margaritā solerter Mat. x. 3 inquisiuit, & ea inuenta, vendidit omnia quę habuit & emit eam. Sed quia ad adeptionem Psal. 2. perfectæ iustitiae, imo & omnis iustitiae, Deus est qui operatur in homine velle, & perficere pro bona voluntate, ut non homini, sed Deo gloria huius molitionis accedat. Quē admodum enim si ludimāgister manum pueri non resistentis accipiat, & suauiter ac ordinatè moueat, ut opimus & pulcherrimos characteres exaret, non pueri opus, sed prēceptoris dicitur esse characterū scriptio: ita quia Deus pusillū & infirmū, & incisum hominē mouet, ut sancte & perfecte viuat, & lubrico hominis libero arbitrio manum suę gratiæ superimponit, ut bene cogitet, & recte desideret, & ut desiderata opere incipiat, prosequatur atque perficiat; ideo ipse Deus dicitur huius operis, nē pe perfectionis factor atq; molitor, qui in incipientibus fundamēta perfectionis iacit, in proficientibus ædificationē erigit, in perfectis omnis sanctitatis culmina ponit, qui miseri-

misericordia sua eos praeuenit: ut in Psalmis
legimus, & misericordia subsequitur, &

Psalm. 58. opus istud faustè prosperèque succedat. Et
Psalm. 22. itaque profectio opus Dei, ad quam prædicta
dam nullus hominum conatus, nulla fortu-
tudo sola sufficit. In qualibet anima opus
est non sola iustitiae perfectio, sed (quod me-
gis est) quoduis principium, quius gradus
& quoduis augmentum iustitiae. Quare me-

Psalm. 83. rito regius propheta canit: Beatus vir, cuius
auxilium abs te: ad scensiones in corde suo dispositum.

Habac. 3. &c. & alius propheta dicit: Deus Dominus
titudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum, &
super excelsa mea deducet me victor in psalmi-
nentem. Ipse, inquit, & virtus mea, & robur
meum, qui ponet affectus meos quasi pedes
ceruorum, quibus mala fugiam, bona con-
fector, & seculi impedimenta transfiliam. Ipse
qui in hoc sæculo mihi fortitudo fuit, erit
futuro sæculo merces & gloria: nam de duci-
me in excelsa celorum, ut ipsi mortis & infer-
ni victori carmina laudationis canam, &
hymnos pro beneficijs mihi concessis edici-
tus. Ipse gratis sanctos suos diligit, dilectos ad his
gloriæ consortium eligit, electos ineffabilis
medijs prædestinat, prædestinatos vocat, ve-
catos iustificat, iustificatos magnificat, man-
mis beneficijs prosequitur, à facibus & luo-
rerum terrenarum extrahit, & in sceptrum
regni, in amicorum dignitatem, atque in mi-

gnan-
tuam-
tuum-
eum-
Etos-
tem-
suo-
salua-
tuum-
com-

Per-
bus-
que-
Do-
om-
eni-
ani-
res-
lun-
int-
no-
hu-

gnam

AZ
n Psalmis
uitur, &
cedat. E.
o piafli-
ulla for-
ima epi-
quod ne-
is gradus
quare me-
vir, canus
o disper-
ominus for-
uorum, &
psalmu-
, & robu-
uasi pede-
bona co-
liam, Iph-
uit, enim
n deduc-
s & infra-
nam, &
s editio-
cos ad ih-
ffabilis
ocat, ve-
cat, man-
us & luto-
sceptum
ue in mi-
gran

DE VITA SPIRIT. EPIT. 251

gnam sanctitatem extollit. Ita est Domine,
tuum opus est sanctitas: hoc est enim opus ^{Ioan.6.}
tuum, ut credamus, & sequamur & imitemur
eum quem tu misisti. Tu iustos facis, tu san-
ctos efficis, tu a peccatis liberas, & in liberta-
tem verę virtutis deducis, nec enim in gladio
suo possederunt terrā, & brachiū eorum non
saluabit eos, sed dextera tua, & brachium ^{Psal.43.}
tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam
complacuisti in eis.

C A P V T XXX.

Perfectionem non alijs quam Dei ami-
cissimis esse concessam, & maxima
gloria Deum afficere.

Q Vam magnum sit hoc opus Dei quod
animaē perfectio dicitur, ex superiori-
bus latis colligitur. Sed eius nobilitas ex alia
quoque ratione claret, ex his scilicet, quibus
Dominus perfectionē concedit, & cumulum
omniū virtutū sub ea cōtentarū impertit. hoc
enim perfectionis donū, non quibuscūq; sed
animabus dilectissimis, & Deo amicissimis
reseruatum est, à cuius participatione non so-
lum non amici, verum etiam qui non sunt
intimi & familiarissimi Dei amici, sine vlla
nota iniustitiae aut rigoris arcentur. Mundū
hunc visibilem mirabili ratione compositū
&

& inco^{parabili} pulchritudine decorat^{do}

minus cunctis hominibus in cōmuni propo^{spur}

Gra. 13. *Mor. c.*

suit, &c. Gregorius nobis ad despectum bo^{terco}

norū temporaliū inuitat, dicens: Quamen^{obed}

14. sunt despicienda, iustus cōsiderat quæ Dei^{jiciat}

omnipotens etiam peruersis p̄f̄stat. Si nō^{chori}

principaliter magna essent, nequaquam cō^{bonu}

tor hæc aduersarijs suis tribueret. Vnde^{bona}

indignum sibi esse p̄p̄pendit, vt illa bona^{diuiti}

petat, quæ abundare conspicit & malis in^{hom}

ad percipienda cælestia mentem suā dīg^{num}

quæ sibi cum reprobis communia esse no^{inter}

possunt. Bona ista mūdāna valde exilia^{diuite}

quæ talibus dantur, & malis ac Dei hostiis^{& res}

qui in diem perditionis feruantur, & in diem^{culti}

furoris ducentur ait sanctus Job, sine mē^{grati}

mensura promittuntur. Beatus David^{dunt}

Zob. 21. *Psal. 72.*

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in fo^{mo}

culo, quibus scilicet p̄sperè sacerularia u^{per}

uersa succedunt, obtinuerunt diuitias.^{ues}

Habet tamen Deus alia bona his sine co

paratione potiora, quæ non hostibus, no

mancipijs vilissimis, sed solis seruis fideliis,

& amicis sibi p̄dilectis concedit. Hac a

tem sunt, gratia, quæ homines Dei feros redi

dit, & consortes diuinitatis efficit, chanci

quæ amicos Dei facit, & sanctos: humiliat

quæ oculos aperit, vt quisque se videat, & nō

super capita aliorum, sed in loco sibi congruo

& accōmodato constituat: putitas, quæ carna

spur.

spurcias fugiat: paupertas, quæ curas lutis & stercoris, id est bonorum visibilium deserat, obedientia, qua propter Deum homini se subiicit, & (ut uno verbo dicam) omnium virtutum chorus quæ animam ornat, & ad omne opus bonum instructam efficit. Hæc sunt vera bona quæ hominem faciunt bonum. Nam

*Aug.
Serm.
236. de
tempor.*

diuitiae sunt bona (inquit Augustinus) unde homo faciat bene, non quæ ipsum faciat bonum. Hæc sunt bona utilia, quibus quisque inter bona quæ possidet, redditur bonus. Si diuities huius seculi sunt, qui aurum, & argentum, & res temporales possident, diuities alterius seculi, quod nunquam finem habebit, sunt, qui gratia & charitate, & reliquas virtutes recōdant. Vnde Ambrosius recte ait: nescis ô homo, struere diuitias. Si vis diues esse, esto pauper seculo, ut sis diues Deo. Diues fidei, diues est Deo. Qui diues est in misericordia, hic est diues in Deo. Diues in simplicitate, diues Deo est. Diues sapientiae & scientiae, diues est Deo. Ille verè diues est, inquit Chrysostomus, qui in Deo diues est, qui magis misericordia opulentus, quam diuitiis, facultates suas cum pauperibus diuidit. Qui diuitias celo magis quam mundo commendat, qui desiderat potior esse opere, quam sue substantiae facultate &c. Hæ itaque virtutum diuitiae, hæc vera bona non omnibus hominibus sed solis Dei amicis seruata sunt. Ista bona datur amicis Dei, illis

*Ambr.
lib. de
Nabuc.
cap. 14.*

*Chrys.
Hom. de
miseries*

illis videlicet, quos Deus per gratiam suam
miles facit, per charitatem in suam amicitudinem
& familiaritatem insinuat & per dona propria-

Greg.
hean. 20.
in euang.

imitationem extollit. Ideo inquit Gregorius,
quod pauci sunt, qui dona spiritualia percipiunt, & multi qui rebus temporalibus abe-
dant. Sunt vero, qui tanta aviditate diuinam
Scripturam audiunt vel legunt, ut proinde
cunctis terrenis operibus abdicatis, sola cel-
stia ambient, & omnia transitoria abjiciantur.
solummodo Christum sequi, & amplecti
concupiscant. Eius desiderio se affligunt
iunijs, afficiunt lacrymis, exercent medita-
tionibus diuinis, sola quae sunt aeterna cog-
tant, contemplationibus vacant, ad hoc le-
borantes, ut ea, quae retro sunt, obliuiscan-
tes, in anteriora magis ac magis se extendant.
Quid profecto isti, quid aliud agunt, nisi ibi
bentes inebriantur, ut dum omnium terrenorum
per desiderium obliuiscuntur, iure i-
sponso cælesti non tantum amici, sed & cele-
rissimi vocari mereantur? Etenim Dominus
dilexit populos, omnes sancti in manu illius
sunt, & qui appropinquat pedibus eius, acci-
pient de doctrina illius. Ecce populos, con-
sanctos ecce appropinquantes pedibus domini,
& in his diuersas hominum sortes intelligantur.
Populi sunt, qui Domino potestatis iure sub-
duntur, quos etiam diligit, & legem ac iura
proficit.

Dent.
33.

profert in dilectionis indicium. Sancti sunt amici, & iusti qui, manu Domini, id est, protectione eius specialius defenduntur. Appropinantes pedibus Domini, sunt perfecti seu amicissimi, qui è vicino vestigia Christi sequuntur, vitae puritatem imitantur, & doctrina eius imbuuntur. Iстis solis gemma sanctitatis datur, margarita summæ virtutis tribuitur, & thesaurus perfectionis tamquam res immensæ dignitatis conceditur. Iстis perfectio datur, non quia amicissimi Dei erant, sed ut amicissimi Dei sint. Est igitur perfectio paucorum, illorum scilicet, qui seipso strenue abnegantes, & omnia mundana protententes, Deum solum quærunt, & eius intimam amicitiam suspirant.

Hoc Dei opus magnū & excelsum, quod ipse in suis amicissimis operatur, adeò suum auctorem glorificat, ut nihil sit in Ecclesia, quod eque, atque illud, Dei sapientiam, potentiam ac bonitatem ostendat. Nam si opus, quo magnificentius est, eo melius artificis peritiam & sapientiam declarat, quid aptius Dei sapientiam declarabit, quam illud opus in quo non tatum vestigium Dei patet, non naturalis imago lucet, sed supernaturalis figura, eaque pulcherrima diuinæ sanctitatis & puritatis appetet? Si victoria, quo maior & difficilior est, eo efficacius ducis fortitudinem & strenuitatem patefacit, quid effa-

efficacius Dei potentiam patefaciet, quia illa perfecta victoria, qua mundum, diabolum & carnem in nobis vincit, ex terrenis cælestes efficit, & peccatorem non in communem iustum solum, verum in virum quemque sanctum & perfectum transformat? donum quo pretiosius est, eo præstantia datoris bonitatem & liberalitatem cōmōstrat, quid præstantius diuinam bonitatem monstrabit, quam illud donum, quo Deus spiritum sanctum suum infundit in nobis, cum eo vniuersa virtutum dona cōmunicat. Valde quidem Deum glorificat huius mirabilis mundi creatio, qua ex nihilo vniuersa fabrefecit: cæli vno seipso tenore cœtes, & sol, & luna, & astra splendore decorata, & nostram regionem illuminantia, & elementa contraria, tanta concordia & pace coniuncta &c. nimis suum auctorem collaudant, eiusque infinitam perfectionem magnificant: at sine vlla comparatione melius & efficacius vnius viri perfecti sancti diuinam virtutem effert, & conditiois nostris mirabiles perfectiones attollit. Illa enim omnia naturalia Dei vestigia sunt, quæ tamquam pedis impressio in arena relicta magnitudinem Dei, non sine quodam discensu, & ratiocinatione mentis ostendunt sanctitas vero non vestigium, sed similiendo Dei est, quæ substantiæ animæ imprellat.

& animæ viribus insculpta, ita Dei sanctitatem, misericordiam, benignitatem & reliquas virtutes representat, ut iam homo non semel veteris Adæ, sed filius Dei, non creatura terrestris, sed res diuina & cælestis appareat.

Ideo sancti & perfecti virti in scriptura sacra, *Ambri.*
& filii Dei, & dij appellati sunt; quoniam *lib. 1 de Cain cap. 2.*
Dei proprietates induunt, & quasi dij quidam, per sanctitatis participationem alios homines, qui solum sunt homines, magnitudine perfectionis excellunt. Etenim victor passionum omnium, inquit Ambrosius, nec vallis captus sæculi illecebris, qui omnem istam secundum corpus habitationem cælestis primitate conuersationis obduxerat, mentem regens, carnem subjiciens, & regia quadam auctoritate castigans, nomine Dei vocatus est, ad cuius similitudinem se virtutis vertate formauerat. Sicut ergo Deus sui ipsius gloria est, & nulla res magis Deum, quam ipse ipsum glorificat; ita præter Deum nihil amplius ipsum in terris glorificat, quam sancti, qui Dei nomen quodammodo obtinere meruerunt & eo se sicut Deo propinquiores, ita diuine glorie præcipios laudatores iudicarunt. David canit: Deus, qui glorificatur in concilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Nam ex sanctorum cœtu magna sibi gloriam assunxit, in quibus & super potentie magnitudine, & suæ deitatis cultu

*Psal. 58.**Mat. 6.*

ac creuerentiam tamquam in glorioſa ſu-
maieſtatis oſtentat. Hanc Dei gloriā, quā
à noſtra ſanctitate proceſdit, ab ipſo Domino
in oratione Dominica poſtulamus, cum di-
muſ. Pater noſter, qui es in caelis, ſanctiſ-
tuſ nomen tuum. Deus nāque ſuam gloriā
exerit, cū nos de iniquis iuſtos, & de pe-
nitentibus facit ſanctos, & nomen ſuum magi-
& excellum, quod in ſeipſo augeri nō po-
di in nobis, cum nos magnos facit, magnificat
cum nos ſanctos efficit, etiam ſanctificat. Si
ſanctificatio noſtra, inquit Caſſianus, noſtra pe-
fectio eſt, itaque dicentes ei: Sāctificeut no-
men tuū: tales nos facito pater, ut ſanctifica-
tionem tuam, vel intelligere quantaſit, ut
capere mereamur: vel certe, ut in noſtra con-
uerſatione ſpirituali ſanctatus appareas. Po-
tius etiam amplius ſanctificari in cordibus elec-
trum: per maiorem fidei conſummationem, &
maiorem Dei & proximi dilectionem. Quia
toto enim perfectius Deum diligit, & credit
electus: tanto amplius nomen patris in ſe-
ſanctificat, & ſanctificatū demonstrat. Magni-
tudine anima mea Dominum ait Maria. Quomodo illa
magnificauit dominum? qui cū ſit maximus,
nec bonitatē, nec pulchritudine, nec aliquo
perfectione crescere potest, à quo omni
creata magnitudo, velut riuiulus à fonte pro-
cedit? Hæc Dei magnificatio oūnium mar-
ia ſuit carum quas valuit pura creaturæ

Caſſia.

Col. 9.

Lac. 1.

proferre, nam voce simul & mente suorum
 bonorum copiam nō sibi, sed domino, à quo
 omne datum optimum, & omne donū per-
 fectum est, sincerissima confessione retulit?
 certe magnificabat eum mundis cogitationi-
 bus, magnificabat sanctis desiderijs, magni-
 ficabat perfectis operibus, magnificabat tota
 serie suæ vitæ mundissimæ, denique hæc est
 maxima magnificatio Dei, quam ei creatura
 potest adscribere, quod eum vitæ puritate, &
 morum honestate, & virtutis perfectione *Ambr.*
 magnum in seipsa delinquit, & se magnam, & *lib. 2. m.*
 pulchram sanctitate faciendo, Deum, cuius *Lu. ad*
 anima imago est, in seipsa magnum, & pul-
 chrum, & summè bonum ostendat. Magnifi-
 catur enim dominus, inquit Ambrosius, non
 quod Domino aliquid humana voce possit
 adiungi, sed quia magnificatur in nobis. Et
 sanctis tacentibus, nihilque loquentibus, cō-
 turbati sunt omnes qui videbant eos, & ti-
 muit omnis homo: quia vita, quæ efficacior
 & validior vox est, annunciauerunt opera
 Dei, & hac voce vniuersi perculsi, facta
 eius intellexerunt. Profectò vir sanctus
 atque perfectus imago Dei est, & ab ip-
 so Deo quasi incredibili cura diligentiaque
 dipicta, quæ mirum in modum alias Dei
 communes imagines, id est, communes
 iustos magnitudine pretij, & præstantia
 decoris excedit. Hæc ergo imago sancti-

V 2 tatis

sanctitatis diuinæ, qua anima reformatæ
decoratur, necesse est maiorem honorem &
gloriam, quam alij communes iusti suo fa-
ctori apud omnes importet. In viro perf-
ecto imago aut similitudo Dei est valde pu-
chra atque perfecta, & tanto splendore os-
cumdata, ut adspicientes in maximam admira-
tionem rapiat, & ad eximias laudes amici
referendas alliciat. Qui virtute præditure,
facit ut omnes qui intuentur eum, dominum
suum laudent: & glorificatio hæc ei, quo
cationem præbuit, magnam & inestimabilem
Dei misericordiam conciliat. Tantum enim
virtutis robur est, ut innumeris linguis con-
ditorem laudare queat.

Salus ista, quam genus humanum in for-
atis ac perfectis suscepit, non solum manu-
est illa quam in statu innocentia posse-
rat, sed etiam est robustior atque glorio-
sior. Maior est, quia cœtus sanctorum in hoc
statu præstantiores sanctos habet, & dona
gratiæ nobiliores & Deo coniunctiores, qui
innocentia status haberet. In illo eni-
patis & tranquillitatis statu opera quadam
egregia, & præclara non essent, quibus ut-
tus hic noster mirum in modum abundat
quo nimurum est patientia, & cōstantia ma-
tyrum; Euangelica paupertas, castitas & ob-
dientia religiosorum, aspera, secura, & dura
vita monachorum &c. In illo statu non re-

erit filius Dei, carne nostra velatus, & ita mundus illo duce, illo sole iustitiae, illo copiosissimorum donorum largitore careret. In illo statu nulla esset Mater Dei, atque, adeo nec talis gratia & sanctitas (quae profecto eximia est) qualis matris Dei debebatur; vnde & totus orbis minus pulcher & diuus esset, hac gemma pretiosa, hac regina inelyta, hac luna plena, & nullum umquam defectum sustinente priuatus. In illo statu non essent Apostoli, Ecclesiæ patres, sanctorum Principes, & cœli lumina, qui Christi conuictu & conuersatione, eximiae dignitatis acquisitione, insignium meritorum adeptione, & laborum perpetuacione, tantam sanctitatem nacti sunt, quantum nullus ad hunc conuictum non admissus, ad hanc dignitatem non vocatus accepit &c. Quare huius temporis gratia, & sanctitas maior, & cumulatior est, multique sancti nostri omnes sanctos, qui tunc habentur, excedunt: & ideo culpa primi parentis felix dicenda est, non solum, ut inquit Gregorius, quia talem meruit habere redemptorem, sed etiam quia Redemptor noster ita naturæ humanæ fracturam solidauit, ut eam pulchriorem redderet, ita diuitias perditas recuperauit, ut copiosiores & maiores essiceret. Vnde verum est dictum Pauli, *vbi abundauit delictum, superabundauit gratia*, *gratia, superabundauit, inquam, gratia*

310 P. ALVAREZ DE PAZ

gratia supra delictum, quia illud cor
piuit, & dono Dei adueniente omnino de
leuit: & superabundauit supra gratiam
præcedentem, quia haec per Christum d
ata, & tantis meritorum fluuijs augmenta
gratiam illam tam quietam & pacificam in
undauit. Salus quoque sanctorum post no
turam laplam robustior est, quod vel a

Gen. 3.

euentu ipso dignoscitur &c. At Adam p
noster nihilo fortior factus vno coniugio
bulo, vna mulierculæ lacrymula victus d
deditque viro suo pomum; qui comedit, &
aperti sunt oculi amborum. Siccine diuini
mandatum à primo humani generis pare
custodiendum fuit? itane lex facilis, ad po
stulandam obedientiam data, fuit à rationa
bili creatura seruanda? An ille, qui, ut inquit

1. Tim. 2. Paulus, seductus non est, debuit, ut mul
ieris voluntati satisfaceret, Dei vol
tati contraire, seipsum pessundare, om
nes nos perdere, & orbem vniuersum tur
bare? Quæ dedit, ait, viro suo, & comedit.
Ut indicet, quod qua facilitate comedit po
mum, deglutiuit peccatum, gustauit mar
tem; & gratiæ ac iustitiæ dona sibi conci
sa vastauit. Ista fuit duorum illorum ho
minum perfectorum fidelitas erga Deum,
quos status innocentia tulit. Nam & illi no
tantum gratiosi creati sunt, verum in gratia
quoque & charitate perfecti. At sancti post

laplam

lapsum Adæ à Christo liberati, non ira facile, dæmoni se subdiderunt, & eius cantum Syrenis auscultarunt. Multis eorum parum visum est, se à verito ligno subtrahere, id est, à rebus prohibitis affectum subducere, nisi etiam non prohibita fuderent, quæ possent aut mentem à diuinis auellere, aut velocem in Deum cursum retardare. Ideoque diuitias contempserunt, delicias irriserunt, honores, & dignitates repudiabant &c. Multi non vnius arboris pomo, sed magnis voluptatibus, illecti, aut superbis opibus, & sæculi splen- dibus inuitati, eos constanter reiecerunt, ne aliquando diuinam amicitiam perderent, nonnunquam verò (quod maius est) ne sine diuinæ gratiæ iactura, saltem interiorem quietem perderent, aut iam adeptam puritatem amitterent &c.

Ac tandem salus nostrorum sanctorum est multo fælicior atque gloriosior, quia non tantum dono data, sicut illa primorum parentum, sed bello & armis accepta, & proprijs laboribus acquisita. Si enim gloriosius est diuitias & nobilitatem industria propria & armis parare, quam donatione regum accipere; Et si fælicius est opes à parentibus perditas recuperare & augere, quam ab ipsis partas imprudenter prodigere: illustrius etiam erit, gratiam & iustitiam ab homine lasso labore sanctorum actionum,

V 4 qui-

312 P. ALVAREZ DE PAZ
quibus gratia cooperatur, & Dei voca-
ni respondet, reparari, beatius innocentem
a primis parentibus amissam filios Deo
deles sanctitate operum obtinere. Hoc
incōprehensibilis laus creatoris & Salvato-
nisti, quod homines inimicos in suam
etissimam amicitiam euehit, iniquitatibus
dados non v̄cumque mundat, sed punissime
reddit, & plāne terrenos immissa perfectione
virtutis cælestes constituit. Hoc est demum
illusterrimum crucis Christi tropheum, quod
peccatores sanguine ex suo latere manante
purgavit, suis ignominij nobilitavit, & in
nuditate, sanctitatis stola vestiuit. Hanc glo-
riam, quam Dominus ex sanctorum vita
portat, ex tua vita, o religiole, qui hæc legi
etiam accipiet, si sanctitatis viam ingredias,
si te ipsum vincas, si mundana deseras, si
virtutes quæras, si vitia derelinquas, & si Deo
intellec̄tu & affectu cohæreas.

C A P. XXXI.

*Quod perfectio animam in verissimam si-
gnitatem extollit, immensis divitijis mul-
tiplicat, & ineffabiles delicias continet.*

MAgna proorsus est hæc gloria regis no-
stri, quod hominem abiecitissimum &
filium iræ, atque gehennæ, perfectione in al-
tissimam

tissimā dignitatē euexerit. Quæ enim major animæ dignitas esse potest, quam quod sit amica Dei, quod sit filia Dei, quod sit spōsa Dei: hac verò anima saceritate pura, & virtute perfecta cumulatissimè iustos imperfectos excellit. Est dignitatum præstantissimū quod anima viri perfecti, est magnificètissima habitatio Dei, quam Dominus odoriferis floribus sanctorum desideriorum, & suauissimis fructibus bonorum operū septus inhabitat. Anima viri perfecti habitatio Dei est, tam pulchra, tam magnifica, tam sibi grata & accepta, ut eam dominum, & sedem, & requiem & plane cælum pulcherrimis astris decora-
 tum appelleret. Domus Dei est, vel cœnacu-
 lum parvulum, in eo Dominus perseveran-
 ter & libenter requiescit. Quare Paulus dis- *Hebr. 3*
 ctimen inter Moysēm & Christum cōstituēs,
 quod ille sit Dei seruus, hic filius, ait, Chri-
 stus verò tanquam filius in domo sua, quæ
 domus sumus nos: si fiduciam & glo-
 riā spe usque ad finem firmam retinea-
 mus. Hanc domum ipse Christus in cor-
 dibus iustorum exstruit præstantiori ratio-
 ne, quam reges terræ sibi palatia aut do-
 mos ædificant. Veni, inquit, electa mea,
 & ponam in te thronum meum: thro-
 num nimirum sanctitatis, & perfectæ vir-
 tutis, in quo Dominus Rex potens glorio-
 sus appetet. Ita ut dicat: hæc requies

Ps. 131.
V 5 mea

mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Nunquam hunc locum quietis deserit, sed dum sancti in hac mortalitate viuunt, in eis sedere, & habitare incipit, & cum ad vitam immortalem transirent, tunc perficit dona sua & culminatius compleat, quod ante iam cœperat.

Psal. 21. his sedet, & in his gratissime habitat. Nam ut est in Psalmo: Tu in sancto habitat Iudea Israël. Quid est in sancto habitat? In celis habitat, inquit Augustinus, quos tu creasti, & quos facis intelligere &c. Quis in celis, in Angelis, in sanctis illuminans eos ad tui cognitionem: quia tu es Dominus lux inflammans eos ad amorem tuum dominum: quia tu Domine amor es in habitato, & implens eos ad beatitudinem: quia tu Domine summum bonum es, & aeternum bonum, a quo omnia bona, & sine quo nullum bonum. Iustos celos, ut Dominus in celis habitaret, non tantum verbo fecit, & iussione creauit, sed maximis laboribus demit, & profusione proprij sanguinis & vitae quæsiuit. Quos tanquam infinito pretio redemptos ardenter amat, quam corporeos celos quorum splendor ad istorum obsequium factus est. Et in his celis libertius commoratur, quia sunt non simplices celo, sed celo celorum in quibus illustriora bona profundit, & maiora indicia sua manifesta.

is & bonitatis ostendit &c. Est ergo cælum: sancta aliqua anima habens solem, intellectum; lunam fidem, astra virtutes. Quomodo nempe stellæ in nocte lucent, in die latent, sic vera virtus, quæ sæpe in prosperis non apparet, eminent in aduersis. Et profectò non solum propter hanc similitudinē animæ perfectæ cæli sunt, sed etiam quia Deus in illis habitans, ad cælestes & sublimes functiones impellit. Adeò ut diuinæ pulchritudinis contemplandæ, & amandæ desiderio captæ, ipsum quoque mortalem vitam interdum exhorreant. Vnde Basilius *Basil.* tractas quid in perfectis viris diuina pulchritudo contéplata faciat, hæc ait: ea si quando sanctorum virorum quempia circumfulsit, intolerabilem illorum in animis defixum desiderij aculeum relinquit. Quippe qui cum vehementer eos vitæ huius tæderet, in voces illas erumpere soliti essent. *Heu mihi, Ps. 119.* quia incolatus meus prolongatus est. & *Quando Psal. 41.* veniam & apparebo ante faciem Dei: & dissolui, & esse cum Christo multo melius est. Et Situit anima ad Deum fontem viuum: & nunc dimittis seruum Domine. Vehementer etiam vitam hanc, velut terrum quendam carcere in abhorrebant, usque adeò difficultibus ad cohendendum animis erant iij, quorum mentes Dei amor perstrinxerat. Vide igitur quam ardenter Deus perfectos amat, siquidem eos in

316 F. ALVAREZ DE PAZ

in tantam dignitatem & gloriam exaltu-
vt domus Dei, & cæli sint, in quibus ip-
se Deus habitat, & gloriam suæ maiestas
ostentat. Ab eo sancti & perfecti homines
animæ vitam & salutem habent; ab eo
comparabilem dignitatem obtinent; ab eo
etiam nullo ingenio comprehensas opes
accipiunt. Has sicut animæ salutem ad-
gnitatem ipsa perfectio spiritualis vitæ, quæ
sancti profitentur, secum assert. Mecum
quæ, sunt diuinitæ, & gloria, opes superbae
iustitia. Quænam diuinitæ opes superbae sunt
ô sancta perfectio? Illæ sane, quæ solæ sunt
diuinitæ verae, quæ solæ sunt opes amplissimæ.
Inquirentes autem Dominum non minuer-
tur omni bono, quibus nullum deficit bonum
sed affatim habent quæcunque desiderant,
veri diuinites sunt nuncupandi. Perfectiones
diuinæ ita desideria sanctorū implet, vt nullum
vacuum aut frustratum relinquant. Non
mirum, quoniam vera iustitia pretiosior est
cunctis opibus, & omnia quæ desiderantur,
huic non valent comparati. Perfectionis di-
uinitæ nobis sunt ambienda, quæ nos ornant
possunt pariter & munire, ditant animas no-
stras atque nobilitant, nobiscum sunt, intra nos
sunt. Diuinitæ nostræ credendæ sunt pudicitia
(ait Prosper, quæ nos) pudicos iustitia, quæ or-
ticos: pictas, quæ pios; humilitas quæ humiles
mansuetudo, quæ mansuetos: innocentia

Pro. 2.

Pro. 3

Pro. lib.

2. de
vita con-
templati.

13

quæ innocentes: puritas quæ puros: pru-
dentia quæ prudentes: temperantia, quæ
temperantes: & charitas quæ nos facit Deo,
& hominibus charos, virtutum potentes,
seculi contemptores, ac bonorum omnium
señatores. Hæ sunt humilium pauperum
fuitates, patrimonium cordium, diuitiae
incomparabiles morum, quibus non abun-
dant nisi illi, qui illis carnalibus ex corde
renunciant. Charitas ergo perfecta virtutes
magnas & perfectas inducens, thesaurus est
diuitiarum. Noueris huiusmodi anima, ait Ber-
nardus, (loquitur autem de anima perfecta) Ber. ser. 39. Cant.

nunquam esse sine Angelorum custodia, qui ea
emulantur Dei emulatione, solliciti suo viro
seruare, & virginem castam exhibere Christo.
Illud autem postremum has perfectionis
diuitias commendet, quod, ut Dominus eas
perpetuò conseruet, læpe tribulationibus te-
git, & ab oculis perfectorum possidentium
abscondit. Quia obrem sanctus Iob qualibet
sanctorum animarum lampadē contemptam
appellat, quia scilicet impiorum hominum ceterus,
eam apud Dominum despicabilem existimat.
Lampas contempta, inquit, apud cogitationes di- Iob. 12.
uitum, parata ad tempus statutum. Lampas non
vacua, sed plena oleo, quæ apud Deum &
homines ardet & lucet, quam Dominus
velut diuitem, & ad nuptias cum æterno rege
secundas parata, ab ingressu sui thalami non

ex.

318 P ALVAREZ DE PAZ

excludit. Hanc lampadem iniqui communit, & nullius valoris aestimant, qui pressuris & tribulationibus patere consciunt.

Gre. 10. cap. 7. Sæpe namque contingit, ait Greg.

Moral. rius, ut electus quisque, qui ad æternam

fælicitatem ducitur, continua hic aduentu-
tate deprimatur, non hunc tertum abun-
dantia fulciat, non dignitatum gloria hono-
rabilem ostendat, nulla ei obsequium
frequentia suppetat, nulla hunc humidi
oculis vestium pompa componat: à ~~autem~~
vero despabilis cernitur, & huius mundi
gloria indignus aestimatur. Sed tamen a
oculti iudicis oculos virtutibus emicat, via
meritis coruscat, honorari metuit, deponi
non refugit, corpus continentia afficit, sed
in animo dilectione pinguescit, mentem
semper ad patientiam præparat, & erudit
pro iustitia de perceptis contumelij exultat
sacri verbi pabula in mente sollicitus rumi-
nat. Bene itaque iusti simplicitas & lam-
pas esse dicitur, & contempta. Lampas qui
interius lucet, & contempta, quia exterius
non lucet. Intus ardet flamma chama-
cis, foris nulla gloria resplendet decet.
Quare exterius non lucet? Quia Dominus
sanctitatis diuitias, ne ab inani gloria, an
ab alio effectu elationis illidantur, tegumen-
to tribulationis abscondit. Perfecti ergo
viri sunt diuites, qui virtutibus veris, fa-
lacet

licet diuinitijs abundant, qui nulla terrena desiderant, qui ipsis miserijs in opibus crescent, qui tribulationibus & pressuris diuinitas suas non perdunt, sed ab iniurijs aduentariorum custodiunt. Sancti, & perfecti, nequaquam ex accepta sanctitate superbiunt, sed quo sanctiores, & quo ditiores, eo se magis humilitate dejiciunt. Optimè enim agnoscunt se à diuina bonitate iuuari ut incipiant ut progrediantur, & ut ad perfectionis culmen adscendant. Hæc verissima propriæ vilitatis, & diuinæ bonitatis cognitio perfectos viros erudit, ut interabundiam spiritualium diuinitiarum humiles sint, seipso despiciant, & in solo Deo tanquam in omnium bonorum principio confidant. Iplum ut auctorem sanctitatis, & seipso ut vilia instrumenta ab ipso mota & eleuata conspiciunt, & indignum putant, sibi ipsi, qui à Deo vocantur, & mouentur, & quodammodo impelluntur, hoc opus glorio- sum adscribere. &c. At verò perfecti iam *Inst. lib. de gradibus perfectionis cap. 3.* mundo ex corde mortui, quibus etiam crucifixus est mundus, quamuis operentir magni, innocenter viuant, virtutibus polleant, coruscent miraculis, terrena despiciant, in- hiantique affectu concupiscant cælestia; veritatis tamen lumine illustrati, se nihil ex esse proclamant, atque ex Dei gratuita bo- nitate, si quid sunt, sincera humilitate fa- tentur

320 P. ALVAREZ DE PAZ

tentur esse quod sunt. Non sunt siquies
se conditoris universorum esse instrumenta
electa per gratiam, quae proculdubio
exercerentur a Domino, tanquam crea-
tiones interiori habitu vacui, membra
retinentes, quod Dominus ait: Sine me

Ioan. 15. non potestis facere. Hoc igitur mirabilissimum

est, quod sancti veris diuitijs abundanter
humiles sint; & quo ditiores & modera-
res, & humiliores euadant, & se in mem-
bris & affectu cordis, se omnibus hominibus
tanquam abiectionis aramēta postponant.
Quod si de diuitijs seculi dixit verus Augu-
stinus: Tinea diuitiarum superbia est, de diu-
itijs sanctitatis dicamus nos, ornamenti diu-
tiarū humilitas est. Has nos, qui seculi opere
contempsimus, diuitias queramus. Hanc
diuitiae, quae in hac vita positos nunquam
satiant, sed novo semper desiderio amplius
acquirendi sollicitant. Perfectio, perfecta
charitas est, quae vires animae & cordis am-
plius componit. Hec autem unio est, & secundum
amplexus, quo Deo iungimur, & originē do-
norū amplectimur. At haec vox amplexus
hominis, sed Dei non creaturæ, sed creatorem,
si attentius inspiciatur, satis indicat, quādā
perfectorum gloria, quantæ sint perfections
delicie, quibus animas sanctas inebiat, & ex-
tra seiphas in ineffabile gaudium educit. In hoc
amplexu anima quādā infinitā pulchritudinē

vide

videt: vocem dulcissimam audit; odorem suauissimum percipit, saporem inexplicabilem gustat. Quare memoria experta suavitatis ille cta, & desiderio illius status accensa, in quo istae delitiae nullam interpellationem sentient, vitam istam mortalem deserere: & mortem, quae ianua vitae immortalis est, aggredi concupiscit, hinc illę voces: *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, & desiderium habēs dissolui, & esse cum Christo, quia multo magis melius.* Et sitiuit anima mea ad *Ps. 41.* Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Gaudium itaque verum & voluptatem solidissimam sola virtus & cordis munditia potest efficere. Hanc qui habuerit, licet in infimo loco cōstitutus, vitam habet deliciis refertā, & sola virtute & sanctitate, quae pro omnibus hominibus est, & reliquis desiderabilibus reputatur ornatus. Hac qui caruerit, licet sit repletus pecunij, vallatus honoribus, & delicijs mundi circundatus, miser, & tristis viuit, quoniam conscientiae vermis illum mordet, & aculeus peccati compungit.

Non solum autem bona faciendo perfecti delectantur, sed & mala patiendo iucunditatem experiuntur: quoniam Dominus tribulationes & dolores dulcedine condit. Dulcedo præsens tribulationis est, quod nos ad virtutem exacxit, & merita

X cumu-

322 P. ALVAREZ DE PAZ

cumulatissima in patientis sinum infert. Duceo autem futura tribulationes suaves & dulces efficiens, est spes mercedis promissæ ijs qui pro Deo mala sustulerint. Quia expressit Dominus dicens: Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecutivs fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, metientes propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Iam profecto sentiunt istam mercedem, ut Augustinus ait, qui gaudent spiritualibus bonis, sed tunc ex omnium parte perficietur, cum etiam hoc mortale induerit immortalitatem. Interim autem, dum ex omni parte perficitur, & dum corpus mortale immortalitate vestitur, huius gloria exspectatione delectantur; & amarunt quod in tribulationibus est, felicissima exspectatione obrutum, nec refugiunt, ne aduertunt.

*Aug.
lib. 1. de
ser. Do-
minis.*

CAPUT XXXII.

Quam sint utiles Ecclesia perfecti, & pulchritudine, de pace, de securitate, & libertate animæ perfectæ.

EX his quæ de hoc eximio perfectione opere dicta sunt, quisque manifeste cognoscet, quam utiles sunt Ecclesiæ perfecti,

DE VITA SPIRIT. EPIT. 323
qui tam præstantissimis donis exculti, beatos
illos æternæ patriæ ciues è vicino sequuntur,
& alios mortales homines, gratia, animi ro-
bore, ac fortitudine, pæne in infinitum ex-
cellunt? Nam si in temporali republica ho-
mines nobiles, ac prædiuites utlissimi præ
alijs iudicantur, quia sunt velut capita, quæ
alia membra dirigunt, velut ossa fortissima,
quæ mollem carnem plebeiorum hominum
fulciunt atque sustentant; quid sentien-
dum est de illis viris fælicissimis, qui in Ec-
clesia, scilicet in republica Dei, nobilissimi,
ditissimi, & immensis bonis ornatissimi cen-
sentur? Ipsi sunt velut Ecclesiæ capita, non
quia semper prælati sint, imo sæpe propter
amorem Domini obediunt & seruiunt; sed
quia in extremo loco positi, & infra pedes
aliorum constituti, reliquis etiam Principi-
bus & Monarchis præminent, & munus
capitis, dum alios vita & exemplo dirigunt,
sine vlla dubitatione suscipiunt. Ad quod
fortassis allusit Dominus cum populo suo
mandata seruanti, & sanctitatem quæ-
renti, hoc inter alia multa dona promisit:
Constituet te Dominus in caput, & non in caudam,
& eris semper supra, & non subter; si tamen audie-
ris mandata Domini Dei tui. Nam certè Do-
minus cuius opera pulchra & perfecta sunt,
in capite non nisi caput, id est optimum &
nobilissimum constituet; & ad caudam, non

Dent. 32

X 2

in-

324 P. ALVAREZ DE PAZ
nisi caudam, id est, vilissimum & abieci-
sum alligabit. Vnde constituens in ce-
pitate perfectos viros, & eos, qui eius legem
& mandata custodiunt, eos esse capita, mi-
mirum, qui præcipuum in Ecclesia locum,
non externa dignitate, sed vi meritorum ob-
tineant, non obscure demonstrat, Ipsi sunt
velut ossa huius mystici corporis, quod Christus
supremum caput sua pulchritudine dec-
corat, sua virtute gubernat. De quibus
Augustinus ait: vbi est hoc, quod dictum est
Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his
non conteretur, nisi quia ossa dicuntur in co-
pore Domini, omnes iusti firmi, corde for-
tes, nullis persecutionibus & temptationibus
cedentes ad consentiendum malis? Iba
ossa humiliata sunt, quia licet ossa fortissi-
ma, tamen modestè de te sentiunt, & num-
quam de bonis sibi datis in se glorianter,
adæpta virtute superbiunt, vel humiliata sunt,
id est, persecutionibus tribulata, & tentatio-
nibus afflita, ut eorum fortitudo proberet,
& ex laborum sustinētia noscatur. Afferunt
ergo sanctæ Ecclesiæ viri perfecti fructus ve-
rorū illustrium atque nobilium, qui eam vita
puritate dirigunt, virtutis robore protegunt, &
divitiarū spiritualium abundantia sustentant.
Nam quis animo comprehendet quantas
utilitates vnum Abrahā suæ genti, vnum Mo-
ses suo populo, vnum Augustinus, vel vnu-

Aug.
in Psal.
34.

Franciscus, vel unus alias sanctorum toti mundo contulerit? Sicut modicum fermenti toram massam fermentat, ita modicum sanctitatis vni animae prærogatum vnam congregationem continet, & vnam integrum plebem illustrat. Et erunt reliquia *Mich. 5.*

Iacob id est, sancti, in medio populorum mulierum quasi ros à Domino, inquit unus ex Prophetis. Quid herbæ & campis utilius rotat? qui terram irrigans & madefaciens, vitoris, & florum & fructuum est parens? sed quid vni populo utilius sanctis; quorum exempla sunt instar roris, quæ cordium ariditatem amendant, flores bonorum desideriorum concipiunt, & sanctorum operum fructus effundunt? Quid ergo utilius ac fru-
tuosius sanctis, qui cum verbo tum opere morbis peccatorum medentur, & flamas inanum desideriorum extingunt.

Non solum autem sancti & perfecti viri exemplo suæ vitæ purissimæ peccata destruunt, sed etiam naturam perfectarum virtutum docent, & sine strepitu vocis alios secum cōversantes in ipsarum amorem atque studium accendunt. Quemadum sol, & luna, & reliqua cælorum astra, tacendo, verbum Dei, & eius virtutem annunciant: unde legimus. Quia celi enarrant gloriæ Dei. Sic viri perfecti, qui inter infideles aut inter peccatores vivunt, bonum præstant, & sine querela & reprehensione,

ut filij Dei conuersantur, quasi quædam in-
minaria cæli verbum Dei in se contineat,
quod operibus proferunt, ut alij docen-
tur, & Dei voluntatem addiscant. Ex per-
fectis itaque alij fideles hanc etiam extimam
utilitatem capiunt, quod ab eorum vita ve-
ram & non fucatam virtutem addiscunt.

Vnde perfectorum vita virtutis doctrina est,
& multo potentior & efficacior illa quam
sola quorundam sine operibus verba pro-
nunciant. Sancti sunt fortes aduersus Deum
non potentia vi, sed amoris virtute; qui
eum in peccatores indignatione commotum
precibus flectunt, & orationibus placant, ne

*Chrys.
Homel.
de pœnit.
et confess.
tom. 5.*

in morte dignos, mortis inflictione deli-
uiat. Verissimè namque dixit Chrysostomus:
vnus homo rectè viuens populum
integrum eripere potest ab ira Dei. Cuius
autem integra peruersaque, in suam pœnam
ac supplicium attrahere bene viuentem, &
dejicere non potest. Et hoc de Noë mani-
stum. Pereuntibus enim omnibus solus ser-
uatus est. Et de Moysè clarum est, solus

*Gen. 7.
Exo. 32.*

enim potuit totū populo impetrare veniam.
Quid iam amplius utilitatis à viris perfectis
deiderare possumus, qui quasi omnipoten-
tiores effecti, diuinæ iræ resistunt, & vice
iræ beneficia miserationis inducunt? In-
stus, inquit Ambrosius, & alijs inutilis &
ubi noxius. Iusti autem vita fructuosa alij

*Ambr.
ad Pj. 75.*

sibi dulcis. Dicit enim Salomon: fili, si sa- Prov. 9, 2
piens eris tibi sapiēs eris & proximis; si autē,
malus euaseris, solus hauries mala. Amabile
quidem bonum; vnuſquisque autem propriā
quis perfectionem non amabit, quam in alio
positam sibi vtilem esse cognoscit?

Anima sane perfecta bis pulchra vocatur,
quia pulchra est in fuga ónis mali, & pulchra
in desiderio, & persecutione boni; pulchra
dū ad se ipsā ingreditur, & pulchra dū ad ex-
teriora progreditur: pulchra dum amore cō-
pleteſtūr Deum, & pulchra dum ex charitate
diligit proximum: pulchra dum ſectatur ſui-
ipſius puritatem, & pulchra dum ſancta &
para existens, non defert, humilitatem. &c.

Oculi tui, inquit Dominus, columbarum, in Cant. 1, 6
quibus eluent modestiæ, & simplicitatis,
& ad contuenda cæleſtia cuiusdam eximiæ
perſpicacitatis inſignia &c. Concupiuit Rex
ſpeciem tuam: omnis gloria eius ſilia regis ab intus. Pſal. 44, 6
Nam ſi foris gloriam quæteret, intus, ſpe-
ciem, quam rex concupiſceret, non haberet.
Perfecta ergo anima omnem rem creatam
pulchritudine ſuperat: terram, quia virenti-
bus eſt virtutum floribus, & fructibus ſan-
ctarum actionum ornator; mare, quia ſine
vlla insuauitate honestatis perſpicuitate ful-
gentior: aerem, quia ſolis iuſtitiæ radijs facta
lucidior: ignem, quia flammis charitatis po-
tentior: cælos, quia micantibus donis tanquam

astris utilior; homines alios, quia Dei & proximi amore perfectior. Vide iam quam pulchra est perfecta anima, quæ vbique pulchra est, omni ex parte pulchra est, & omnium creaturarum pulcherrima est. Proclus sponsus Christo omnino similis; qui vbique pulcher, & omni ex parte pulcher esse conficitur, & ipse speciosus forma præ hominum filijs agnoscitur. Ipse vbique pulcher est, pulcher in cælo, pulcher in terra, &c. Summa & vera pulchritudo iustitia est. Si vbique iustus, vbique decorus. Ita anima perfectoris auida vbique decora, in oratione decora nam ipsi pulchritudini, scilicet sponso, coniungitur: & in actione decora, in prospexitate decora, quia in ea præ humilitate sed jicit, & in aduersitate decora, quia in sponso protegente confidit. In consolatione decora, qua eam non ad voluptatem, sed ad profectum quærit. In vita decora, quia singulis momentis Deo placere nititur; & in morte decora, quia si corpus pallore vestitur, ipsa pulchritudinis, & splendoris perfectione decorata. Et quia in omni loco perfecta est, in omni etiam loco pulchra est, quia perfectio non aliud est, quam ipsissima animæ pulchritudo. Nihil ergo perfecta anima pulchra, quam sponsus amat, quam sponsi amici laudant, quam adolescentulæ pulchriorem predicant, quia ab imperfectionum defectibus alienam

Psal. 44.

alienam inueniunt. Hæc sanctitatis pulchritudo, qua anima perfecta cohonestata est, nō à corporis integritate, aut sanitate dependet, imò in corpore exhausto, & membris fatiscentibus clarius emicat, & perfectius elucet. ^{2. Cor. 12} Cum infirmor, ait Paulus, tunc potens sum. Et posset dicere: tunc pulchrior sum: quoniam pulchritudo virtutis molestiā corporis, non evanescit, sed amplius cumulatur atque perficitur. Sed est, inquit, rationalis quædam ^{Ber.} sponsæ species, spiritualisque effigies, ipsaque ^{ser. 27. in} eterna, quia imago æternitatis. Decor eius, ^{Cant.} verbi gratia, charitas est; & charitas, sicut legit, nunquam excidit, &c. & si quæ sunt virtutes aliæ, quid nisi margaritæ sunt quædam in sponsæ ornatu splendore perpetuo coruscantes?

Pulchritudo animæ in perfectione posita est. Pulchritudo verò perfectæ virtutis, verissimam animæ pacem importat. Animæ pulchritudo concordiæ & pacis mater est. Ipsa nāq; nos cum Deo pacificat, interiora nostra placat, & cōtrouersias ac lites inter homines ortas componit. Atque adeò vel' propter hoc solū exoptanda, quod præstantissimū bonū (quod est pax) in mētibus iustorū progignit. Quid enim præclarus, quid nobius pace?

quam vniuersa creata, ut finem suorum labo- ^{Dionys.}
rum inquirunt? Pax est enim, ut ait Diony- ^{lib. de di-}
sius, quæ cuncta connectit, concordiamque ^{uin. no.}
omnium, ^{sap. 11.}

Tra. 9.
omnium, atque consensum gignit, & cit, cuius rei gratia ipsam quoque desiderant omnia &c. pacem iusti sanctis studijs & virtutum actionibus parare conantur. Pacem Christus mundo attulit, & ideo postremo loco vocatur princeps pacis, quia pacem nostram tanquam fructum suę vitę qualius. Pacem, tanquam amplissimam hæreditatem suis hæredibus ex testamento relinquit. Nam ita dicit: pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.

Aug. 19. de Civit. Cap. 13. Huius præstantissimæ pacis, perfecti & cissimi possessores sunt, quia ipsorum sanctitas, quæ pulchritudinis causa est, ex illa & quoque pacis & tranquillitatis origo. Imperio nullo modo pacem habent; Nam, si, uti Augustinus, pax hominis & Dei est ordinata in fide sub æterna lege obedientia & pax hominis ad seipsum est ordinata cognitionis actionisque consensio, & pax hominis ad homines ordinata concordia &c. Superest ergo perfectam animam veram & perfectam pacem habere: cuius pulchritudo, quia in perfecta charitate, & omnium virtutum cumulo posita est, hæc ipsa pacem animæ huius cum Deo, & secum ipsa & cum reliquis hominibus habet illigatum, à qua, nisi desciscat à semetipsa, nulla peregrinatione diuelli. Erit, inquit Isaías, opus iustitiae

Tra. 32. pax, & cultus iustitiae silentium, & securitas ipsa

in sempiternum. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciae, & in requie opulenta. Fructus quidem veræ & perfectæ iustitiae est illa pax exsuperans omnem sensum, qua Deus animas sanctas subjicit sibi, & omnia earum interiora componit. Et opus eiusdem iustitiae est tranquillitas, per quam homo inter alios, à suis quoque moribus & proposito dissitos, pacatus viuit, atque asequetur in arrham præmij cœlestis pulchritudinem pacificam, aut pacem pulcher. Accipiet insuper securam in Deo fiduciam, & requiem, quæ non otiositatem & ignauiam matrem mendicitatis patiar, sed immensos operum bonorum thesauros, & ingentes mentis profectus inuehat. Anima ergo perfecta cum Deo tranquillissimam pacem in seipsa sentit. Prorsus anima perfecta instrumentum est Dei, quæ ea cogitat, ea cupit, ea loquitur, ea opere exequitur, quæ Deus vult, aut potius, quæ in ea cogitat & desiderat, & fatur, & exequitur Deus. Ideoque Paulus Christi beneficia considerans ait: *Ipse est pax nostra, qui fecit utramque unum.* Quonam modo fecit utramq; unu? Ephes. 2:14 Certè non solum, quia duos populos Iudaicum & Gentilem reconciliauit &c. sed etiam quia Deum: & animam in unum velle nolleque coniunxit ita ut sicut corpus sine villa contradictione ab anima regitur, cum quia

in unum hominem coalescit; sic & anima ab uno Deo, quem vitam & animam suam esse cognoscit, sine difficultate regat. Speculum etsum atque politum facient refert, & quasi pulchritudinem & lineamenta illius induit, qui ad eum propius accedit: ita perfecta anima, quæ speculum Dei est, Dei se adspicientis voluntatem recipit, & eius pulchritudinem māsuetudinem, benignitatem & alias perfectiones diuinas refert. Est tamen inter Deum & hanc animam pax, ut iam non duo, sed unum quid esse videantur. Et sane quodammodo unum sunt, dicente Paulus

1. Cor. 6 *Qui adh̄eret Domino, unus spiritus est.* Non unus substantia, sed unus cum Deo similitudine, unus consensione, unus imitatione. Tamen enim est, ait Anselmus, haec humana mens, quæ est imago Dei, ut ei cuius imago est, valeat inhærente, quoniam sic ordinata est naturarum ordine, non locorum, ut supra illam non sit nisi ille. Cui cum penitus adhæserit, unus spiritus erit, accedente quidem ipsa ad participationem naturæ, veritatis, & beatitudinis illius.

Gen. 2. *Sicut ergo inspirauit Dominus in faciem minis spiraculum vita, & factus est homo in animam viuentem, quæ est imago Dei, ita inspirat in faciem animæ spiritum Charitatis perfectæ, eam viuificantis atque levantis, qui ipsam sanctitate & motu pa-*

Et

tate Deo quam simillimam reddit. Hæc
est sanctorum pax, qua anima perfecta in
omnibus Deo cū summa hilaritate, & exul-
tatione subjicitur. Quæ si antea impetuose
propriam voluntatem implebat, iam eo-
dem impetu, imo & maiori propensione
Dei voluntatem adimplet. Nos itaque Rom. 5:1
stificati ex fide hanc pacem habeamus ad
Deum per Dominum nostrum Iesum Chri-
stum. Quod tunc assequimur, cum exu-
to veteri homine nouum induimus, &
sanctitatis operibus insistentes, ad pristina
vitia non retrogredimur. &c. Ps. 75:1 Factus est in pace
locus eius, & orietur in diebus eius iustitia & abun-
dantia pacis. Ps. 71:1 Dies nāque Domini illi intelligū-
tur, in quibus perfetè regnat in nobis. Sicut
enim hora eius dicta est, qua nostrā erat sa-
lutē operaturus, & ad patrem transiturus; ita
dies illius sūnt, quibus in nostris mētibus sa-
lutē consummat, & regnū peccatorū euertit. Ioā. 14:1
In his diebus non solum iustitiae lumen exo-
titur, sed & pacis abundātia succrescit, dum
desideria rerum mundanarū obdormiscunt
& veteris hominis affectus ligantur. Hanc
pacem super omnem mentem esse Aposto-
lus doctor asseruit, dicens: & pax Dei, quæ
exuperat omnem mentem, custodiat corda
vestra, & sensus in Christo Iesu. Fructus
itaque pacis est non perturbari in pectore.
Et pacem sectatur, in pace bona opera
seminat,

seminat, & in pace immaculata vult inueni-
ti, vt Deum in hac vita oculis contempla-
tionis, & in alia oculis gloriosi luminis v-
deat, & fructus pacis perfectæ recolligat. O
verè anima amatrix pacis, & domus tri-
quillitatis, quæ & Deo, & sibi pacata est, &
amicis & inimicis pacifica. Quam hostes
discordias non pertrahunt, & ipsa se pen-
quentes ad pacem & concordiam inuitat.
Huic dabit Dominus solatium verum, po-
cem super pacem. Nam pro pace ista pen-
etissima, quam in terra possidet, pacem, &
effabilem in cælo recipiet. Vnde Gregorius

*Greg. ad
psal. vlt.
pœnit.* ait: Super pacem quam dilectis suis in ha-
bitaculis tribuit, in æterna felicitate aliam diuina
misericordia dabit, vt iā caro non repugnet spiritui
tui, nec aliqua vllijs tentationis subrepat o-
casio, omnibus iam compositis: vt reformatu-
s in melius humana natura iam nemo cadere
nemo possit peccare. Istan sanctissimam pacem
nulli omnino perturbationi obnoxiam Deu-
ciibus cæli reseruat, sed in sanctissimis viis
adhuc in hac vita positis ex parte delineat,
dum eos perfectè sibi subjicit, & interiora illi-
lorum ordinat, & cum proximis sinceris
sime chartiate componit.

Securitas est comes pacis. Quare scripto-
re sacræ pacē & securitatē sape coniunguntur
quarum illa sine ista non erit vera & per-
fetta pax. Si igitur vera pax & vera securitas fo-

toris

tores sunt indiuidue, sequitur, quod perfe-
ctio pulchra, & quia pulchra pacifica, erit
etiam pro modulo huius vitæ secura. Quam
anima in recessibus sui cordis recondens, se-
curitatem habebit ab hostibus internis & ex-
ternis, eam nimurum securitatem, quæ huic
vitæ lubricæ, & tot miserijs circumdatae, ne-
quaquam repugnat. Salomon enim ait: Co-
gitare de illa (& de sapientia loquitur, quo
nomine in illis libris moralibus perfectione
diximus esse descriptam) sensus est consum-
matus: & qui vigilauerit propter illam, cito
securus erit. Si perfectionem cognoscere,
non ut cognoscas solum, sed ut habeas, eius-
que te documentis accōmodes, summa pru-
dētia est, & proper illam vigilare, & laborare
magna securitas: quanta, rogo, securitas erit,
ad finē laborū venire, & eam propter quam
laborabas & vigilabas, fæliciter possidere?

Sed in quo cōstituta est ista perfectorū se-
curitas, & quam eius assignabimus causam?
Evidēt ego existimo causam huius securi-
tatis esse, quod Deus in medio perfectæ
animæ habitat, & in ea tanquam in solio
requiescit, & tanquam murus igneus illam
vndique cingit atque defendit. Paulus enim
ait: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt
inhabitetur in me virtus Christi. Quia virtute re-
pletus, tantum abest, vt tribulationes timeat,
quod potius eas velut seminaria fælicitatis

pro

2. Cap.
12

336 P. ALVAREZ DE PAZ

pro gloria habet, sciens, quia cum in-
matur, tunc non infirmus, sed potens est.
Sedes profecta regis ab omni iniuria tutus est;

qui enim thronum, in quo Rex sedet, non
honorabit atque suscipiet? Anima autem

Psal. 88. perfecta fides est summi Dei. Nam Iustus
& iudicium, ait David, preparatio sedis tuae. Qui
ergo Dei sedes, audeat violare? Qui thronum

Gen. 31. regis omnipotentis attingere? Rachel feme-
na, & eo ipso imbecilla, & infirma, sedem
super idola patris sui abscondit ea, & abu-
iuria vindicauit, & Deus insidens animam
illam seruare, & tutari non poterit? Ego vero
ait Dominus, murus igneus in circuitu, & gloria

Zach. 2. ero in medio eius. In medio eius est gloria, &
pulchritudo. Perfecta anima Deum in corde
recondens, non potest non pulcherrima in-
dicari, & omni honore ac reverentia digna
videri. In circuitu vero eius est murus igneus,
qui non tantum rumpi aut transfilii po-
test, verum etiam, nec prope videri, quoniam
accedentes cōburet atque cōsumet. Sic Domi-
nus se gerens erga perfecta anima, non dubius
est, quin ea reddat securitatem: quia ut propriū lo-
liū suae præsentiae honore afficit, & ut vibet
sibi dilecta sua protectione custodit. Per-
fetta ergo, quae anima solium Dei facit, & cuius-
sima eius protectione cingit, magnā profecta
securitate inducit. De qua illud Salomonis,

pro

eiūs

enī

ctu

tes

gul

& p

ver

pec

sua

tut

ios

bit

cau

in l

fe

tia

ia v

uit

no

qui

in

dir

co

rio

lic

Q

mo

po

er

er



DE VITA SPIRIT. EPIT. 335
probè intelligitur. *Substantia diuitiis vrbs roboris* *Pro. 18*
ius, & quasi murus validus circundans eū. Diues
enim nō potest esse alius quā homo perfe-
ctus, qui *Charitatē, sapientiā, & veras virtu-*
tes recondit. *Istae itaque diuitiæ, ista non an-*
gusta sed ampla substantia, pro vrbe munita
& pro muro valido homini iusto, & p̄cipuè
vero perfecto est; quia si opes huius seculi
pecuniosū hominē nō defendunt, imo s̄æpe
sua sunt occasio ruinæ, opes cæli, nēpe vir-
tutes protegunt eū, & cunctos hostiū arcent
iudicias. *Præsentia itaq; domini animā in ha-*
bitatīs, & cā protegētis, huius securitatis est
causa. At in quo cōsistit ista securitas? Certè
in hoc, quod perfectus pro sua virta, & pro-
fectus ratione grauia peccata prostrauit, vi-
tia extinxit, in ordinatos affectus deiecit, &
iā victos rationi, & diuinæ volūtati subiuga-
uit, atq; in quadā vitæ, celestitudine positus,
nō est cur timeat ea, quæ in imo cōsistētes in-
quietat. *Hic thesanisunt thesauros in cælo.* i.
in celsissima puritate vitæ, quæ cæli similitu-
dinē gerit, quo fur nō appropiat, neq; tinea
corrūpit, & ideo, nec fures, scilicet aduersa-
rios extēnos timet nec tinea, internas vide-
licet rū malarum concupiscentias meruit.
Quod vaticinatus est Abdias dicens: *Et in*
monte Sion erit saluatio, & erit sanctus, & *Abdias*
posidebit domus Iacob eos, qui s̄e p̄sſederant. *Et* *cap. 1.*
erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph Flamma,
& domus Esau fipula, & succendentur in eis.

Y

In

In hoc sane monte qui fastigium perfectionis significat, in quo sancti & perfecti conmorantrur, erit certa saluatio & iucunda securitas. In illa domo spiritualis Iacob, scilicet, qui est vicino Christum imitantur, possidebunt inordinatos affectus suos, qui ante posse fidebant. Et erunt velut ignis, & velut flamma, quae, si praedictos affectus non penitus consumat, at in fugam vertat, amplius sanctos, & viatores ad mala perfringant, aut vehementer inquietent. Si volamus igitur in hac vita aliqua securitate gaudere, audiamus hospitam exploratorum terrae promissae, viam huius securitatis a pescendae pandenteam: audiamus eam, & obediamus ei: *Ad montana condidite, inquit, ne forte occurrant vobis reuertentes; ibique latitare tribus diebus, donec redeant, & sic ibius per nos vestram.* Hunc perfectionis montem coaledamus, & ab omni strepitu curarum facillatium abscondamus nos; sic res quas primum immoderatè diligebamus, & per campiferae viæ tepidæ reuertuntur, nequaquam notis occurant. Et securi viam nostram, eam scilicet, quae dicit in cælum, & sine magna tentatione molestia carpemus. Atque huius esse viam alicuius securitatis habendæ Basius hac oratione patefacit: *Absit, inquit, ut nos per huiusmodi vacationem,* (id est, per

Basil.
Hom. in
Psal. 45.

DE VITA SPIRIT. EPIT. 339
otiositatem, qua ab operibus bonis vacamus)
aditum aduersario præbamus: sed Domui
mentis nostræ vacemus, ut in nobis Christum
per spiritum promereamur habere inhabi-
tantem. Igitur postquam vobis agitatis ab
hostibus, pacem dilargitus est, tunc dicit:
vacate vos à misere vos distrahentibus
inimicis, ut in quiete & silentio verba verita-
tis contemplari possitis. Idcirco Dominus
alias dicit: *Qui non renunciat omnibus quæ possidet*
non potest meus esse discipulus. Vacemus itaque
à studio diuitiarum, à cupiditate inanis glo-
riolæ, ab inuidia &c. vt anima nostra in tran-
quillo ac quieto statu consistente, in ea tan-
quam in speculo irradiatio & affulgentia
Dei pura sit, nec vlla obscuretur caligine.
In die illa, dicit Dominus per Michæam, *con-*
gregabo claudicantem, & eam, quam eieceram, colli-
gam, & quam afflixeram, & ponam claudicantem
in reliquias &c. O quantum me delectat illius
diei commemoratio, qua Dominus congre-
gat dispersiones claudicantis, & animæ im-
perfæctæ, & tepidæ affectus, & desideria in
vinum sui desiderium compellit. Et animam
peccatricem, & rerum mundi amatricem,
quam flagellis afflixerat, in sinum suæ misé-
ricordiæ colligit. In illa die ponit Dominus
claudicantem in reliquias, quoniam eam ani-
mam, quæ claudicabat, & iam post Deum,

Luc. 14.

Mich. 4.

Y 2 iam

iam post sua desideria intemperanter iudebat, similem sanctis precedentibus reddi, & mirabili mutatione eam ad normam sanctorum accommodat. &c. Qui enim hodi consentiunt, videntur quidem habere tranquillitatem, ut egregie dixit Ambrosius, in Ps. 118 dentur quiete frui, sed non est quies, ubi animus inquietus est: non est tranquillitas metus, ubi animus exagitatur obnoxiae stimulis conscientiae. Quomodo securitas, ubi diversarum pugna est passionum? Vbi conflituum cogitationum? Ideo itaque ab in cursibus demonum sunt securi, quia ope diuina cinguntur, quia auxiliis gratiae proteguntur. Et ideo Bernardus ait: Nihil in hac vita securius, nihil iucundius possidetur, bona conscientia. Premat corpus, trahat mundus, terrat diabolus: illa tamen semper erit lecunda. Etiam si terrat diabolus, secura confitetur, quoniam suasionibus illius non magis moveatur, quam scius sapientissimus sermons hominis rustici illum ad precipitum suadet aduerteret. Qui vero inter laqueos demonum tuti sunt, eruntne quoque persecutioes hominum iniquorum lecun: Vnde de Paulus auctor & scribit: Ceterus sum, quae neque mors, neque vita, neque Angelus, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Quia hec est libertas, qua Christus nos liberavit.

Ambros.

in Ps. 118

Serm. 17

Ber.
lib. de
cons.

Rom. 8.

liberavit, vt ait Bernardus, vt nulla penitus *Bern.*
 creatura auellere nos, aut vim facere possit. *ser. de d.*
 Soli id deserere possumus propria voluntate *plici ba-*
*abstracti, & illecti à propria concupis-
 cia. At permittat Dominus electos suos ab
 impijs affligi, dilacerati, & terribili morte
 multari: nihilominus adhuc perstāt immoti,
 atque lecuri: quia mortem vt augmentum
 coronæ, & ianuam cæli respiciunt. Anima
 perfecta, quæ pacem & securitatem possidet,
 magna quoque libertate perficitur. Vt Apo-
 stolus ait: *ybi spiritus Domini, ibi libertas.* Hic *1. Cor. 3.*
 autem Domini spiritus in omnibus iustis ha-
 bitat, sed in viris perfectis intimius (vt ita
 dicam) commoratur, & abundantius eis do-
 na sua, & veram libertatem (quæ iphius quo-
 que est donum) elargitur. Perfecti perfe-
 cti iugum excusserunt, quia charitatis
 feroce nullum sibi peccatum domina-
 ri permittunt. *Omnis qui facit peccatum,* ait *10. 6.*
æterna veritas, seruus est peccati. Qui ergo pec-
 catum non faciunt, & ab eo secundum gra-
 tiam sibi datam, quantum sibi possibile est,
 fugiūt, liberi sūt à peccato. *Quā appellationē*
sane honorificā illis Paulus attribuit, dum ait:
Nunc verò liberati à peccato, serui autē facti
Dei, habetis fructū vestrū in sanctificationē,
finē verò, vitā æternā. Liberos esse à peccato
 desiderabile est, seruos autē esse Christi, pre-
 ciosū est, quia nec illa libertas ab hac seruitute*

Y 3 Secr-

Rom. 6.

secernitur nec ista seruitus ab illa libemae
2. Cor. 7. separatur. Vnde idem Paulus ait: Qui in Do-

mino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Vtraque conditio optima, inquit

Ambr. *ibid.* Ambrosius, esse tub Christo, sub quo, &

pretiosa seruitus, & gloria libertas. Pre-
tiosa seruitus: quasi tanti sanguinis preo-

comparata. Gloriosa autem libertas, quam
nulla seruitus culpæ, nulla peccatorum vin-
cula constringunt &c. Ecce primam vno-

rum perfectorum liberratem, qua vincula
peccatorum disrumpunt, & se Christi ser-
uos profitentur, cui seruire, libertatem non

adimit, sed veram libertatem impertit. Per-
fecti enim, non sunt appetitum suorum &

desideriorum serui, sed ea potius sanctitati
& virtuti seruite faciunt, ac rationis impetu

subjiciunt. Non in eorum cordibus inordi-
nati affectus agenda aut omittenda disponit,

sed disponit recta ratio, iubet lex, & impe-
rat diuina voluntas quid agendum, quid op-

tandum, & quid cogitandum sit, aut exal-
uerso quid fugiendum atque vitandum. Nam

appetitus, qui ante conuersionem iusti, no-
res rationalis animæ diripiebat, & in fami-
laturum effrænatorum desideriorum traheba-
iam à ratione & virtute diripitur, & sancti-

tati seruire compellitur. Implet etiam Do-
minus illud, quod promisit populo sibi di-

lecto:

lecto: Si audiueris vocem meam, & feceris *Exod. 23* omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligenes te. Quoniam iustorum affectus, velut hostes virtutis, catenis abnegationis vincit, & executione contrariorum desideriorum vniuersitas eorum concupiscentias euerit, eosque, qui iustos suis immoderatis moribus affligeant, tormento spiritualis crucis, id est, mortificationis, affligit. *Quod & Paulus manifestè declarat*, cum ait; *Hoc scientes, quia vetus homo Rom. 16:20, noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato.* *Vetus homo noster*, ut inquit Anselmus, est vetusta conuersatio, fomes & consuetudo peccati, & quicquid vitiorum ex primo parente sumpsit initium. *Hic vetus homo in viris iustis potentia & virtute Christi crucifixus est, & clavis timoris & amoris Domini crucis Saluatotis affixus &c,*

*Hæc animæ perfectæ libertas, qua affectibus suis imperat, & nihil mundanum amat, tantæ dignitatis est, ut Deus ipse omnipotens eam tanquam effectum suæ omnipotentia sibi arroget, ut nullus nisi eius beneficio talem libertatem assequendam existimet, Scient, ait, quia ego Dominus cum *Eze. 34:10* conuertero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi, & non erunt ultra in rapina in gentibus, neque bestiæ terræ*

Y 4. de-

342 P. ALVAREZ DE PAZ
deuorabunt eos, sed habitabunt confiden-
ter absque ullo terrore. Tunc enim perfec-
ta anima diuinam ir. se potentiam experiri,
cum iugum peccati, cui libens colla subde-
bat, à se sublatum non sine probabilito-
ne coniecat. Cum à potestate hostium,
scilicet mundi, diaboli, & carnis, se liberari
adspicit, cum à dentibus bestiarum terr, il-
est, à morsibus affectuum cordis sui se-
ptam videt. Tunc inquam, diuine potentiæ
& misericordiæ hoc esse opus agnoscit. &
liber ergo dimittitur, qui calcatis terreni
desiderijs, ab appetitu rerum temporalium
securitate mentis exoneratur &c. Video illa
contemptione sæculi, & despectione tem-
poralis vitæ omni spe rerum temporalium
liberos, omni vano timore vacuos, Dei au-
tem voluntati prorsus addictos: quam ut
expleant, & eius verba pronudent, prin-
cipum sæculi indignationem noi horrent
&c. sed ista sanctorum libertas, um in ope-
rando, tum in loquendo non est indiscre-
nec temeraria, sed discreta, & sapientia
plena. Si ergo tanti valoris est libertas, ut ne
bene pro toto vendatur auro, quanta nobis
esse deberet, perfectionis adipiscenda ca-
ra, quæ animas nostras nexibus peccatorum
& affectuum liberat, & in hanc libertatem
filiorum Dei propriâ extollit. Hanc toris vir-
bus cupiamus, & assequi enitamur, ut velib[us]
ben[us] a co[lo] & a
De
F
alij
elic
ma
ini
san
pre
viri
scil
in p
sub
tat
ene
per
&
am
tati
Vi
tur
E

DE VITA SPIRIT. EPIT. 343
beri simus, & à iugo importabili peccatorū,
à compedibus vitiorum, à vinculis affectuū,
& ab ergastulo vani timoris liberemur.

C A P. XXXIII.

De sanctissimis cogitationibus, & deside-
rijs animæ perfectæ, & de singulari pro-
uidentia Dei erga perfectos.

Felices planè sunt viri perfecti, quia quod
alijs nocere solet, sibi proficit: & ex quo
alijs accipiunt suę salutis dispendium, perfecti
elicunt perfectionis augmentum. Ex quibus
mali & minus perfecti occasionem sapissime
iniquitatum, aut imperfectionum accipiunt,
sanctos atque perfectos mirificè in sanctitate
promouent, & ad nouū profectum, & nouas
virtutum actiones inuitant. Vir sapiens, ille
scilicet, qui est virtute & sanctitate perfectus,
in pace & otio sancta cogitat, in securitate
sublimia & cælestia concupiscit, & in liber-
tate his cogitatis, & desideratis perfici-
endis insistit. Vnde de viris spiritualibus, & *Gilbert*
perfectis *Gilbertus* loquens hæc ait: libertate *ser. 1. 100*
& otio quid accommodatus ad usum
amoris: &c. Quāto fuerit impeditus animus,
tāto quidē impēsior erit in illud quod amat.
Vsu venit, vt cum fuerimus otio redditi,
tunc sentiamus acriorē morsū amoris diuini.
E contra insensibilem penē reddit affectum
fre-

Cant.

frequens cura mundi, & quasi callum quædam menti obducit. Animum cura implæ, quies explicat. Ad hoc ergo perfectis concorditur pax, ad hoc securitas, & libertas à Dominō misericorditer datur, vt studio sancti amoris vacent, & amoris cogitationes habent, amoris desideria concipient. Videamus iam, quid perfecti cogitent, quid sancti desiderent: in omnibus enim sunt admirabiles, sed in cogitationibus & desideriis nobis admirabiliores videntur; quibus communes homines in infinitum exsuperant. Nō illos cogitationes rerum foedarum turpant, non curæ rei familiaris sollicitant, non desideria dignitatum & honorū dilacerant. Huiusmodi cogitationes fugiunt, & similia desideria prorsus abjiciunt. Non quia pulchri animo sint, qui hæc magna miseri, aut appetere, aut cogitare non audet. Sed quoniam ex celso animo sunt, qui hæc vilissima, & cōtempnissima aut appetere aut cogitare dedignantur.

Ambr. lib. 10. Nihil huius mundi mētibus rectius, nihil insuperius electius: quæ sacratissimis desideriis vniuersa transcendunt, neque ullam cœturam, quamvis potentem atq; mirabilem, sed ipsum omnium visibilium & inuicibilium ambiunt Creatorem: cui appropinquare, clarescere est; quem tenere gaudere est, cui seruire, regnare est. Dixit Ambrosius, viri perfecti, cogitant, puritatem suæ mensæ augen

Epist 84
ad demetriadēm.

augere, sicut dixit quidā eorū: Cogitaui vias
meas, & conuerti pedes meos in testimonia
tua. Cogitant mandata Domini custodire.
Cogitant quomodo seipsoſ Deo hostias ac-
ceptabiliores offerant. Cogitant Christi hu-
manitatem, ut eam induant. Cogitant diui-
nitatem ut eam ament. Desiderant in omni-
bus sui Domini iussa complere, & mandata
custodire. Desiderant sarcinam carnis depo-
nere, & à captiuitate liberari. Desiderant
tanquam hæredes regni patris, hæreditatem
accipere, quam vel à lögè adspicientes exul-
tant; exultant & cantant: quoniam transi-
bimus in locum tabernaculi admirabilis, vſq;
ad domum Dei, in voce exultationis & con- Ps. 118.
fessionis, sonus epulantum. Sunt denique
perfectissimi amatores Dei: desiderant ergo
illum quem vnicè diligunt, dicentes: Situit
anima nostra ad Deum fontem viuum; quā-
do veniemus & apparebimus ante faciem
Dei? Sciunt ipſi, ut veriſimè dixit Bernardus
quia Deus delectabilis est ad vidēdum, sua-
uis ad habendum, dulcis ad finem perfruen-
dum: ipſe per ſe placet, & per ſe ſufficit ad
meritum, ſufficit ad præmium: neque ex-
tra illum quicquam ab illis quæritur, quia
totum in illo inuenitur, quicquid de-
ſideratur. Et ideo illum ſolum desiderant,
qui corda ſua replete, & mentes exſatiet. Iſtæ
ſunt cogitationes, iſta deſideria perfectorum,

de

Pſal. 41.
Bern. in
medit.
cap. 8.

436 P. ALVAREZ DE PAZ
de quibus nō est cut erubescat & cōfundan-
detur, quia pulchra sunt & decora, & omni
sapientia ac munditie referta. His cogitatio-
nibus non fēdantur, sed purgantur, & ad in-
timam dei vnionem disponuntur. His dei-
derijs non inquietantur, sed ad verissimam
tranquillitatem reuocantur. Has cogitatio-
nes & hēc desideria, quē licet ad opus non
veniant, prēmium habent, laudem extor-
quent, mercedēque reportant. Vnde David
cogitans, & cupiens ædificare domū Domini
ob solū desideriū absq; opere audit: Requī-

2. Reg. 7 dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, prēdic-
que tibi Dominus, quod domū faciet tibi Do-
minus. Charitas est, quē iustos atq; perfectos
ad sanctē cogitandum, & sanctē desiderandum
instigat. Charitas enim sola est, vt Hugo vi-
torinus scripsit, quā ab initio seruis Dei, mun-
di huius illecebras fugere, voluptates calco-
re, carnis concupiscentiam cohibere, des-
ideria frangere, honores contemnere, po-
stremo vniuersa huius mundi blandimenta
respuere, ipsam quoque præ desiderio vita
perpetua, mortem suadet non timere. Deus
propter homines non tantum condidit,
sed & legem instituit, & præcepta sanciuit,
eo ipso ostendens, quia vult omnes homi-
nes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis
venire. Sed qui erga vniuersos homines
prouidentissimus pater est, & per doctrinam

*Hugo
tract. de
lunde
charit.*

vniuers.

vigeniti filij sui a cunctis se vocari patrem
 præcipit, erga viros sanctos atque perfectos
 specialissimam & suauissimam quandam
 prouidentiam exercet-perfectorum cura, &
 sanctorum prouidentia, quam deus habet,
 in signis, in effectis, in donis, in prodigijs, in
 mirabilibus perfectorum gratia patratis, in
 immensum magis elucet. Hos oculis benig-
 nissimis ex æternitate respexit: Hos arden-
 tissima vi Charitatis amauit: Hos in cumu-
 latissimum præmium elegit: Hos per media
 quædam stupenda in æternâ gloriâ destina-
 uit: Hos vocare, hos iustificare, hos magnifi-
 care decreuit. Respicit dominus sanctos suos,
 vt amicos Charissimos, vt filios dilectissimos
 vt sponsas amatissimas, quas in cœlaui dul-
 cissimæ protectionis abscondit; Oculi enim do-
 mini super iustos & aures eius in preces eorum. Amat *Ps.33:*
 eos tenerimo amore & zelo magno omnē
 ipsorum amorē sibi impendi flagitat, & si quid
 extra deum immoderatē ament, & nō gratia
 ipsius ament, acerrimē reprehendit. Non
 communibus tantum beneficijs, sed singula-
 ribus quoque donis, & stupendis Charitatis
 suę signis ipsorum animas cumulat &c. per-
 fecti, non solum eximia dei dona suscipiunt,
 sed manifestissima etiā luce esse dei dona de-
 prehendunt, & vt vniuersi idipsum agnoscāt,
 & domino pro eis laudes & honores retrah-
 buant, a domino profecta esse tū verbis, tum
 factis

factis ostendunt. Denique in omnibus con-
prosperis, tum aduersis benignissimas paci-
viros persecatos specialissima cura, ut solitu-
dine regit &c. Sicut tunc mare fugit & loc-
danis conuersus est retrorsum, ut deserens
Ægyptum siccis vestigij ad terram promi-
sam peruenirent: ita propter sanctorum vi-
tutem, & transitum illorum in cælum, co-
terum saepe mutatus est, ut illi sine aliquo
impedimento, aut cum maiori commoditate
viam sanctitatis tenerent. Saul frustra per-
sequitur David Dei electum, quoniam in-
pij regis odijs, amabilior; persecutioibus
illustrior, & rerum priuatione rex dux-
efficitur. Nihil proficis edax inuidia, dan-
in Dei prouidentiam insurgis; quia licet
ipsam supra vires efferas, licet tibi mudi &
diaboli phalanges adiungas, nunquam tu
men aut sanctos opprimes, aut electos ex-
scindes, aut Dei voluntatem impedes. &c.

Cant. 2. Ego quidem, ait perfecta anima, supra
gratia præuenta, & abundantissimis subhidio-
adiuera, ita intendo illi, ac si nihil aliud esset
in mundo, cui deberem intendere. Eril
vicissim ita intendit mihi, ac si nulla alia esset
anima iusta, quam deberet adiuuare, Ex-
ponit nobis Bernardus pulchre: Dilectus meus
Ber. ser. mihi, & ego illi. O quid audet cor purum &
ser. 98. in conscientia bona, & fides non facta? mihi
Cant. inquit, intendit. Ita ne huic intenta est illa
maiestas

maiestas, cui gubernatio pariter & administratio vniuersitatis incumbit? Et cura sacerdotum ad sola transfertur negotia, imò otia amoris & desideria huius? ita plane. Ipsa estenim Ecclesia electorum de quibus Apostolus, *omnia*, inquit, *propter electos*, & cui du-
 bium, quod gratia, & misericordia Dei sit in sanctos eius, & respectus in electos illius? 2 Tim. 2
 Ergo prouidentiam ceteris creaturis non negamus, curam sponsa vendicat sibi. Qui liber profecto electorum, sed præcipue, perfectorum, Deo curæ est, velut filius sibi charissimus. De cuius reditu ad gratiā Angeli gau-
 dēt, de cuius in gratia & virtute profectu spiritus cœlestes exultant, de cuius perfectione ac sanctitate superna curia lætatur. Beatus igitur cuius Deus Iacob adiutor eius. Beatus, Luc. 15:3
 inquam, cuius Deus singularem ac sollicitam curam suscepit. &c. Impij prosperantur, vt cadant: vt propter dolos & iniquitates suas prosperitatis finem accipiāt, vt dum se super verticem aliorum extollunt, miserabilis & luctuosius deiectionem damnationis Ps. 145:72.
 æternæ sustineant? Iusti vero flagellantur, Iere. 12:3
 vt in flagellis etiam dum in bonis operibus perseverant, se Dei seruos fideles, & propter amorem, & non propter mercedem obsequentes exhibeant. Iusti etiam flagellantur, vt aduersitate tentati de virtute in virtutem procedant, ad ampliorem gloriam adscen-

350 P. ALVAREZ DE PAZ
ascendant, & desiderijs rerum terrenarum
reiectis, solum deum, siue in celo siue
terra sitant. Est itaque benigna, & in eos
valde sollicita prouidentia Dei, dum per-
Etos viros tribulationibus tentat; quia id-
git, non ut eos flagellis contristet (quoniam
nerrimo amore diligit) sed ut ingesta
veluti aptissimo instrumento paret illis
ternæ lætitiae coronam. Agiles ad cum-
dum, & veloci reddantur, non quia pro-
speritatibus ligantur in terra, sed quia tem-
tionibus & pressuris à terra excutiuntur,
non tamen currant quam volent in celum.
Sunt fines prouidentie Dei: quando iudicet
ac perfectos sinit laboribus & miserijs affi-
gi. Quos prævidens Moyses magis eligit
affligi cum populo Dei, quam temporalia
peccati habere incunditatem.

¶ 11

C A P V T XXXIII.

Quonodo deus perfectos illuminat, in-
flammat, ad bonum roborat, à malo
trahit, & à tribulationibus liberat.

Diuinam prouidentiam erga viros per-
fectos & sanctos cum sole contulimus
cuius omne opus tribus instrumentis, luce
& calore atque occulto influxu perficiuntur,
quo & inferiora corpora souet, & aduersa
noxia pellit. Eadem sunt veluti instrumen-
ta pro

DE VITA SPIRIT. EPIT. 353
providentia Dei, quibus sanctos ad destinata
perfectionem dicit. Nam super naturali
luce eorum mentes illuminat, & corda eorum
igne sancti amoris inflamat, & absconditis
quibusdam auxilijs eos ad bonum roborat,
& ab emni aduersitate defendit. Dominus,
qui lux est, & tenebrae in eo non sunt ullae,
1. *Ioa. 1:2*
perfectos immensa quadam vi lucis illuminat.
Si peccatum, est tenebrae, sanctitas peccatum
destruens, & a cordibus sanctorum expellens,
perfecto lux est, quod & Paulus testatur, dum
ait: *Abjecimus opera tenebrarum*, & induamur
arma lucis. Quae namque sunt opera tenebrarum,
nisi peccata quae a principe tenebrarum nos
instigante originem trahunt &c. Et quae sunt
arma lucis, nisi arma iustitiae & scilicet virtu-
tes quae ad statum perfectionis prouectae, vnde
que nos protegunt. Lucis quippe sunt arma,
vnde radiis solaribus illustriorem te faciunt,
multum emitentia fulgorē, deinde & splen-
didum faciunt, sunt enim arma lucis. Arma,
quae iustos, fulgidos & splendidos faciunt
necessariò sunt ex luce compacta, quia nihil,
quod lux non sit, aut lucem non habeat, potest
rem obscuram, & terram a caligine eripere & ad
claritatem reuocare &c. Si virtutis perfectio
lux est, facile erit cuique huic veritati assen-
tiri, quod sanctorum mentes radiis sui splen-
doris infundat. Corporea lux inquis quoque
coceditur, quam, quia corruptibles creaturas

Z illumina-

354 P. ALVAREZ DE PAZ
illuminat, vocare possumus lucem motientium; at spiritualis lux qua Dominus dilectos suos docet mentes nullo modo corruptioni subiectas, et semper duraturas illustrat, quam sine ullo timore vocamus lucem viventium. Illuminantur autem luce viventium qui despecto temporali lumine ad splendorē internæ claritatis recurrent, ut ibi vivant, ubi verum lumen sentiendo videant, ubi nō aliud lumen atq; aliud vita, sed ubi ipsa lux vita sit etc. illuminantur. Ergo hac luce viventium, quam tanto tunc subtilius conspiciunt, quanto nunc ad illam purius vivant.

Dominus itaque perfectos homines cum luce fidei, tum luce sapientiae collistrat, agenda et vitanda peruident: illa ut actione impleant, hæc ut à sua operatione dimicent. &c. Ita enim vivunt, ita conuersantur, ut se filios lucis, & amatores sanctitatis exhibeant: ita Dei voluntatem in omnibus querunt, & quid ei sit gratius examinantur, ut frequentius in omnibus altius & perfectius inueniant. Ita se ab operibus inebriarum, id est à delictis, & peccatis subtrahunt, ut nec initium diabolice suggestionis volentes patientur, & quicquid malum est, sua conuersatione redarguant ac reprehendant. Istam autem vitæ puritatem, à luce sanctorum cordibus inimis, procedere magnus contemplator Richardus

pe-
tar-
da-
ta-
vo-
no-
do-
bit-
gn-
ter-
qu-
qu-
rati-
so-
sec-
nici-
pia-
sci-
int-
ag-
lu-
du-
tel-
do-
est-
m-
ste-
no-
de-
&

perspicue docet, illud Danielis interpre-
tans, vbi de Domino ait: *Ipse reuelat profun-
da, & abscondita, & nouit in tenebris constitu-
ta, & lux cum eo est.* Sed quid inquit, sibi
voluit, quod dicit, & lux cum eo est, cur
non dicit quia Deus lux est? An forte hoc
docere nos voluit, quia vbi ipse per inha-
bitantem gratiam manserit, necessariæ co-
gnitionis lumē deesse non possit? Quale au-
tem hoc lumen esse dicimus, per quod
quid agere, quid vitare, quid diligere,
quid odio habere, quid credere vel spe-
rate debemus, agnoscimus? Qualis quæ-
so est lux ista, que nouit profunda & ab-
scondita, ipso utique reuelante, ipso de-
nique inspirante; qui dat sapientibus sa-
pientiam & scientiam, intelligentibus di-
sciplinam? accipiunt itaque sancti lucem
inspirationis diuinæ, quæ eos doceat & de-
agendis ac omittendis erudiat. Non so-
lum vero lux perfectis ad sanctè viuen-
dum datur, sed etiam ad sapientissimè in-
telligentum conceditur. Eorum enim fides
donis sapientiæ, & intellectus adiuta, mirum
est, quam aliter, atque filij communes ho-
mines, humana & diuina præuideat & my-
steria cælestia cognoscat. Humana quippe iam
non secundum externā faciem, quæ pulchra, &
decora apparet, sed introrsus quoq; adspicit,
& quia ad eorū breuitatem, & exilitatem, &

Datt. 21
Richard
lib de
eruditio-
ne inter-
rioris
hominis

356 P. ALVAREZ DE PAZ
instabilitatem penetrat, ex corde contemnit.
Diuina non quasi eminens posita, sed quasi
proxima, & cito ventura cognoscit, quare
illa ardenter concupiscit. Mysteria etiam ca-
lestia perfecti fidei quidem clara perlustrant.
Non quia ipsorum fides clara sit, sed quia
fidei substantia seruata, ac obscuritatis, &
inuidentiae ratione retenta, tanta sapientia
luce robatur, & efficacitate vestitur, ut res
diuinas pene non videatur obscurè propo-
nere, sed quasi clare & aperte enucleare. No
est facile inexpertis intelligere, quomodo fi-
des obscura & quasi in nubilo posita han-
secum claritatem admittat, sed contempla-
tionis gratia donati, facile quod sentiunt,
quod experientur, quod veluti manibus co-
trectant, intelligunt. Qui dum ad diuina con-
templanda rapiuntur, aliud genus cogitatio-
nis accipiunt, quod fidè quidem non destruit,
sed compleat, & ad sibi debitam perfectionem
ducit. Sicut enim Dominus legis gratia pro-
mulgatione, veterem legem non soluit, sed
adimpleuit; quia quod perfectionis legi de-
fuerat, gratia suppeditauit, ita contemplatio-
nis dono fidem non soluit, sed perficit, qui
omne claritatem ei, quam sola Dei dicensis au-
ctoritas, & non ratio demonstrans secum co-
patitur, tribuit. Hac ergo eximia luce per-
fici illuminati, scrutatur etiam profunda Dei,
& postquam humiliter & non curiosi scrutu-
sunt

sunt, simplici oculo contemplationis quasi intuentur. In hoc autem suauissimo ac fulgentissimo intuitu mirum est, quomodo admirantur, quomodo in cōspectu diuinæ Mæstatis stupeant, quomodo feruescant, quomodo liquecant, quomodo ignescant, quomodo penè deficiant, & quomodo absorbeatur in illis quod mortale est, ab illa vita (& hæc est Christus) quæ illos in perfectam sui imaginē & figurā transformat. Iam ut magis videant, & perfectius sapiant, à luce in tenebras cadūt, & à sapientia in ignorantiam descendūt. O tenebræ lucidissimæ, o ignorantia sapientissima, cùm intellectus deficit, ut voluntas proficiat; cùm cognitio fugit, ut amor totum sibi vendicet, & omnē vim mentis sibi præcipiat; cùm trans cursis imaginibus rerum visibilium & inuisibilium mens à Deo sumo bono sine imagine tāgitur, possidetur, obruitur ut omnē cæcitatē, omnē duritie, omnes defectus perdat, & saltē ad horam quasi deiformis facta, omnē lumen, omnem suavitatem, & omnem donorū copiam acquirat. Non dubites, quicunque hæc legis, perfectos viros ad hanc clarissimam lucem non semel prouehi, quæ sine argumentis, sine disputationibus, sine libris, non ad aridam & loquacem scientiam, sed ad dulcem, & silentij amicam sapientiam efferuntur. Et licet rudes sint & imperiti

quoad humanas disciplinas, crede illos eū
sapientes, quibus hæc lux cælestis effulserit.

Ambr. Egregie enim dixit Ambrosius: illuminat

in Psal. in Psal. Dominus sanctos suos, & lucet in corde

18. ser. iustorum, itaque cum sapientem videns

17. cognosce, quia descendit super eum De

gloria. Illuminavit eius mentem scientie

fulgore cognitionis diuinæ. Hæc Dei glo-

ria, iste diuinus fulgor perfectorum animus

sapientia imbuuit, qua & sibi & alijs sapientiis

& non oscitando & stertendo, sed festinan-

do, & volando viam altissimæ virtutis re-

ipiunt. Tu ictis Domine, quia aliquos ihu-

rum homines idiotas, & ignatos vidi, &

te donante non sine admiratione auctoratu-

ui, quorum ignorantiam & ruditatem eti-

toto corde meis litteris & studijs prætul-

Quia quas ego diuinitas verbis & scriptis e-

uoluo, illi possident, & quod ego de veritate

sapientia & perfectione cogito, & aenq[ue]

attingo, ipsi voluntatis repositorio fibi

condunt, & manibus sanctissimæ vice per-

ficiunt.

Lux ista perfectis data, non tantum ce-

lestia mysteria detegit, sed diuinas dispo-

tiones futuras reuelat, & quæ longa post

tempora euentura sunt, aliquando prædicti.

Nam si lex amicitiae est, ut inter amicos for-

corda patentia, Dominus qui viros perfec-

tos ad intimam familiaritatem admittit, ad

hac

hac se lege non eximit, & in his, quæ decent, sui cordis secreta ab illis minimè abscondit. Num, inquit, celare potero Abraham, quæ *Gen. 18.* gesturus sum &c. Si desideras hoc lumine inextinguibili illuminari, illud non tam à libris, ab argumentis, à disputationibus petas, quam in perfecta vita & sancta conuersatione conqueriras. Huic namque tanquā cælo purissimo, in quo Dominus commotatur, lux perpetua promissa est, quæ hic mentes sanctorum instruit, illuminat, extra se rapit, & post hanc vitam in lucem inestimabilem cōmutata, Dei facié, quæ nostra beatitudo est, animę luminibus objicit. Moyses ait: *Dominus Deus tuus ignis consumens est.* Opulcher ignis, ô vitalis ignis, ô efficax ignis, qui in puris mentibus fœda collustrat, frigida fouet, & quicquid impurum est efficacissimè destruit. Vocatur ignis consumens, non quod sanctos absumat, sed quod eorum defectus destruat. Non solet consumere ignis iste, inquit Ambrosius, nisi sola peccata. Quare Dominus toties se in specie corporalis ignis ostendit, nisi ut sciamus eum esse spiritualem ignem, qui nostras animas illuminet, foueat & mundet, in se conuertat, & secundum mores, & opera in melius ac præstantius esse transfundat? Deus est ignis immensus & infinitus, quid putas faciet hic ignis, visceribus eorum inclusus? *Quomodo perf-*

Z. 4. Atos

Ambr.
lib 4. exa
me. cap. 3

360 P. ALVAREZ DE PAZ

etos illuminabit, quomodo calefaciet, quomodo accendet, quomodo inflammabit, quomodo exuret, quomodo eis suas perfections communicabit, quomodo in se convertet & transformabit &c. inflamat quidem Deus perfectos suos, qui amore arditi desiderijs exestuant, & maiori imperi quidici possit, in omnia bona adimplendis rjuntur.

Ignis ille increatus, qui Deus est, in his hominibus ad suscipiendum ardorem, seu ignem recte dispositis, ignem creatum perfecte charitatis imminitt. Si enim nollet ignis cum materialia ligna cōbūrit, non tam seipsum lignis attribuit quam alium ignem sibi omnino simile ex illis producit; in hoc similitudo maneat, quod Deus non solum seipsum iustis communicat, ex eo quod in ipsis inhabitat sed etiam alium ignem a se

Psal. 17. distinctum, nimirum igne charitatis in illis progignit. De quo David ait: *Ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo. Qui iam mortui erant, deserti ab igne boni desideri, luce iustitiae, & frigidi, tenebrosique remiserant, rursus accensi & illuminati reuixerunt.* Hunc igne præcipit Dominus, ut semper coram ipso conferues accensum: idque

Leuit. 6. significant illa Leuitici verba: *Ignis in alys meo semper ardebit, Quos namque hoc Domini*

Origin. ho. 1 in altare figurat, nisi perfectos, & sanctos, ut *Leu. &c.* putat Origenes, qui non humilem & abie-

ctam

et ieiunat, quo
in mabit
as perf
in se co
mat qui
te ardit
peru qui
endat
est, in hu
em, le
ump
noster
non tam
n ignem
; in hoc
n solid
quod in
em à se
s in illis
facie em
ia mot
derij, &
e rem
reuit
ut sem
idque
n adam
Dom
tos, n
cable
clam

et ieiunat, sed excelsam, & puram &c.
Igais iste nonnunquam ad faciem exit, & *Lib. 3.*
aliquid sui signum in corporibus contiguis *Vit. c. 1.*
producit, De beatissimo Abate Bernardo
hæc scripta lego: apparebat in carne eius
gratia quædam spiritualis tamen potius quam
carnalis: in vultu claritas præfulgebat, non
terrena utique, sed cælestis: in oculis angelica
quædam puritas, & columbina simplici-
tas radiabat. Tāta erat interioris eius homi-
nis pulchritudo, ut euidentibus quibusdam
indicijs foras erumperet, &c. Dominicus in-
termissarum solemnia Christum eleuans,
in altum tollitur, & ab igne, quo intus arde-
bat, corpus eius subuectum, veluti in ignem
conuersum, terram deferens, in cælum fe- *In vita*
rebatur. Franciscus ab illo Seraph qui sibi *cap. 13.*
in monte apparuerat mirabilem in mente
recepit ardorem, quinque Saluatoris vul-
nera, & quinque ignis charitatis vstiones
derulit, &c. Quātum ergo sit hoc auxilium
gratiæ sanctis & perfectis datum, ut bonū
cognitum & amatum faciant, quis sufficit
explicare? Quis diuitias gratiæ his beatis
hominibus à Domino mutuatas edicet,
quas mutuo accipiunt, ut illis negotientur,
& quinque talenta perfectionis lucentur,
& ad excelsa domicilia gloriæ cælestis assur-
gant? Datur perfectis gratiæ auxilia maxima,
subsidia copiosissima viresq; robustissimæ,

Z 5 vt

vt vitia conficiant, affectus moderentur, virtutum arcem consequantur, & ad Dei familiaritatem intimam & perfectum amorem surgat. Sancti ergo, eo ipso quod sancti sunt maximis Dei auxilijs roborantur, tum ut in exercitatem adipiscantur, tum ut a deprecativitate augeant, tum denique ut in exercitu seuerent. Retrahit Dominus a malis virtutis perfectos castigatione defectuum suorum benigna, atque præcipiti, benigna, quoniam eos amat, & ideo mitissime, id est temporiter ferit; & celeri, quoniam pro eorum putate diligentissime zelat. Dominus per Zeph. 13 chariam ait: & ducam tertiam partem, id est iustos per ignem & vram eos, sicut vrum argentum, & probabo eos, sicut probans aurum. Merito autem Dominus sancto & electis suis tribulationes immittit, quoniam

Chrysost. (ut affirmat Chrysostomus) tribulatio omni hom. 1 in virtutum est mater, ac filiorum pædagogus pfa. 1. & nec debuerunt illi, qui præ omnibus dilecti hom. 62. ad populum. guntur matre priuari, a qua nutriantur nec pædagogo, cuius industria doceantur, & non solum magnis vitijs, sed etiam minimis defectibus liberentur. Tribulat Dominus virtuosos perfectos, ne ex meritis extollantur, & de adepta sanctitate superbiant. Deinde, alij homines, si vidissent sanctos omnibus flagellis exemptos, maiorem quam par est de ipsis opinionem cōciperent. Præterea in his

sanctorum tribulationibus mirificè Dei virtus apparet, dum per ægrotantes & compeditos, & principibus sæculi inuisos universum mundum exsuperat, & doctrinam Euangelij in cordibus peccatorum seminat, & virtutem adauget. *Quod Dominus indi-*
cavit, dicens Paulo: Quoniam virtus in in-
firmitate perficitur: id est, mea virtus atque
2. Cor. 12
potentia in tua infirmitate & vilitate, per-
fecta ostenditur. Ingens namque est roboris
& potestatis indicium, ducem, nouis & infir-
mis militibus, veteranos, & fortes milites ad-
uerari superare. Rursus in his sanctorum
molestijs, tum eorum patentia, tuum perfe-
ctus erga Deum amor elucet. Tandem,
Rom. 8.
perfectos tribulationibus impetit Deus, ut
illis pulchriora immortalitatis serra com-
ponat, & ob maiora merita etiam cumu-
lum præmiorum adaugeat: quia non sunt
2. Cor. 7.
condigne passiones huius temporis ad futuram glo-
riam, quæ reuelabitur in nobis. Repletus sum con-
solatione, inquit Paulus, superabudo gaudio
in omni tribulatione nostra. Deus igitur non
relinquit iustos, viros sanctos, & sibi fideles nō
deserit, sed iuuat, sed protegit, sed abscondit, ut
flagellum tribulationis illos non tangat, dum
non ad vulnus eorum, sed ad salutem, & ad
augendam sanctitatem appropinquit. Et flagellum
non est, quod sanctitatis & consolationis, &
tantorum honorum origo est. Si non nunquam Deus
inter

364 P. ALVAREZ DE PAZ
inter iustorū pericula abscondit faciem suam
& quasi ab interiore habitaculo eorum lep-
sum elongat, & illos veluti solos, & omni
ope destitutos pati sinit: id facit, vt diuina
protectionem sibi necessariam sciant, &
berationem ab omnium conditore veni-

Greg. 23 cognoscant. Sapienter enim dixit Gregorius
Mor. c. 28. protectione diuina minus necessaria credimus
semper habeatur: sed utiliter plerumque sub-
trahitur, vt sibi metu homo, quara sine illa si-
hil sit, ostendatur. Manus igitur Dei aliquando
nos nobis per aduersa, insinuat, quae eu-
nscientes nos in prosperis porrat. Qui vero

Psal. 90. pretiosum & desiderabile existimant, in te-
bus aduersis a Deo protegi, & a sanctis An-
gelis defendi, quibus mandatum est, ut an-
imas puras custodiant in omnibus vijs suis
qui magnum & excelsum iudicant, tribula-
tiones no impatienter, sed aequanimitate
stinere, imo & alacriter tolerare, ac eorum
molestiam vix pra amore & abundantia co-
solationis sentire, nec non laborum perpe-
tione omni virtutu genere mirabiliter ex-
scere; perfecta virtutem sectentur, & anima
puritatem enixe querant. His enim promissa
est in aestu umbraculū, in labore refrigeriam,
& in tribulatione solatium. Nam & vita
perfecto dicitur, si alicui dicitur: Cum ipso
sum in tribulatione, eripiam eum, & glori-
cabo eum. Longitudine dierū replebo eum,
& ostendam illi salutare meum. C:

CAPVT. XXXV.

Quanta benignitate Dominus perfectorum orationes exaudiat, quantum donis replete & quanto honore afficiat.

ICET viri perfecti sint planè diuites, & cælestibus bonis abundant; tamen quia dum vita mortali tributa persoluunt, non in manente ciuitate, quam inquirunt, sed in exilio, & in loco horroris, & vastæ solitudinis commorantur; semper habent quod postulent, quod etiam desiderent. &c. Iustos & principiè viros perfectos, & sanctitatis amatores exaudit Dominus libentissimè, quorum orationes, siue sibi ipsis, siue alijs bona petant hilariter suscipit, grataranter admittit, & supra id quod postulant, imo & quod cupiunt (parum est hoc) imo & supra id quod cogitant, illis aut alijs propter illos, dona concedit. Qui sane in deserto huius mundi constituti orationem suam habent pro vita; desiderium pro victu, atque vestitu vocem animi pro delicis, quia sola voce ac deprecatione, quicquid ad necessitatem & ad voluptatem necessarium est, abundantissimè consequitur. Dominus, qui tenerimè iustos perfectos diligit, valde pronus est ad donandum illis, quod se inspirante cupiuerunt, & os eorum aperiente

aperiente petiuerunt, & se impellente flagtarunt. Ut autem Dominus adstruat sua voluntatis esse petitionibus sanctorum ad datum incitari, eos magnificis promissionibus & apertissimis utriusque paginæ sententia ad postulandum animat. Quamobrem

Ioa. 15.

Ioannem ait: Si manseritis in me, & vici mea in vobis manserint, quodcumque voleritis petetis, & fieri vobis. Tunc dicentes sunt verba eius in nobis manere, ait Augustinus, quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promisit. Quando autem verba eius manent in memoria, nec intueniuntur vita, non computatur palmes in vite, quia veritas non attrahit ex radice. Iusti ergo sunt quorum cordibus verba Christi manent, horum vero mandatorum observatione in Christo manent, tanquam palmites in vite, & rami pulcherrimi in sua radice. His dicitur, ut petant quicquid volunt, quia certissime consequentur. Quia promissione nihil potest esse felicius, nihil etiam largius atque proficiens. etc. Eandem promissionem fecerat dominus per Isaiam: tunc ait, inuocabi, & dominus exaudier: clamabis. & dicet, Ecce adsum. Quis est tunc; nisi, cum prædicta virtutis officia compleueris oratione, clamabis ad me, & ego diligens, & velox protector effectus, statim adstabo tibi, & quicquid postulaueris, ipse patrabo? prope est Dominus omnibus in omnibus

Isa. 58.

Psal.

144.

z
cantibus eum; omnibus innocantibus eum
in veritate. Voluntatem timentium se faciet,
& depreciationem eorum exaudiet, & saluos
faciet eos. Eis in libro Psalmorum dicitur: *Psal. 36*
Spera in Domino, & fac bonitatem, & in ha-
bita terram, & pasceris in diuinijs eius. De-
lectare in Domino, & dabit tibi petitiones
cordis tui. Reuela Domino viam tuam, &
spera in eo; & ipse faciet. Illi sperant in Do-
mino, & faciunt bonitatem assidue, & habi-
tant eam viuentium terram (vitam perfectam
intellige) que non tribulos & spinas germi-
nat, sed flores et lilia producit. Huius diuinijs
ad suavitatem & saturitatem pascuntur, quia
virtutum dulcedine perfruuntur, & honorū
operū ex illis promanantium copia satiantur.
Ita viuunt, ut non in sæculo, nec in rebus pe-
nitutis sed in Domino delectentur, & tunc
iuxta desideria & petitiones suas, assequan-
tur a Domino, quicquid impetrare gestiunt.
&c. Quis non in perfectis animaduertit
gemma perfeccæ castitatis, adamantē obe-
dientiæ, & carbunculum paupertatis? Qui
licet religiosi non sint, & alium quemvis
statum profiteantur, si tamen ad perfectam
virtutem venerunt, nec terrenis rebus ad-
harent, quo nihil pretiosius, nec diuinis
mandatis contradicunt, quo nihil robustius,
nec se carnis colluione contaminant, quo
nihil purius inuenitur. Quis neget illos
omnium

omnium possessores esse virtutum, quos perfecta charitas occupans, sua familia regaliter replet, quæ in omnium virtutum cœtu consistit. Quis ambigat omnibus spiritus sancti donis abundare, & sapientes ac intelligentes esse, fortes, ac pios, & consilio, scientia, ac timore cooperatos, quorum mentes ipsi spiritus diuinus inhabitat, & in sui tempore ac ædem elegit? Quis non affimet eos ad Dei familiaritatem admisitos, Deum inveni quadam luce cognoscere, Deum sitire, Deum purissimo amore complecti, cum Deo colloqui, atque ei imitatione perficitur? Hæc dona Dei sunt infusos electos effusa, quorum obundantia primum squalorem & fætorem obrunt, & non uam dignitatem ac splendorem ostentant.

Virtus via est, per quam ad honorem gloriam peruenitur, non quia ipsa honorem querat, nam (si vera est) sui ipsius bonum, & Dei beneplacitum expedit: sed quia (Deo disponente) dum placere Deo quaerit gloriam etiam & honorem incurrit. Quia cum sit præmium virtutis, eo in loco celebratus est, ubi virtus aliud præceptabiliter querens, illum quoque velut suæ pulchritudinis congruum inueniat, in Psalmis legimus: quoniam Dominus virtutum ipse est deus glorie. Qui enim facit, ut virtutem se dementat, facit etiam, ut gloriam ut honorem, vel non lenter.

lentes acquihamus. Gloria virtutis sanctorū, Domine, tu es, quoniam virtutis amatores gloriosos efficis, honorabiles reddis, & honorem illis verissimum non fucatum nec simulatum constituis, & gloriam spontaneam non violentia extorū discernis. Minò autem Dominus ita statuit, ut studiesis virtutis honor ac gloria tribueretur, quia, ut inquit Bernardus: *Quæ sine virtute est gloria, profectò indebita venit, præproperè affectatur periculose captatur.* *Virtus gra-*
Bern.
ser. 1.
dus ad gloriam, virtus mater gloriæ est; fal-
lax gloria, & vana est pulchritudo, quam il-
la non parturit; sola est, cui gloria debetur
iure, & securè impenditur. Perspicuè liquet
perfectos viros honore esse dignissimos,
quorum non ordinaria est virtus: sed eximia,
fervens atque perfecta. Habet quidem per-
fecti omnes causas propter quas solemus
homines alios honorare. Honore ac reue-
rentia afficimus nobiles: sed omnes per-
fecti, sunt nobilissimi, quoniam sunt fratres san-
ctorum, cognati angelorū, & domestici, ac
filij Dei. Honoramus diuites: sed perfecti,
rebus humanis destituti, ditissimis sunt di-
tiores; quia si aurum & argentum & res pe-
tituras nō possident, virtutes & spiritus san-
cti dona, & consolationes cælestes, veras
diuitias, & semper duraturas obtinere no-
scuntur. Honoramus sapiētes ac literatos: sed

A a perfecti

370 P. ALVAREZ DE PAZ

perfecti sunt sapientissimi, qui sciunt seipso, & ideo tā verē seipso despiciunt, qui sciunt Deum, sciunt vias virtutis, & semitas sanctitatis, quas etiam in obscura nocte aduentatis sine illa offensione percurrunt. Homines utiles nobis, aut toti regno proficiunt. Sed perfecti manum Domini super peccatores extentam detinent, indulgentiam, & dona impetrant, & totius Eccl. lesia decorum ornamentum existunt, &c. Perfecti igitur sanctitatis amore seipso dignos honore cerunt: quate Paulus ait: *Gloria, & honor, & Rom. 2. pax omni operanti bonum, & paulò superius his qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem querunt, viam ueniam Dominus abundantiter donabit.* Quia ergo viri perfecti maximo honore digni sunt, Dominus eos non solum postquam sunt in ita functi, sed etiam dum viuunt, facit maximo honore a cunctis venerari, &c. illos vero ideo honore afficimus, quia Deum in le habent, quia eius virtutes & perfectiones imitantur, & quia aliquid (ut ita dicam) divini munera exequuntur. Nam eorum officio homines a dæmonibus liberant, a populi mala propulsant, prosperitates adferunt, & uertos ad virtutem, ad sanctitatem, ad vita cœlestis desiderium impellunt. Mundana nique nobilitas hominem ad tempus; sanctitas in æternum exaltat. Nobilitas, amicorum regum,

regum; perfectio Dei amicum & Angelis pa-
rem constituit, &c. hunc honorē verissimū,
in sanctitate quæramus, & sic terrenos ho-
nores, ut puerū ludicra despiciemus. Glo-
ria Christianorū, inquit Ephrem, Dei præ-
ceptum est. Gloria Christianorū, Apostolo-
rum & prophetarum doctrina. ^{Ephrem} Gloria Chri-
stianorum humilitas animi est, ^{de amore} spiritualis ^{pauperis}
paupertas atque obedientia. Gloria Chri-
stianorum mansuetudo & quies, omnibus
que se submittere, ac reverētiam tribuere.
Gloria Christianorū, atque corona est tri-
bulationes sufferre, & non indignari: taliſq;
amicus reperitur illius, qui dixit: Quoniam
tribulatio vestra conuertetur in gaudium,
ista omnia sunt verus honor, & vera sancto-
rum gloria, quoniam eos honorabiles red-
dunt, & verissimum honorem habentibus
deferunt, &c.

CAPVT XXXVI.

De victorijs perfectorū quam admirabi-
lis sit perfectorum vita, quam precio-
ſi mors & quam ineffabile præmium.

^{Ap. 7}
Iohannes vidit eos stantes ante thronum
& in conspectu agni, amictos stolis albis,
& palmæ in manibus eorum. Statio quidē
ante thronum sanctorum, honorem am-
plissimū, amictus albus, eorū vitam purissi-
mam, & palmæ manibus prælatæ, victorias

A a 2 obtentas

372 P. ALVAREZ DE PAZ
obtentas de hoste designat. Nihil enim glo-
riosius quam coram solio Regis regum sta-
re: nihil purius quam in conspectu agni que-
piam candidum apparere nihil victoriolus
quam inter cælites victorem hostium pro-
nunciari. Patentur se, non propria virtute,
sed virtute Domini de hoste reportare tri-
phos. Bernardus de sponsa loquens, ait: hu-
stra nititur, si non innititur, scilicet super di-
lectum suum. Perfectorū quoque vox est,
illa Pauli sententia, qua se viciisse & supera-
se testatur. Deo autem gratias, qui dedit no-
bis victoriam, per Dominū nostrum Iesum
Christum. Quam victoriam: Certe omnem
victoriam, qua vniuersos suos hostes victo-
runt; tres namque esse animæ humanæ ho-
stes, mundum, diabolum & carnem nullus
ignorat, qui conscientiam illuminatam mo-
liuntur extinguere insufflantes in cordibus
nostris desideria mala, motus illicitos; at
perfecti viri quam longissime possunt, ab se
ablegant, & tanquam cum immanissimis
hostibus nullum patiuntur cum eis inire co-
mercium. Imo illos vicos ac superatos
se fugant, & quisque eorum dicit & facit is
Iud Daudis: persequar inimicos meos, &
comprehendam illos: & non conuertar, do-
nec deficiant, confringam illos, nec por-
runt stare, cadent subter pedes meos. Mili-
Mun-

Bern.
serm. 85.
in Cant.
1. Co. 13

Psa. 17.

Mundus illis est crucifixus, quoniam (vt in-
quit Chrysostomus, omnia quæ vulgo pu-
tantur magnifica illis sunt mortua, & ipsi
mundo, quia mundanarū rerum cupidine
non tenentur, quippe qui mortui sunt illis.
Perfecti vīctores sunt mundi, cuius in se de-
sideria interficiunt, & plane illum in se-
ipsis occidunt.

Galat. 6.

Victoriam etiam perfecti de diabolo ho-
ste reportant, nam si diabolus superbia, in-
ani gloria, inuidia, & tristitia aduersus per-
fectos præcipue pugnat. Perfecti humiles
sunt, qui nec virus superbiæ, nec inanis glo-
riæ suscipiunt. Fratrum amatores sunt, qui
bona fratribus cupiunt, nec de eorum pro-
speritate tristantur. Hęc ergo dæmonis tela
non illis officiunt. &c. qui vt vincant, chari-
tate cinguntur virtutibus roborantur, gra-
tia Christi proteguntur, sine qua miserrimè
vincerentur. Quare si vīctores sunt, vincit
Christus in illis, de quo ait Ioannes, quia
exiuit vincens, vt vinceret, &c. Qui enim
poxia quæque abjicit, hostem poterit pre-
mit; & qui item læta contemnit, & aduersa
non metuit, quæ reliquit aliquando perver-
sa, non repetit, & ad cælestia feruenter cur-
rit, hostes quos in circuitu patitur, superare
declaratur, perfecti ergo viri seip̄os vndiq;
munientes, & carnis ac sensuum suorum
illictis motibus imperantes, glorioſiſſimam

Ap. 6.

A a 3

victoriam

victoriā de importunissimo hoste consequuntur: & quia bellum cum isto infestissimo inimico periculosius est, & victoria difficilior; ideo dum carnem vincunt, illūtorem mercedē accipiunt. *Vincenti* inquit *Dominus* per os *Ioannis*, *dabo manna absconditum, & dabo illi calculus candidum, &c.* Quis nam est iste vincens, qui victor pronuntatur, nisi qui blanditias carnis in semetipso per continentiam interimit? Huic in hunc victoriæ præmium datur manna absconditum, id est perfecta contemplatio diuinorum, & calculus corporis munditia castratum candidus, & nomen nouum, quo Christi filius quam simillimus compelletur. Digna propterea merces mundorum, qui nomen & dignitatem splendidissimam lucrantur, & carnis spurcias & fœditates contemnunt.

Has victorias de immar.issimis hostibus viri perfecti, in semetipsum pariunt, sed alii non minus gloriofas de eisdem hostibus suis proximis percipiunt. Quis enim semper explicare poterit, quantes perfecti peccatores orationibus à sæculo extrahunt, & trina à laqueis diaboli eripiunt, & solo exemplo à carnis nexibus liberant? Iusti enim viri

Ambr. in *Sal.* ta, inquit Ambrosius, redarguit peccatores, quem tacita maiore auctoritate condonat, quam si voce loqueretur, nec solum sanctum exemplum oculis iniquorum conspectu hostes animæ superat, sed & virtus solo diu percepta, aut in codicibus lecta, pro-

Basil.
serm. de
sanct.
Gordie.
martyre.

sternit. Vnde Basilius ait; quod cum in san-
ctis voluminibus Moysis vitam, morum le-
nitatem, nostrae naturae magnopere optata
audimus, statim æmulamur, &c. Est ergo
perfectas vitiorum intersector, dæmonum
profligator, passionum & sensuum viator.
Meritò profecto triumphali indumento, ve-
stietur, & multis coronis coronabitur. Nam
de sanctis scriptum est: quia sedent circum-
amiciti vestibus albis, & in capitibus eorum
corona aureæ. Quis enim albâ vestem me-
retur; nisi qui munditiam in vita seruauit?
& cuius caput multis ac diuersis coronis
ornatur, nisi qui nō vnam solam viatoriam,
sed multas de hostibus reportauit? imite-
mur ergo perfectos in fortitudine preliandi
atque in felicitate vincendi, ut cum illis cō-
similibus fertis coronemur. Nihil autem san-
ctitate rarius, nihil vita perfecta desiderabi-
lius; ergo nihil admirabilius inuenitur. Pra-
ui sunt innumerabiles, qui anfractus suorum
affectuum sequentes, in horrenda flagitia cor-
ruerunt. Communes boni in Ecclesia non
pauci, qui diuinis se mandatis custodiendis
addixerunt. Viri spirituales, & puritati ani-
mæ insistentes non multi (si cum alijs con-
ferantur) qui terrenis rebus despectis asse-
quendæ perfectioni diligenter insistant. At
viri iam perfecti, & consummati paucissimi
sunt, quorum vita ad gradum sublimissimæ
charitatis pertinet. Ad hæc enim omnia quæ vita perfecta requirit,

Ap. 4.

diligenter præstanda, quis tam idoneus? &
quis sapiens, vt custodiet hæc, & intellige-

Iob. 28.

misericordias Domini? Sapientia ubi inuenitur?
& quis est locus intelligentia? inquit Iob, ac-
si diceret, pauci sunt, qui mentem suam,
veræ sapientiæ, id est, perfectioni, patant, &

& se illibatos in domicilium sanctitatis ob-
seruant. Nec eiusdem oblitus est Salomon,

Pro. 31. dum scripsit: Mulierem fortem quis inuenit
procul & de ultimis finibus pretium eius. Quo-

niam pauci sunt, qui in statu imbecil-
litatis positi, se ad quærendam sanctitatem
fortitudine accingant. Si ergo perfecti non
sunt, & viri sancti paucissimi, profecto eo-
rum vita inter nos insipientium oculos in
admirationem rapiet, & supra omnes hu-
manas res stuporem & extasim excitabit.
Perfecti agut vitam mirabilem, & omnibus
intuentibus stupendam, quam Euangelium
docet, Spiritus sanctus inspirat, gratia dicit.

Mirabilissimum enim est, homines igno-
rantes, aut non magis quam alij sapientes,
naturam virtutum tam exquisitè cognosce-
re, & à rebus terrenis auulos, in mysterio-
rum cælestium contemplatione suspen-
dit. Mirabile est, homines infirmos, in tantam
fortitudinem deuenisse, vt dæmones rubo-
re suffundant. Mirabile est, homines, qui se
ipsos abscondunt, & velamine humilitatis
occultant, ipsa absconditione sua multo me-

lius

lius fulgere, & inter alios homines splendi-
dus emicare. Mirabiles planè sunt isti viri,
in quibus tam stupēda mutatio facta est, ut
pro virtutis ament, pro honore igno-
miniam, & pro rebus mundi, res cælestes.
Aut potius mirabilis Deus in illis; quia mi-
rabilis Deus in sanctis suis. Ut cor humanū
illicentia & captiuantia non sentiant, & res
divinas tam incredibili auditate suspirent.
Sanctum ac mirabilem vitam sancta & pre-
tiosa mors sequatur necesse est, ut finis prin-
cipio cogruat, & initium mercedis cum la-
bore conueniat. Quare perfecti qui sancte
vivunt, & in terris sine querela conuersan-
tut, sancti & tranquilla morte solent hiac
emigrare. *Pretiosa in conspectu Domini mors san-
ctum eius: pretiosa quidē, quia ut sors magni
valoris. Mors ita à prophetis, & spiritu diu-
no plenis laudata, ita à sapientibus & pru-
dentibus vitæ præposita, aliquid magnam
& pretiosum habet absconditum, cuius gra-
tia ipsa est bona atque pretiosa: & quidem
ita est, nam hæc iustorum mors, finis est la-
borum, principium quietis, fuga tristitiae &
aduentus lætitiae: sedatio tempestatis & ini-
tium tranquillitatis, consumatio exilij, & re-
ditus in patriam. Mortē ergo perfectorum
quidam Dei afflatus permoti, ardenter desi-
derāt, quæ amore cælestium illecti cū Pau-
lo clamant: cupio dissolui & esse cū Christo. *Phil. 4.**

meritò

Ps. 115.

Meritò autem iusti, & præcipue viri sancti
atque perfecti mortem sibi bonam existimat

*Bern. in
transitu
Malach.* quoniam morientes peccata, & pericula
labores huius vitæ mortalis fugiunt, via
multis desiderijs optatā securitatem pem
nia nt, Triplex in morte cōgratulatio est ho
minis, inquit Bernardus, ab omni peccato &
labore & periculo liberari. De morte cog
tant, quasi de transmigratione quadam al
vitam meliorem, ad perpetuam & immorta
lem, finemque nō habentem. Et Basilius
quit, somnus iustis est mors. Imò magis in
gratio ad vitam meliorem. Hinc est, quod
martyres exultant, dum trucidantur. Nā de
siderium fælicioris vite, iugulationis dolor
extinguit, & emortuum reddit. Cùm ergo
tēpus mortis, & hora trāitus appropinquat,
non tristitia absorbentur, non desiderio re
uendi opprimuntur, nō timore immoderata
turbantur, sed cognitione æternitatis instru
cti, & amore diuinitatis inflammati, timori
naturalem cohibent (faciente hoc efficacissi
ma gratia Dei) & cùm summa tranquillitas
communē naturæ necessitatē excipiunt. I
ea hora sui compotes facti, non miseram ho
minis sortē deflent, sed seipso Creatori qu
amārunt, & cui obsequiū sunt, cum fiduci
cōmendant, & adhuc extremū spiritū age
tes, pro eius gloria ea loquuntur, quæ pra
sentes ad virtutē colendā disponant. Unde
sanctis & perfectis viris in omnium terris
lissimo (quod vocavit Philosophus) tāra quies

vnde tanta fiducia, vnde tanta tranquillitas? nisi ex vita puritate profecta est, & ex abundantia gratiae, quae natura ipsa titubantem, & se per timideitate turbantem corroborat, & puras animas e vinculis carnis excentes, spe melioris vita fortificat? *Quis enim, ut Cyprianus ait, non ad meliora festinet?* *Quis non mutari, & reformari ad Christi speciem, & ad celestis gratiae dignitatem venire citius exoptet?* Ia pugna mortalitatis, & mortis accedit. iam homo perfectus naturali pugnae non valens resistere, vi etus ac prostratus succumbit, & tamen suauissime spiritu reddit, quia amaritudinem mortis, & sensum doloris magna ex parte immutabile & moderatum aduertit. *Hunc dolor in nonnullis sanctis praemissa illustratio minuit.* Nonnunquam enim, ut Gregorius *Greg. 4.
dialo g.
6.47.* ait, omnipotens Deus trepidantium mentes quibusdam prius revelationibus roborat; ut in morte minime pertimescant. In alijs desiderium habitationis celestis, & exspectatio divinae visionis extenuat: nam si patriae memoria labores longissimi itineris aufert, currecordatio illius nostrae ciuitatis, in qua sancti regnaturi sunt, magna ex parte mortis metu & trepidatione non tollat: in alijs ipsa consuetudo moriendi modo, & ab negandi seipso mortis dolor deprimit. *Ac tandem omnes iustos Christus in hora mortis suauissime recreat.* Vnde vinceti apud Iohannem promittitur *Ap. 2.* stella matutina, quae ipsum Salvatorem nostrum designat. Nam sicut stella matutina finis est

*Cyp. ser.
de morte*

580 P. ALVAREZ DE PAZ

noctis, & diei aduenientis exordiū: ita Christus viris perfectis extremum spiritum agentibus aut visibiliter aut inuisibiliter aderit & vitæ huius obscuritatem terminat, virtus æternæ iam instantis claritatem incipiat. *H*oc omnia quæ tetigimus in viris sanctis & iustis non modicum de dolore mortis detrahunt. Quare quieti & imperturbati in Angelorum & Sanctorum præsentia, quos aliquando visibiliter vident, aliquando inuisibiliter adesse sentiunt, purum spiritum creacos restituunt &c. O igitur felix, ac beata sanctorum mors, quam tot ac tanta bona nobilitant. Volo te, inquit Bernardus, moriens & si non effugere, certe vel non timere, iustus quippe mortem, et si non cauerit, tamen non pauet. Denique si morte præoccupans fuerit, in refrigerio erit. Moritur quidem iustus, sed securè, quippe cuius mors, ut presentis est exitus vitæ, ita introitus melioris. Bona mors, si peccato moriaris, ut iustus viuas. Hæc mors necesse est, ut præcurrit, ut sequatur illa secura. Dum viuas in carne, morire mundo, ut post mortem carnis Dei viuere incipias &c. Omnes iusti, æternum præmium suis meritis satis impar consequentur. Omnes Deum facie ad faciem videbunt omnes eum sine vlla intermissione amabunt, omnes sine cessatione laudabunt. Vna erit in cælo vniuersorum iustorum ciuitas, vna co-

Top. 4.

munis habitatio, unus cibus & potus, qui in
gusto diuinę claritatis consistet, vnum indu-
menti genus, quia omnes gloria & splendore
fulgebunt, & vna actio, qua Deum videndo
tenebunt, tenendo gaudebunt, & gaudendo
cum summa exultatione laudabunt. At in re-
ceptione huius gloriae, ac in eius qualitate,
magna erit iustorum imperfectionum perfectio-
numque diuersitas. At istam vitam perfectam,
& leuia peccata ac imperfectiones cauentem,
statim amplissima gloria suscipiet. Quod
Gregorius palam attestatur, in hunc modum
scribens: luce clarius constat, quia perfectorum
animae, mox ut huius carnis claustra exeunt,
in caelestis regni sedibus recipiuntur: quod
& ipsa per se veritas attestatur dicens: *Vbi-*
tunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aqui-
la. Quia vbi ipse Redemptor noster est cor-
pore, illuc proculdubio colliguntur iustorum *Lac. 17.*
animae. Et Paulus: cupio dissolui, & esse cum
Christo. Qui ergo Christum in caelo esse non
dubit, nec Pauli anima esse in caelo negat;
qui etiam de dissolutione sui corporis, at-
que de inhabitatione caelestis patriae dicit:
Scimus quoniam si terrestris domus nostra
huius habitationis dissoluatur, quod ædifica-
tionem habemus ex Deo, domum non manu-
factam, sed æternam in celis. Alterum vero
discrimen est, quod iusti imperfecti minorē
gloriam, ac perfecti maiorem gloriam acci-
piunt.

Greg. 4.
dialo. 6.

Lac. 17.

Phil. 1.

382 P. ALVAREZ DE PAZ

piunt. Nā qui parcē seminat, parcē & meret.
Dominus etiam redditurus est vnicuiusque
cunctum opera sua; Quare qui magna bonis
gessit, magnis bonis dabitur, & qui pa-
Aug. p. med. gessit, minora recipiet. Augustinus ait: Quo
6.25. dispar est gloria singulorum, sed communis
est lætitia omnium.

CAPUT XXXVII.

Quā iucunda sit perfectorum memoris, & quā
perfectio ob summam sui dignitatem ab ali-
bus sit excolenda.

Perfectos viros in cælesti patria recep-
& apud Dominum exultantes, fideles
sua memoria non deuent, nec terrenē ob-
uiscuntur, sed eorū honorificē recordantur.
Quos enim sancte & perfecte vixisse con-
periunt, aut statutis temporibus, aut quocum
memoria ipsorum incidit, non sine laude
admiratione concelebrant. Idque Salomon
Deo inspirante cognovit, dum interfusa

Prov. 10 sententias hanc etiam scripsit: Memoria nū
cum laudibus, & nomen impiorū putrefacit.
Vir iustus atque perfectus memoriam in
cordibus hominum perpetuam, & illam ho-
norificam, & laudibus refertam assequitur.
Vtrumque sanctus David vno versu con-
plexus est; in memoria æterna erit iustus, &
auditione mala non timebit.

Exo. 28 Non nihil etiam huius utilis, & iucunda
perfectorum memoriat, quam post se relin-
quunt, in ueste Sacerdotis figuratum in re-
gione

gimus. Nam illa vestis, ex qua mala punica, & aurea tintinnabula dependebant, quorū dulcis sonus ingrediente Sacerdote tabernaculum aures vniuersorum adstātūm pulsabat. Extremitas huius vestis finis ipse est sancta & cælestis conuersationis, quæ in pendibus finitur, quoniam ad finem vñque vitæ perdurans, in aliam meliorem conuersationem commutatur. Sed vide quid ex hac extremitate siue ora dependeat: certè mala punica, & tintinnabula, quæ iucundam & sanctam perfectorum memoriam designant. Tintinnabula namque sonant, & ad efferenda lumina, & ad videndam vestem Sacerdotis, & mala punica nos prouocant. Et dū verba, quæ vitæ perfectorum tractant, audimus, nihil aliud internis oculis, quam sanctissimā quandam vitam, & cælestia desideria, Charitatis opera, & purissimas omnium virtutum actiones adspicimus. Quibus & ad laudādos sanctos ipsos, & (quod præcipuum est) ad laudandum Dominū sanctitatis auctorem, & omnis perfectionis datorē permouemur. Quis enim alicuius perfecti viri vitam & actus considerans, non clamet cùm Davide: *PS. 144:* Generatio & generatio laudabit opera tua; & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabūt, & virtutē terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantia suavitatis tuæ

tuæ euætabunt: & iustitia tua exulabunt.
Veile De mine omnes gentes, omnes quæ
tiones opera tua laudant, & potentiæ tuae
prædicant, illa scilicet opera præcipue, quæ
in sanctis tuis facis, & illam potentiam quæ
in mutatione & emundatione cordium tuorum
ostendis. Narrant, inquam, illam immensam
magnificentiam, quadilectos tuos è vinculis
terum mundanarum ereptos, sanctitate multi-
plicas, & mirabiles aquarum cælestium deos-
sus, quibus illos emundas. Memoriam huius
eximiae potentiae & suauissimæ misericordie
omnes eructant, & id nimis vtiliter, quia di-
horum operum recordantur, ad tuam infi-
tiam consecrandam interius exultant. Om-
nia quæ in superioribus dicta sunt manifesta
confirmat summam esse perfectionis digni-
tatem, quam vniuersi homines deberent ap-
petere. Nā si pro mundi dignitatibus indeli-
cibili studio laborant, quanto vtilius ent
illis, pro dignitate perfectionis laborare, qæ
non solum in hoc seculo magnos & hono-
rables reddet, sed etiam id futuro, atque in
regno Dei, & in eternum, & apud Deum &
Angelos eius claros & gloriosos efficiat.
Dignitas perfectionis magna est, & (vtrita-
cam) ampla, quæ si volumus, cito incipit, &
nunquam nos deserit, & sanctissimis vole-
ptatibus nos ipsos illinit. Quis enim eius
magnitudinem poterit explicare, quæ omnes
cogitare possunt?

cogitationes, omnia desideria, omnia verba, & omnia opera mentis nostræ componit, & Deum nobis propitium, Angelos benevolos, homines amatores, & omnes creaturas subditas reddit: perfectio non tam voluptatibus plena, quam ipsa sanctissima voluptas est, quæ mare conscientiæ sedat, fluctus desideriorum tranquillat, & delicias Angelorum, quas in Dei cognitione & amore omnis vera sapientia constituit, è cælo in terram aduehit, & in mentes perfectorum inuehit. Perfectio seipsa honestissima; seipsa pulcherrima, quæ huius vitæ summa felicitas, quæ nos Deo amicos, Dei filios efficit, quæ nos vnum spiritum cum Deo facit, quanto magis erit digna, quæ ab omnibus exoptetur? Si aliquando mens nostra de bello cogitat, & seipsa in de virtutum ac vitiorum conflictu sollicitat quare non cogitat, quia vna virtus multis vitijs fortior, vna bona voluntas multis affectibus prauis superior, vna gratia innumeris aduersarijs robustior? Si vero mens humanâ tam crassa est, & ignara, vt nulla facta cōparatione vitiū, illum numerū cogitet, & solā multitudinem pro se, aut aduersus se pugnātem aduertat, quare nō cogitat, quoniā Deus, omnia creata, Angeli & homines, cœlestia & terrestria, visibilia & inuisibilia eā aduersus vitia pugnantē iuuent, eā cingāt atq; defēdāt? ideo inquit sapiētia de iustis loquēs: accipiēt

B b regnum

386 P. ALVAREZ DE PAZ
regnum decoris , & diadema speciei de ma-
nu Domini: quoniam dextera sua teget eos,
& brachio sancto suo defendet illos ; acci-
piet armaturā zelus illius , & armabit crea-
turam ad vltionem inimicorum, &c. Cog-
ta nunc ô frater tepide, an possis cum gen-
tum millibus , imo cum infinitis millibus
occurrere ei, qui cum viginti millibus venit
ad te? an tu nō poteris accipere regnum de-
coris & diadema speciei de manu Domini?
An non poteris perfectionem cōsequi, qui
in te ipso regnes, & in perpetuum vīctor co-
roneris, quam pueri & puellæ confequio-
tuerunt , & vīctis hostibus ad sanctitatem
properārunt? Sed esto, quod tu non potes,
an Deus in te non poterit? hostes tuos vī-
cere, affectus cohibere , lacertos roborare,
pedes dissoluere, ut curras, & pugnes, & vī-
cas, & vīctoriam de te ipso reportes? an om-
nis creatura Dei fortitudine armata , qui
pro te contra insensatos, id est, contra vītas
pugnat (dum angeli te circumdant) non po-
terit te ad expugnandam perfectionem, &
ad superandas vitiosas consuetudines adi-
uare? Satis degeneris animi es, si tantis pra-
fidijs suffultus , non vales cum hostibas in-
gatis configere. Dæmones enim hostes in-
gati sunt, quos Christus sua morte ligauit,
& ne nisi solo latratu nobis nocerent, suis
doloribus compediuit . Facilis ergo nobis

est ad perfectionem & vitæ puritatem accessus, quia semper se maximam & primo adspicere inaccessibilem non viribus humanis assequimur, sed Spiritus sancti afflatu ad illam impellimur, & efficacissimis Dei auxiliis & omnium creaturarum (ut ita dicam) monitis, ad eam capessendam adiuuamur. Quis non videat facillimum esse virtutem diligere, & eius præceptis obedire, & difficillimum vitia diligere, & eorum iussis obtemperare, perfecta virtus clara est, vitium obscurum: virtus pulchra, vitium fœdum. igitur facilius est virtutem & animi puritatem colere, quā vitijs horrendis adhærere.

Omnis de perfectione doctrina tribus partibus, cognitione, desiderio, & actione concluditur: quarum cognitio intellectum perficit, desiderium voluntatem accedit, & actio tum ipsam voluntatem, tū reliquas vires animæ studio virtutis absoluit, cognitione sine desiderio parum est utilis, desiderium est sine actione mutilum, quia ad hoc datum est nobis, ut ea, quæ desiderio cupimus, labore actionis assequamur, quoniam ad hoc bona cognoscimus ut desideremus, & ad hoc cupimus, ut opere siue actione compleamus. Tota quidē perfectionis ars in amore posita est, quo Deum propter seipsum, & propter Deū proximum quoque diligimus, & ex amore vniuersam legem imolemus.

Bbz

Ca-

C A V T XXXVII.

*Perfectionem donum Dei esse, non tamen nostram
cooperationem excludere.*

Perfectionis gemma gratissima, nec ei
natura nobis obuenit, nec ex necessi-
tate accidit, nec ex de bito contingit, sed do-
num Dei est, & quidem amplissimum, quod

1. Cor. 1

Deus diues in misericordia hominibus la-
ga manu concedit. Fidelis Deus, ait Paulus,
per quem vocati estis in societatem filii
eius Iesu Christi Domini nostri. Non for-
tuna vos impulit ad societatem Christi,
qua omnis sanctitas, omnisque perfectio

*Chrys.
hom. in
1. ad Co-
rint.*

fidelium signata est, non fatum vos traxit,
non vis astrorum adegit; sed voluntas Dei
amantis vos, & liberaliter diligentis, qua
nullam vim libero arbitrio intulit, ad Iesu
Christi societatem (quam omnes iusti pro-
fitentur) & ad perfectionem euocavit.

Quam necessitatis exclusionem hoc loco
animaduertit Chrysostomus; & non solum
animaduertit, sed & optima ratione stable-
lit. Non, inquit, vim infert Deus, neque co-
git, & quisnam ad præmia, coronas, cōiuic-
festos dies, nolentes atque inuitos trahat.
Nemo, inquam, iniurius namque esset. He-
raclite mutatio, quæ ex homine carnali fit
spiritualis, & ex peccatore iustus & sanctus,
non necessitatis est, sed dexteræ excelsi. Ite
excelsus

excelsum est (nam & in hoc celitudinē suæ
 pietatis commendat) qui commutat co-
 gitationes & desideria terrestria in cogita-
 tiones & desideria cælestia: qui conuertit
 lutum in aurum, saccum in sericum, & ex vi-
 lissimo peccatore hominem iustum & pla-
 nè sanctum, ac perfectū educit. Si ergo per-
 fectio nec naturalis est homini, nec necessa-
 ria, nec debita; erit sine dubio benignitate
 Dei & misericordia donata. Deus qui diues est *Ephr. 2.*
 in misericordia propter nimiam charitatem suam,
 qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis,
 conuinicauit nos in Christo (cuius gratia estis
 saluati) & conresuscita uit & confedere fecit in cæ-
 lestibus in Christo Iesu: ut ostenderet in seculis su-
 peruenientibus abundantes diuitias gratia sua in
 bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim
 estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis:
 Dei enim donum est. O quam magnum do-
 num sancta perfectio, quod Iacobus Apo- *Iacob. 1.*
 stolus donum perfectum appellat: Omne datum
 optimum, inquit, & omne donum perfectum de-
 sursum est. O quam magnum donum quod
 Paulus donum cæleste vocat! impossibile
 est, inquit, eos qui semel sunt illuminati, gusta-
 uerunt etiam donum cæleste & particeps facti sunt
 Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum
 Dei verbum, virtutesq; seculi venturi, &c. gustant
 donum cæleste, nempè abundantissimam
 gratiā. Si perfectio donum Dei est, exspecte-
 mus illam à Dño, & donec eam donauerit

Heb. 6.

390 P. ALVAREZ DE PAZ

patienter feramus, patientes simus, non nostræ salutis oblii, sed ad gemmam hanc pretiosam accipiemus cooperemur. Ad quod nos mouet Dauid, dicens: *Exspecta De-*

Psal. 26. *minum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum:* ita exspecta, ut tamen non otio torpeas, sed secundum vires tibi a Dominino datas fortiter agas: ita profecto exspectandum est, quoniam Dominus non dormientibus nec oscitantibus hanc pulcherrimam margaritam perfectionis donat, sed vigilantibus, & pro ea contra seiplos, & aduersus omnia vitia decertantibus, benignus communicat: ita sustinendum, quoniam nostrum laborem ex gratia sua procedentem, & nostram cooperationem, ad sanctitatem

Leo. ser. impertiendam requirit. Nam, ut ait Leo

z. Epip. Papa: quamuis omnium bonorum sit ipse

6.3. largitor, etiam nostræ tamen fructum quærit industria; non enim dormientibus prouenit regnum cælorum, sed in mandatis Dei laborantibus, atque vigilantibus: ut si dona illius irrita non fecerimus, per ea quæ dedit, mereamur accipere, quod promisit. Ut autem sciamus perfectionem ita esse donum Dei, ut ei consequendo debeamus diuina gratia iuante cooperari, diuersos loquendi modos in hac re sacra scriptura frequentem usurpat, ut hoc iustitiae, ac perfectionis operi & Dei esse & nostræ etiam industria Dei

gratia fulcitæ nobis aperiat. Ait enim: **Non** *Rom. 9.*
volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Et *Isa. 1.*
Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis, *Phil. 2.*
Rom. 2.
Ioan. 6.
Tacob. 4.
Psal. 26.
Prou. 4.
Iere. 4.
Psal. 50
Ezech.
11.
Ezech.
18.

iterum verò. Deus est qui operatur in vobis
 vella & perficere. Et, Reddet vnicuique secundum
 opera sua: Et rursus, Nemo venit ad me, nisi pater,
 qui misit me, traxerit eum. Et, appropinquate Deo,
 & ipse appropinquabit vobis, præterea: perfice
 gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur vé-
 stigia mea. Et dirige semitam pedibus tuis, & om-
 nes via tue stabilientur. Deinde: laua à malitia
 cor tuum Ierusalem, ut salua sis. Et cor mun-
 dum crea in me Deus, & adsperges me Domine hy-
 sopo & mundabor, lauabis me, & super niuem
 dealabor. ac tandem: dabo eis cor nouum, &
 spiritum nouum tribuam in visceribus eorum. &c,
 facite vobis cor nouum & spiritum nouum. Hæc
 omnia & alia similia pene innumera mani-
 festè indicant omnem virtutem, omnem in-
 que animæ perfectionem donum Dei esse,
 sed ita, ut laborem nostrum exigat, & in-
 dustriam non excludat. Docent etiam om-
 nem laborem & omnem industriam no-
 stram, ad perfectionem necessariam, cas-
 sam esse, & inutilem, nisi eam gratiæ diuinæ
 spiritus excitauerit, & in opus prodeuntem
 comitatus fuerit, & stabilitate ac perseve-
 rantia compleuerit. Si ergo donum hoc
 magnum, & eximium perfectionis volumus
 ei consequendo, modis omnibus, quibus

B b 4 possumus

392 P. ALVAREZ DE PAZ

possimus cooperemur, &c. cooperemur itaque gratiæ Dei, ut mentis nostræ sanctitatem ab eo impetrare possimus: ad quod Paulus ipse nos hortatur, dicens: *Adiuuante*

2. Cor. 6. *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipi-
tis: ait enim, tempore accepto exaudiui te, & in
die salutis adiuni te: ecce nunc tempus acceptabilis,
ecce nunc dies salutis. Deus namque in tem-
pore sibi accepto exaudit nos, & in distri-
buti nostre destituto gratia sua adiuuat nos.*
Hoc autem tempus non est profecto aliud
quam tempus vitæ nostræ, quod sub Evan-
gelica lege transigimus. Hæc dies non est
alia, quam dies conuersionis nostræ, & via
spiritualis nostræ, quæ si æternitati compa-
retur, non longior est hesterna die, quæ
præteriit. In hoc tempore Domino sans
accepto, & in hac die ad operandam sa-
lutem animæ nobis concessa, abundans
gratia data est, cuius præsidio donum per-
fectionis assequamur. Ne in vacuum re-
cipiamus eam, sed ei fideliter & diligen-
ter cooperemur. Hæc vnum Dei donum
est, sed multa bona continet, quia & ani-
mæ pulchritudinem, & memoriae tranquili-
tatem, & intelligentiæ lucem, & volunta-
tis reætitudinem comprehendit, & om-
nium virtutum animæ decorem, ac ipsius
corporis continet puritatem. Duo igitur
sunt, quibus homo Deo ad suam perfec-
tionem

nem consequendam cooperatur, desiderium
& opus: nam ardentissimis virtutis, & per-
fectionis desiderijs ac sanctis operibus velut
quibusdam instrumentis aptus efficitur, &
ad excipiendum sanctitatis donum dispo-
nitur. Nam desiderium & opus, sunt duæ Ap. 12
alæ datæ mulieri quæ peperit masculum, vt
volaret in desertum in locum suum, ubi ali-
tur per tempus, & tempora, & dimidium
temporis. Quæ nam est ista mulier? nonne
anima perfectionis auida, quæ spiritualis
sapientiæ luce tanquam sole vestitur, & lu-
nam mutabilitatis proterit, & caput eius
virtutibus tanquam stellis circumdatur? &
quod masculum peperit nisi propositum
proficiendi, & ad sanctitatem sine villa cessa-
tione properandi: in quod autem desertum
secedit, nisi in secretum spiritualis vitæ, vt
interpretatur contemplator Richardus, in
quo tanquam in amabili solitudine ab stre-
pitu sæculi delitescit? Duabus itaque alis de-
siderijs, & operis in hunc desertum volat, quia
benè desiderando & operando, ad optatam Rich. lib.
4. in
spiritus tranquillitatem appropriat. Ibi autem Apoc.
cap. 1.
scilicet in spirituali conuersatione alitur per
tempus, & tempora, & dimidium temporis,
quia in initio virtutis, & in profectu, & in
perfectione eius diuina gratia reficitur. His
itaque duobus pedibus desideriorum, &
ope-

CAP V T XXXVIII.

Multa esse, quæ hoc perfectionis desiderium eximiunt
quorum primum est ipsius æstimatio perfectionis.

Non est facilè humano cordi his vero &
efficacibus perfectionis desiderijs arde
re, & illorum vi, ad quærendum perfectam
virtutem incitari: quoniam natura nostræ
peccatis & immoderatis affectibus irreduc
& amori rerum visibilium assueta, quasi du
bus catenis vincita tenetur, ne in altum vo
let, & in desiderium inuisibilium assurgat.
Quare iste amor, istudque desiderium al
iquibus remedij excitandum est, & hic
ignis ex duro silice cordis nostri quibusdam
ictibus excutiendus, qui cooperatur grata
Dei, & ignem desideriorum accendant, &
nos ad capessendam perfectionem dispe
nant.

Primum vero, quod perfectionis deside
rijs obstat, est ignoratio perfectionis, cum
amplitudinem & Maiestatem, quia non
cognoscimus, non in multo pretio habemus
& quia eius æstimatione caremus, ideo ni
hil

hil de perfectionis possessione curamus. O
quantum potest in mentibus insipientium
ita ignoratio, quam miserabiliter hæc cæci-
tas illos dementat, quam fortiter ne pro per-
fectione laborent, & ne ad sanctitatem cur-
rant, ipsorum manus & pedes ligat. Huic
ergo hominum cæcitati & ignoratiæ nos lu-
cem diuinam & sapientiam cælestem oppo-
namus, & nihil dignius, nihil illustrius, nihil
gloriosius perfectione putemus. Si ergo illa
bona corporis æstimamus, & in magno
pretio habemus; quanto magis perfectio
æstimanda est, cuius comparatione omnia
illa bona simul accepta minus sunt, quam
respectu maris immensi stilla roris exigua?
Tu ô homo quæris bona, quæ te satient, de-
sideras pacem cordis tui, possidendo ea quæ
te impleant, & tua desideria consoliant;
disce igitur vbi sit prudentia vbi sit virtus,
vbi sit intellectus: ut scias simul vbi sit lōgi-
turnitas vitæ, & viætus, vbi sit lumē oculorū
& pax. Disce inquam, prudentiam virtutum
aurigam, qua omnia secundum finem æter-
næ vitæ disponas, disce omnem virtutem,
ut secundum illam tuam vitam instituas,
disce sapientiam, quânicunque rei debitum
locum tribuas, & sic acquires vitæ longi-
turnitatem perpetuam, abundantiam om-
nium bonorum aggregatione plenissimam,
lucem,

lucem, quæ omne bonum scilicet Deum, vi-
deas, splendidissimam, & pacem, quæ
omni concupiscentiarum bello liberet, & o-
uibus supernis associet.

Cum itaque perfectio sit maximum
hominis bonum, ac præstantissimum on-
nium donorum, quæ in hac vita nobis po-
sunt contingere; assuescamus ita illâ adi-
cere, ita de illa cogitare, ut de re verè mag-
atque pretiosa, quæ omnia aut magna, ut
utilia, aut suavia mundi in immensum ex-
superet. Quanti momenti esse debent apud
me perfectionis, & virtutis obsequia, quibus
peccata mea deleo, Christum iudicem
meum placo, in eius me intimam familiar-
itatem insinuo, & in incomparabilem digni-
tatem amicorum Dei, & filiorum dilectioni-
morum adscendo? Quam Deus ipse iustis per
Ieremiam pollicetur, dicens: non glorieat
sapiens in sapientia sua, & non glorieat
fortis in fortitudine sua &c. sed in hoc glo-
rietur, qui gloriatur, scire & nosse me: quia
ego sum Dominus qui facio misericordiam
& iudicium, & iustitiam in terra: Haec
enim placent mihi, ait Dominus. Ecce, o
anima mea, obsequia, quæ Deum placant,
& eius cor emolliunt, & ad faciendam no-
biscum misericordiam inclinant: non va-
da & superba scientia, quæ alios despici-

Iere. 9.

& nimis de se præsumit, sed notitia timoris
& amoris Dei affectum attrahens, & in opus
prodiens, hæc est, quæ placet Domino, &
eius beneficia promeretur.

Has verò meditationes, quibus mentem
nostram ad perfectionis æstimationem eru-
dimus, orationibus assiduis fulciamus, & à
Domino quotidie notionem pulchritudinis,
ac maiestatis veræ virtutis sollicitè & ob- ^{Jacob. 1:5}
nixè postulemus. Si quis indiget sapientia
inquit Iacobus Apostolus, postulet à Deo,
qui dat omnibus affluenter, & nō imprope-
rat, & dabitur ei. Quænam vtilior sapientia,
quam Deum scire, & mandata eius obserua-
re, & ad puritatis fastigium peruenire? &c.
Crescat igitur in nobis perfectionis cognitio,
crescat & sanctitatis æstimatio, quia hæc de-
siderium & concupiscentiam excitabit, &
omnem pigritiam ac locordiam in seständis
bonis o peribus submouebit.

Secundum excitatorum desiderij perfe-
ctionis est scire, quod temporalia nō satiant.
Cor humanum, dū hæc vita vinitur, quæ tota
inanitas & mendicitas est, desiderijs va-
cuum esse non potest. Cor autem hominis
in vita mortali, nec bonis plenum est, cui
tot bona desunt, nec suum finem est asle-
quutum: consequens ergo est, vt desiderijs
æstuet, & aliquod bonum, quo caret adi-
pisci desideret. In his ergo rebus oportet
sua

sua desideria collocet, quæ habita ipsum im-
pleant, ipsum perficiant & satient, ne in-
prudentiæ & ignorationis arguatur. Vida-
mus nunc igitur quid nobis concupiscen-
dit, vt cum nouerimus temporalia nullo mo-
do esse desideranda, quæ sursum sunt, nim-
rum spirituala & cœlestia appetamus. Quæ
promittens Dominus cibum homini legi-
custodienti ait: *Cibabo te hæreditate lacu-
tris tui, os enim Domini locutum est*, vt scimus

Isa. 58. hæreditatem æternam, quæ à virtute incipit
& in præmio virtutis consistit, cibum di-
mentis humanæ, tum suauissimum, tum pe-
clarissimum; extra quem erit quidem aliquod

Richard serm. de spirit. sanct. quod eam distendat, & inflet, non tam
quod replete, & satiet. Pulchrè sane Richar-
dus, antiquorum sententiâ Philosophorum
correxit, qui hominem mundum parum

appellarunt, qui potius mundus maximus
vocandus esset, quoniam totius mundi po-
tessio, sinus & recessus mentis humanæ non
replet. Nonne, inquit, Philosophi videntur
errasse, qui hominem microcosmum, id est
minorem mundum dixerent. Nunquid non
obsecro non merito maior mundus dicer-
dus est humanus ille animus, qui mundo
tique maior est: quem totus mundus nulla
sui dilatatione, nulla sui multiplicatione la-
tiare potest? Si humanus animus maior &
capacior est mundo isto visibili, & istum

eum

omnia visibilia continentem res paruæ non
replent, quoniam modo illum replebunt? Ni-
mirum ad imaginem Dei facta anima ratio-
nalis, ceteris omnibus occupari potest, re-
pleri anima non potest. Capacem Dei,
quicquid Deo minus est non implebit, &
aliam multam eo loco Bernardus, quibus aper-
tè demonstrat terrena mentem hominis sa-
turare non posse. Cibus enim verus animæ
Deus est, qui eius capacitatì satisfacit, reliqua
verò, quæ facta sunt, non possunt tantam ca-
pacitatem replere, nec summi boni deside-
ria satiare. Vnde Augustinus ait: Cum anima
creaturam desiderat, continuam famem ha-
bet quia licet, quod desiderat, de creaturis
adipiscatur, vacua tamen remanet, quia ni-
hil est, quod eam impleat, nisi tu Domine,
ad cuius imaginem est creata: imples autem ^{Aug.} in fols
tu eos, qui nihil aliud desiderant præter te, ^{loq. cap.}
& facies eos dignos te, sanctos, beatos, im- 30.
maculatos, & amicos Dei, qui omnia repu-
tant ut stercora, ut lucrifaciant te solum. Si
ergo desideria nostra in aliquo ponenda
sunt, & in rebus visibilibus ponenda non
sunt, restat ut aliqua quæramus, in quibus ea
constituamus, bona verò eius generis cu-
pienda & quærenda sunt, quæ sunt vera bo-
na, quæ nostra desideria restinguant, quæ
habita nos bonos & beatos faciant, quæ
nos Deo coniunctos, Angelis gratos, & ho-
minibus

Bernard
declam.

sup. ecce

nos re-
liq. omn.

Tertium excitatorum desiderij perfectionis, quod spiritualia animo satisfaciunt. Qui aliqua arte sibi necessaria lucrativa potuit, solet autem illam relinquere, & pro alia commutare, qua sperat se maius lucrum accepturum, quod suo cibo & vestimento sufficiat. Qui etiam alicuius heri obsequiū addictus, cum magno labore & sine via emolumento famulatur, utile iudicat illum herum deserere, & alteri se adiungere, in cuius domo facilius seruiat, & mercudem copiosorem acquirat. Et nos hacten permoti saeculum, Dominum sat durum abiecimus, & Christi nos obsequiū addiximus, cuius iugum suave est, & onus leue: quod utile nobis non erit, nisi veteri arte prætermissa, qua amoris terrenorum in hæsimus, nouam artem, & magis quæstusam addiscamus. Discamus igitur aliam artem, scilicet spiritualem vitam, quæ non impletat, & satiet, quæ nos diter, & amplificat: quæ nobis de bonis omnibus necessariis prouideat. Hæc enim spiritualis vita bona, quæ non sunt alia profectio, quam virtutis & perfectionis bona, talis natura sunt, ut menti hominis satisfaciant, & in omnem famem, & omnem sitim rerum temporalium extinguant. Qui hæc suauissi-

ma comedunt, & humilitate castitati, & reliquarum virtutum amori ac studio se tradunt, statim ad videndam vilitatem rerum terrestrium oculos mentis aperiunt. Nam sicut Ionathæ gustanti fauum mellis, oculi præ fame caligantes aperti sunt, ut omnia circumstantia posset clarè conspicere: ita his qui mel virtutis gustant, mentis oculi roborantur, ut valeant rerum visibilium vilitatem, & inuisibilium celsitudinem contéplari. Dum verò considerant mundum in Saule figuratum, e sum huius mellis vetusse, & milites (ut pereant, & nihil faciant) si ne cibo in prælium atmandasse, dicunt quod verum est: Turbauit pater noster terram: videntis ipsis, quia illuminati sunt oculi nostri, eò quod gustauerimus paululum de melle isto: quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quam reperit? nonne maior plaga facta fuisset in Philistium: mundum patrum vocant, quia ab eo (quod ad naturam attinet) geniti sunt, sed illum patrem, cui & concupiscentiæ matri dicunt: Nescio vos, & fratribus suis, ignoro vos. iste pater turbat terram, quia hostibus vniuersis immanior, ut nos aduersus hostes Domini pugnemus, & eos in sequamur, se velle dissimulat; & tamen mel gustare aut aliquem cibum accipere

1. Reg.
14.

1. Reg.
14.

Deut. 33

CC vetat

402 P. ALVAREZ DE PAZ
vetat. Scit enim, quod si virtutis & bono-
rum spiritualium melle vescimur, sine vila
ambiguitate vincemus. At nos non crea-
mus illi, neque obediamus voci eius, sed
mel veræ virtutis & bonorum spiritualium
gustare conemur; quia illud oculos mensu
nostræ illuminabit, ut rerum visibilium vi-
litudinem agnoscamus, & lacertos nostros ro-
borabit, ut eas fortiter despiciamus, & ad
res cælestes non tantum gustandas, sed per-
fectæ possidendas adspiremus.

Gen. 31. Illuminatis oculis gustu cælestium, vane
anima terrena fastidit, & quæ anteâ amau-
rat atque cupuerat, odio persequitur, & i-
cordis affectu reuelli. Dolet ignorâ-
tuam, quod rebus tam contemptibilibus &
abiectis inhæsit: & admiratur mutationem
mundi horret, splendida fugit, & concipi-
scibilia cōtemnit, Iacob etiam quo tempo-
re Israël vocatus est, nimirū præualens Deo,
cœpit vno pede claudicare. Quidnam est
hoc? nisi quod anima Deum desiderijs am-
pletegens, sicut puritate crescit, ita in rerum
visibilium desiderio decrescit? Quid hoc
nisi quod dum affectibus rerum cælestium
accenditur, in desiderio rerum visibilium
infirmatur? Gustus itaque virtutis gustum
rerum terrenarum tollit, & sitim vilibilium
extinguit. Et quo robustius æterna appa-
riunt.

tunt eō à temporalibus salubri defectione
lassantur, &c. Qui replet in bonis desiderium
tuum, renouabitur, vt aquile iuuentus tua. in - Psa. 102:1
quit Dāuid, Quid ô homo desideras? an
peccatorum veniam? an vulnerum medici-
nam? an de spirituali morte victoriam? an
donorum & miserationum abundantiam?
sed replebit ille his omnibus bonis deside-
rium tuum, vt quod postulaueras, assequa-
ris; quod desideraueras, teneas, & bonis
quæ sifieras, sacerdis. Renouabitur vt aquile
iuuentus tua, sicut homo optimis cibis abū-
dē refectus tum esuriem & imbecillitatem
pellit, tum viros ad laborandum & curren-
dum resumit: ita anima spiritualibus bonis
repleta fortior ad bona, quæ non habet, cō-
sequenda & robustior redditur, & in dies
nouis virtutum incrementis cumulatur, &c.
Si enim Dominus in cordibus illorum ha-
bitat, qui charitate ornati sunt; quid mirū,
si ip̄i Deum possidentes tanto bono satu-
rentur, tantis diuitijs repleantur, & summae
pulchritudinis & sanctitatis, (qui Deus est)
possessione lātētur. Mirum in modum igi-
tur anima ad cupiendam perfectionem ex-
citatur, dum videt sua desideria nunquam
bonis temporalibus satiari, & sola charita-
tis & virtutis (qua Deus habetur) abun-
dantia repleri.

Quattum excitatorium desiderii perfe-

Cc 2 Aionis

Matth.
16.

ctionis, quod Deus impensè vult, ut perfec-
tionem quæramus. Ecclesia autem regnum
quoddam est, non peritum, sed perpe-
tuum; aduefus quod portæ inferi non præ-
ualebunt. Huius regni ipse Deus noster
rex: de quo inquit David: Quia Deus ma-
gnus Dominus, & Rex magnus super om-
nes Deos. Quia in manu eius sunt omnes
fines terræ, & altitudines montium ip-
sius sunt. Aequum est ergo, ut nos populu-
pascuæ eius, & oves manus eius ipsius vo-
luntate gubernemur, ipsiusque sanctissimis
desiderijs annuamus. Satis enim honori-
cum nobis est, regis nostri voluntati non
contradicere, & admodum utile ad eius nos
desideria conformare. Nam ut ad perfectio-
nem, & sanctitatem adspiremus, vehemen-
ter optat. Hoc autem esse desiderium Regis
ac Dei nostri, Propheta regius non obscurè
indicit, dum ita canit: Dominus de cælo
prospexit super filios hominum, ut videat si
est intelligens aut requirens Deum. Si enim
quisque attentè respiciat, an ea fiant, quæ

Psal. 94.

fieri desiderat, nō dubium quin Dominus
homines sapientes, & se sequentes & dili-
gentes exquirens, eos in mundo esse, & in
omni sanctitate perseverare vehementer
affectet. Nec solum de cælo despexit, ut ho-
mines adspicere suo salutari à peccatis ab-
ducere.

Psal. 13

duceret. & ad amorem sanctitatis conuerteret, sed & ut hoc efficacius suauiusq; præstaret, de cælo in terram ipse descendit, si-
tiens salutem nostram: descēdit igitur deus, ut homo ad sanctitatem adscenderet, declinauit cum carnem induit, & inter homines ambulauit, quia famē & sitim nostri profectus patiebatur; ut dum nos suis monitis & exemplis proficeremus, ipse se profectibus satiaret. Etenim gaudium Domini fortitudo nostra, simul nos sao gaudio spirituali reficiens, & de nostro æque spirituali profectu gaudens. Cibus eius salus mea, cibus eius ego ipse. Hoc ergo desiderium punitatis, & profectus nostri æterni Regis mente sollicitat, illudque in cruce manifestare voluit, dum quasi omnium suorum laborum oblitus, solius sitis memoriam tecit, dicens: Sitio: iam desideria sui purissimi cordis aperuit. Iam ostendit se ignoscere peccatis nostris, & singulis momentis nos beneficijs affundere. Ad quid legem Euangelicam tulit, sacramenta constituit, exemplo ac verbo in via virtutis erudit, & in nensis beneficijs allexit, nisi ut eius desiderium, quod non est aliud, quam salus nostra, diligenter imploremus, &c. Vnde bene Augustinus ait: Cogite-
mus nos tanto similliores Deo, quanto esse

Ce 3 poterimus

Aug.
Epist.
85.ad
consent.

poterimus eius participatione iustiores. Si ergo eius opus est, regeneratio nostra, si eius opus est sanctitas, & puritas nostra, quid mirum, si desideret opus suum perfici, & sanctitatem a nobis comparari? Quid mirum, si gaudeat & exultet, cum nos vident eam virtutis mensuram acquirere, proprie quam nobis dandam, tanta & tam mirabilia fecit, & tot laboriosa & indigna sustinuit. Et sane, hoc Dei desiderium, quo nos sanctos ac perfectos esse cupit, zelus est, quod metas iam desiderij translilit, & omnem in- stitiae famem, ac omnem situm excedit, &c. Nos obediamus ei, Regis nostri voluntatem sequamur, summi imperatoris desiderio formemur, quod ipse in nobis vult, vellimus: quod ipse cupit, cupiamus: & ad per- fectionis & puritatis animarum nostrorum opus, quod ipse in nobis perficere cupit, testinemus. Quintum excitatorium desiderij perfectionis: quod ipsum est signum inhabi- tantis gratiae. Omnes homines incessit cu- piditas occulta noscendi: hanc ad ea que- mentis oculos fugiunt, peruidenda ince- santer adspirant: nec intelligetiam humana in- satiabilis appetitus, sola rerum communium cognitione satiatur, sed abscondita & arcana videre contendit. Huius naturali appetitu sciendi, quatenus rationi & virtuti subie- catus est, gratia se interdum accommoda- dum

dum spirituales viros ad meditanda cælestia, & ad profundorum Dei inquisitionem inclinat; quæ profecto rerum naturalium etiam abditissimarum cognitione utilor est quia meliora & altiora consequitur: quia in diuinæ sapientiæ, bonitatis & potentiarum admirationem rapit; quia pios & sanctos affectus excitat, & voluntatem ardenterissimo ac purissimo amore conditoris inflamat: inter hæc verò, quæ naturam superant, eorum cognitio, si non altior, at iucundior est, quæ ad ipsum scientem & inuestigatorem spectat. Nam sicut quisque seipsum, quam alium impensius amat, ita quæ ad se pertinent, vehementius scire desiderat. Quod si quælibet notitia secretorum homini grata est, quam gratum ac iucundum erit illi, animæ suæ faciem aliquo modo cognoscere, quæ nec corporeis oculis videri potest, nec sine speciali Dei auxilio mentis luminibus spectari? Voco autem nunc faciem animæ gratiæ diuinæ pulchritudinem, quâ à Deo grata & amica cognoscitur, tamquā filia aut sponsa charissima cordis affectibus adamatur. Anima enim quæ peccato fœdata est, quasi sine facie est, quia Dei imaginem, diaboli formæ, scilicet peccato supposuit, & diuinam similitudinem in donis supernaturalibus constitutam cœno iniquitatis obliniuit. Istius faciei animæ, sine

C c 4. istius

408 P. ALVAREZ DE PAZ
istius gratiæ animæ insidentis , & eam li-
præ quam dici possit ornantis , quibus
homo vt cumque cognoscit se Deo gratum
& amicum: existere nū tamen quod in no-
bis desideriū perfectionis exciter , & ad om-
nis virtutis desiderium instiget. Illud autem
est ipsummet desideriū perfectionis , quod
qui non segne , non infirmum , sed ardens
& accensum habuerit , & ad opera mor-
ificationis , & noui profectus incitans ,
iam peccati statum exuisse , & gratiam
animæ pulchritudinem impetrasset , deinde
na misericordia præsumat. Neque id in-
ptè , quia vehemens iustitiæ , & perfectio-
nis desiderium eandem iustitiam præsup-
ponit , quæ nisi animam obtineret , non
quam illam tam efficaciter , ad querendam
sui perfectionem moueret . Profectus Leo
Papa ita sentit , & ita loquitur , quasi ma-
gnum iustitiæ desiderium ab ipsam iu-
stitia procedat . Felix mens , ait , quæ hunc

*Leo papa
ser. om-
nium
sanct. c. 5*

concupiscit cibum , & ad talem extuat po-
tum: quem vtique non expeteret , si nihil de-
eius suavitate gustasset. audiens autem di-
centem sibi propheticum spiritum: *Gustau*
& videte, quoniam suavis est Dominus , accep-

quādam supernæ dulcedinis portionem , &
in amore castissimæ voluptatis exaltit : vt
spretis omnibus temporalibus , ad edendam
hibendamque iustitiam toto accende:

affetu

affectu, & illius primi mandati apprehendere veritatem dicentis: *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo: quoniam nihil est aliud diligere Deum quam amare iustitiam: amorem scilicet ac desiderium iustitiae quod verum & efficax sit, nequaquam ab amore Dei posse diuelli.* Si autem hic à Dei per gratiam in praesentia dimanat, iustitiae quoque & perfectionis desiderium eandem gratiam praesentem indicat, quæ anima iam iustitiam pregustantem, ad ampliorem amorem eius alliciat. Deus intus habitans est qui ianuas cordis nostri pulsat, qui faces huius sanctæ concupiscentiæ admouet, qui hunc ignem desideriorum exfluitat, qui animas charitatis igne feruentes postulationibus maioris gratiae, & amplioris puritatis accedit. At ideo, cum sanctis scilicet desiderijs sui puritatem querunt, & Christum imitatione assequi, eique affectibus & operibus adhærere concupiscunt, signum est Christū in illis per gratiam venisse, & amorem sæculi superasse. Hoc signum querat anima in semetipsa, quia signum prosperitatis est, & signum fœderis inter Deum, & ipsam, quo Dominū non iam sibi iratū, sed plane propitium, & placatum agnoscit &c.

Sextum excitatorum desiderij perfectio-
nis: quod non proficere deficere est. Viri spi-
rituales, & Deo dediti, virtutes & perfectio-
nis actiones suas diuitias putant, & quidem
sapienter

Matth.
22.

410 P. ALVAREZ DE PAZ

sapienter: quoniam eorum possessione, & libi, & alijs sufficiunt, & in bonorum congregatione ditescunt, &c. Et profecto, si non proficere, deficere est, sine illa intermissione proficiendū esset, ne aliquantulum saltem ab adepiā virtute excideremus. Augustinus quidē n, non semel, sed ter tepidos, & non proficientes deficere sine illa ambiguitate confirmat. Nam quodā loco sic ait: ramē non relabimur retro, quamdiu ad priora contendimus: at vbi cōperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi, reuerti

Idem
ser. 15.
de verbis
Aposto
li.
Idem in
Ps. 69.

si volumus non redire, currendum est. Alio verò loco in hunc modū scribit: Semper tibi displiceat quod es, si vis peruenire ad illud quod nondum es. Nam, vbi tibi placuisti, illi remansisti. Si autem dixeris: Sufficit, & pen-

sti: semper adde, semper ambula, semper profice, noli in via remanere, noli retrò redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retrò redit qui ad ea revoluitur, vnde iam abscesserat: deuiat, qui apostat. Melius it claudus in via, quam cursor præter viam. In eandem sententiam conspirat Gregorius in h: verba: admonendi sunt, qui inchoata bona minimè consummant, ut cauta circumspetione considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quæ fuerant cœpta contineant. In hoc quippe mundo humana anima, quasi more nauis est, contra iectum fluminis

Greg. 3.
4. Pastor
1. 35.

condescendentis uno in loco nequaquam stare permittitur, quia ad ima relabitur, nisi ad summa conetur. Hic est enim quod per ^{Pro. 18.} Salomonem dicitur: *Qui mollis & dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis.* Quia videlicet qui cœpta bona districte non exequitur, dissolutione negligentiae manum destruentis imitatur. *Qui se iam perfectum esse,* ^{Chrys. hom. 12.} ait Chrysostomus, & nihil ad virtutis asse-
quutionem deesse sibi putat, à cursu cessa-
bit tamquam totum iam assequutus. *Qui vero*
se metam nondum attigisse putat, numquam
à cursu desistet. Qui igitur in via Dei sedet, &
non curat ad maiora consurgere, si non ore, at
opere dicit: non sum sicut cæteri hominum.
illi ad salutem assequendam diligentia indi-
gent, ego non indigo &c. Et quis magis de-
ficit, quam iste, qui profecto necdum profec-
tum cognouit, quem antequam viderit, se
in sinu illum habere autumat? ynde Paulus
nos admonet, dicens: *Hortamur vos ne in vacuum* ^{2. Cor. 6}
gratiam Dei recipiatis. In vanum gratiam Dei
accipit, qui in ea proficere negligit, sed ma-
gis deficit. Merito etiam ipse Dominus non
solum male agentes, sed etiam otiosos in- ^{Matt. 20.}
crepat dicens: *Quid hic statis tota die otiosi?*

Quoniam non solum delinquent, qui man-
data transgrediuntur, sed & qui mensuram
ad quam vocati sunt, perfectionis, non com-
plent.

plent. Non est ergo ambiguum, quod omnes in via Dei non proficienes à suo mone-
re decidunt, atque adeò, quod ipsi Deo, &
debito suæ vocationis deficiant, &c. Omnis
virtus, aut acquisita est, aut per Dei infusio-
nē accepta. Et de acquisita non est dubium
quoniam operū cessatione minuatur. Quod vir-
tus acquisita otiositate deficiat, omnes his
vlla exceptione conueniunt. Nam virtus
istæ, quæ non sine auxilio Dei, nostra par-
tur industria, nostra etiam negligentia sub-
ruunt. Gratia vero ipsa, & charitas, & vir-
tutes supernaturales à Deo infusione pro-
uenientes, non minimū etiam detrimentum
ex incuria & negligentia nostra subeunt, si
ex eo quod peccata, licet leuia, ad eorum inter-
itū corruptionemque præparant, tum etiam
quia dum ipsæ nihil operantur, affectus in-
ordinati renascuntur, & vitia pullulant, quæ
sui augmento virtutes infirmiores & imbe-
cilliores efficiunt. Certum est itaque, quod
qui non proficiunt, in prius quæsita virtute
deficiunt, & paulatim fiunt deteriores, quæ
non conantur esse meliores, idque nos etiam
est ad quotidianū profectū exsusciter. Sep-
tū excitorum desiderij perfectionis: quod
ad eam quærendam status obligatione con-
stringimur. Sciendū est nos, qui vitam reli-
giosam profitemur, statū perfectionis profi-
teri, & post Episcoporū, & Ecclesiæ principi-
sancti

D.Thom

22.q. 2.

art. 10.

sanctissimā ac perfectissimam Ecclesiæ vitā
 cōfessari. Et cūm sint omnis virtutis & per-
 fectionis Doctores, sanctiorem vitam habere
 tenentur his, qui pro ratione sui status solū
 debent virtutē & perfectionem addiscere;
 nam ille, qui agit, aut tribuit, vt etiam anno-
 tavit Augustinus, in eo quod agit, & tribuit, ^{Aug.}
 perfectior est eo, qui recipit, & agenti subjic- ^{12. de}
 citur. Vnde cūm Episcoporū munus sit agere ^{genes. ad}
 & docere, & lumen alijs tribuere, sequitur ^{13. c. 16.}
 statu præstare omnibus alijs, etiam religiosis,
 quos docerent, instruerent, regerent, & per-
 inde atque alios, sibi subjicerent. Post Epis-
 copos verò secundum locum in Ecclesiæ
 gremio obtinent religiosi, qui non quamcū-
 que vitam, sed statu insignitam habent, &
 non quemcumque statum, sed statum perfe-
 ctionis profitentur. Quare cum religiosi se
 ad ea quæ sunt virtutis obligent, & non tan-
 tum interius, verum & exterius quoque se
 obligent, & corā Prælatis, qui locū Dei gerūt
 votis paupertatis, & castitatis, & obedientiæ
 se obstringant. Votis enim & professione
 sua pollicentur, à rebus sacerdotalibus, qui-
 bus licite vti poterant abstinere, vt li-
 berius Deo vacent, & amori creatoris
 inhærent, in quo sita est huius vitæ perfe-
 ctio. Idque manifestè designat Dionysius
 Areopagita dum nomina indita religiosis
 exponit. Alij quidē, ait, eos therapants, id est
 fa-

Dionys.
 lib. Eccl.
 Hiera.
 c. 6.
 famulos Dei, ex puro seruitio & famulatu
 alij verò Monachos ipsos nominant ex in-
 visibili, & singulari vita vniente ipsos, ex in-
 diuisibilibus sanctis contemplationibus, a
 Deiformem vnitatem, & amabilem Deo co-
 templationem, &c. Status religiosorum
 quorum obligatio est perfici, a rebus secula-
 ribus auelli, & ad diuinam vniōne adspic-
 re. Iam itaque maximè ac vehementissime
 ad perfectionis desiderium nos excitet, quo
 nos qui religiosam vitam profitemur, & fru-
 tum religionis assumpsimus, tenemus
 perfectionem tendere, mores nostros emula-
 dare, & in virtute ac mentis puritate profi-
 cere.

CAP. XXXIX.

*Religiosus perfectionis cupidus, Magistrum perfec-
 tis querat, in omnibus obediat, & ipsam perfe-
 ctionem spiritualis vita&finem sibi prescribat.*

DEsideria perfectionis à nostra voluntate
 te concepta, si vera & efficacia sunt
 non in solo corde permaneant, sed ad opus
 exent, & ad omni virtutis amorem & illu-
 dium impellant. Nam ille solus animam
 suam roborat, & ad ipsa virtutis impinguia
 qui, quod voluit, quod postulauit, quo
 cor

DE VITA SPIRIT. EPIT. 415
concupiuit, opere præstitit, & ex corde in
manus & actiones produxit. Opera verò ad
quæ desideria perfectionis incitabunt, mul-
ta & varia sunt, sine quibus ex gratia &
auxilio Dei factis, nemo sanctus & perfe-
ctus existit, principio ergo religiosus, aut
spiritualis perfectionis desiderio succensus,
magistrum huius vitæ, non à multis tritæ, &
præceptorem virtutis querat, à quo dis-
ciplinam istam omnium præstantissimam ad-
discat. Si autem ille non fuerit satis, ut desi-
derat, peritia rerum spiritualium instructus,
confidat de benignitate Domino, quod per
os magistri, à matre religione signati, illum
studiet, & de omnibus edocebit. Ioannes
verò Cassianus, Prælatum ait in omnibus
virtutibus perfectum esse oportere, qui
quod alios docturus est, prius vita & actione
probauerit. Frequenter eos & amanter *Cassia:*
de rebus spiritualibus alloquantur, modum *lib. 2. de*
viuendi, & in spiritu proficiendi, quem ha-
bent non ut seueri iudices sed ut amantissi-
mi patres, ad iuuamen & consilium afferen-
dum interrogent. Incipientes lacte, profi-
cientes solidiori cibo, perfectos, suauissimo
contemplationis alimento reficiant, & in
hoc toti positi sint, ut impedimenta virtutis
arceant, & omnes in perfectionis studio
promoucant. Beatus Vincentius, magnus
præ-

prædicator & ordinis Prædicatorū deus
Vincent. in aureo illo tractatu, de vita spirituali
tra&ct. de scribit. Sciendum est, quod homo fa-
vita sp. lius, & in breuiori tempore posset ad per-
fectionem pertingere, si haberet instru-
rem, cuius regimine duceretur, eius obe-
dientiam in omnibus actibus parvus &
magnis totaliter sequeretur, quam aliquis
posset seipsum perficere, quantumcumque
vigeat acumine intellectus, & libros be-
beat, in quibus videat virtutum omnium
structuram exaratam. Imò plus dico, quod
numquam Christus suam gratiam minime-
bit (sine quo nihil possumus) si homo
habet, à quo possit instrui, & deduci, &
neglit, vel non curat alterius ducatur
amplecti, credens se sibi sufficere, & per se

Cyprian posse inuestigare, & inuenire quæ sunt vi-
llia ad salutem. Et Cyprianus ait: Quod
ignorat medicina, non sanat. Quomodo
ergo aut Prælatus aut spiritualis pater defici-
bus nostris medebitur, quos imprudenter

celamus, & ab oculis eius abscondimus.
Consilium ergo Ecclesiastici in omnibus
sed præcipue in rebus animæ seruandis
est. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius fit in
vnu de mille. Debet igitur religiosus perfe-
ctionis cupidus, non solum Prælato, aut spi-
rituali magistro conscientiam cum magni-
sinceritate detegere, non solum eius exhor-
rationes

tationes & monita reuerenter auscultare, sed in omnibus ei promptè & diligenter obedire. Hoc ergo secundum documētum spirituales viri custodiant, vt non solum in fuga mali, sed etiam in exercitatione, boni Prælatis aut magistris obedient, & eorum iussa perficere non prætermittant, &c. Religiolus quippe holocaustum Dei est, qui se totum Deo consecrauit, & nihil sui, nec bona externa, nec corpus nec animam sibi retinuit. Habito ergo à viro perfectionis auido, vitæ spiritualis magistro, cuius nūtu regatur, & iacto solidissimo obedientiæ fundamine, quo à præceptore sibi præstituto in omnibus gubernetur, illud magna sollicitudine præstet, vt perfectionem ac mentis puritatem, quæ finis est spiritualis vitæ, sicut sibi proponat, & reliqua omnia bona studia, vt instrumenta huius finis consequendi, respiciat, ac Perfectionis amator super omnia ipsam perfectionem, ac animæ munditiem diligit: ac quæcumque cogitauerit aut concupuerit aut fecerit, ob consequendam perfectionem exquirat. Regnum Dei ipsam esse sanctitatem, ac munditiam cordis, quæ præcipue quærenda est. Sicut illi antiqui patres, solitariam vitam agentes, aut hortulos suos excolebant, aut sportulas contexebant, ea solum ratione, qua Dei cultui, & diuinorum con-

D d templ-

418 P. ALVAREZ DE PAZ
temptationi, & animæ puritati deseruit
Bernardus quidem nihil magnum de se
stimans aut cogitans, vt se ad custodiam
cordis, & propositi constantiam incitare
hoc semper mente cogitaret, hoc etiam
sæpe ipso ore proferebat. Bernarde, Ber-
nardus, ad quid venisti? Quod & de An-
senio memoriarum proditum est, eadem no-
sententia cor nostrum ad perfectionis
morem incitemus. Ad quid venimus? ad
quid vitam religiosam professi sumus?
Nunquid ut literati, & nominari magistri
euaderemus? Nunquid ut Prælaturas, &
dignitates ambiremus? Nunquid ut curam
carnis in desiderijs faceremus? non satis
sed ut excoleremus animas nostras, & eam
perfectionem ac sanctitatem querere-
mus, quam professio religiosa, & status
a rebus sæculi auulsus exposcit. Hanc ita-
que primum quæramus, & alia, quæ terue-
liimus, si perfectioni & tranquillitati men-
tis obsistant, constanter abjiciamus, si ve-
rò vltro offerantur, aut obedientia præ-
cipiente ingerantur, ea solum ratione ad-
mittenda & exercenda sunt, quatenus finit
id est, mentis puritati proficiant. Cogita-
te fratres, inquit Augustinus, ad quid ve-
nimus. Ecce in solitudine sumus, elongati sumus a seculo, & longo tempore iam
mandi.

Eius
Histo-
ria lib. 1.
cap. 4.

Aug.
ser. 27.
ad fra-
tres

DE VITA SPIRIT. EPIT. 419

mansimus in solitudine, ut secundum A-
postolicam formam quietius vivere valea-
mus. Locus enim non facit sanctos, sed
operatio bona locum sanctificauit, &
nos, &c. *Cooperatores sumus veritatis*, ut Io-
annes ait, id est Christi, qui est summa ac ^{3. Ioa. 3.}
prima veritas, ac proinde deberemus in
idipsum, quod ille querit, scilicet in perfe- ^{Heb. 4.}
ctionem nostram vehementer incumbere.
Festinemus ingredi in requiem, in illam
vitæ perfectæ rationem, quæ mentes ho-
minum pacat atque tranquillat, ne quis te-
piditati se tradens, incidat in tepiditatis
exemplū. Sed quoniam pacto quisque om-
nia instrumenta & media perfectionis esse
sentiet, & perfectionem ipsam finem sibi
præfiger. Certè si ipsa perfectionis opera
ardentiori studio quam alia perfecerit, &
nunquam propter scientiæ acquisitionem,
propter aliudve negotium, aut præcide-
rit, aut amiserit. Opera perfectionis sunt
oratio, meditatio, psalmodia, oblatio in-
cruenti sacrificij, lectio spiritualis libelli
affectionum incitantis, iejunium, & alia si-
milia quæ ad obseruantiam regularem con-
ferunt, quæ virtutem augent quæ mentis pu-
nitatem promouent, &c. Electi ea præ omni-
bus, quæ æterna sunt, cogitant: & posteriora

D d 2 cura

430 P. ALVAREZ DE PAZ

cura ac minima, si qua sunt, temporalia di-
ponunt, in eorum corde Dominus primo
sedet. Nos qui ex electis & dilectis esse vo-
lumus, primā in corde nostro sedem Chri-
sto tribuamus, quod tunc profecto sit,
quando perfectionem ut finem respicimus,
& cæteris negotijs ac rebus virtutis actio-
nes præponimus, &c. Perfectionis &
mor pia opera nō destruit, ac Dei obsequi
non impedit: sed adiuuat, sed nobilitat, sed
promouet, sed ad debitum splendore tempe-
ducit.

CAPITVM XL.

*Religiosus oculos semper intendat in magna, &
perfectionem sitiens, non adspicitur nim-
ma.*

Qui perfectionem amat, eamque for-
um actionum scopum finemq; pre-
fixit, vt ad aliquam puritatis mediocritatem
perueniat, opus est, vt ad præstantissimam
sanctitatem & excellentissimam perfectio-
nem adspiret, & oculos, non in merita pul-
lorum, sed in labores, & merita virorū san-
ctissimorum intendat. Qui autem solam com-
munem virtutem concupiscunt, illa saepe
frustrantur, & citra communem vitam in
magna conuersationis utilitate quiescunt.

Quam



DE VITA SPIRIT. EPIT. 4²1

Quamobrem paulus sapienter nos monet, ^{1. Cor.}
dicens: 'Æmulamini charismata meliora, & ^{12.}
adhuc excellentiorem viam vobis demon-
strat, &c. Nos ergo nobis eximia sanctitatis
& perfectionis merita conquirenda propo-
namus: humilitatem Francisci & Augustini,
charitatem, Dominici, & Ignatij nostri ora-
tionem, Bernardi & Antonij paupertatem,
mundi contemptum, castitatem, obedien-
tiam, & reliquas virtutes sanctorum suspi-
cimus, ut saltem aliqua mediocritas virtutis
nobis accedat. Cupiamus nos magna, quæ-
ramus sublimia, & à Deo petamus excelsa;
ut ad minus moderata virtus nobis obtin-
gat. Dominus enim mādatum perfectionis
promulgans, ait: *Diliges Dominū tuum ex toto
corde tuo, & in tota anima tua, & in omni mente
tua*, non ut homines carne circumdati, An-
gelorum & beatorum charitatem exerceat,
quæ sine illa intermissione in Deum amo-
re fertur, sed ut eam vtcumque imitentur,
& nihil charitati aduersum admittant. Nos
ergo monitis Salvatoris edocti, & sancto-
rum exemplis animati, non in aliquam vir-
tutem pusillam, non in vitam tepidorum,
non in mores imperfectū hominum, sed
in maxima m sanctitatem mentis oculos
intendamus, & ad præpositam sanctissimis
viris palmarum curramus; ut in fine vitæ pro

Matth.
22.

D d 3 minoribus

422 P. ALVAREZ DE PAZ

minoribus operibus, digni aliquo premi
iudicemur. Me hortatur Deus, me quo-
tidie fratrum exemplis, Prælatorum co-
silijs, & sanctorum actionibus mouet, &
omni à me fugata socordia, aliquid mo-
gnum moliar, & ad quam vocatus fin-
Pro. 7. perfectionem inquiram. Dicit mihi se-
simè: fili mi, custodi sermones meos, &
præcepta mea reconde tibi. Fili, serua mo-
data mea, & viues; & legeim meam qui
pupillam oculi mei: liga eam in arti-
bus tuis, scribe eam in tabulis cordis in-
dic sapientiæ, sotor mea es, & pruden-
tiam voca amicam tuam. Si ista verba, &
similia quotidie audio, sed non ob-
dio, moneor, sed non moueor, excito,
& non assurgo, & nihil perfectum, nihil
mea vocatione dignum aggredior, quis am-
bigat me inuisum esse illi, cuius adhorta-
tiones sperlio, & à cuius nobilitate de-
genero? Aequilis hoc præ proprium esse rerum
naturalium in sagatores existimant, vt
lios vngue suspendant, & radijs solis op-
ponant, & qui firme solis lucem contem-
platus fuerit, filium agnoscat, qui vero in-
validam corusco radiorum appulsi aciem
submiserit oculorum, tamquam adulteri-
num ab vngue demittant, & parentem

Deut. 32 damnatum arbitrio, à fratrum confortio
rejiciant

rejiciant. Idem facit pater noster cælestis qui se in Deuteronomio aquilæ comparauit, filios suos, qui omnes iusti sunt, de quibus inquit Paulus: *eratis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulare, lucis aspectu probat, & eam libenter adspicientes, filios, eam verò aduersantes, non tam filios, quam tepidos seruos agnoscit.* Qui autem sunt, qui firme & stabiliter lucem intuentur, nisi qui mentis aciem in opera lucis intendunt, & sicut lux semper procedit, & crescit, usque ad perfectum diem, ita eam ut matrem imitantur, semper ad maiora & altiora, usquequo ad perfectionem perueniant, sineulla cessatione mentis anhelant. Et quae sunt acie palpitantes, & non valentes lucis vim & splendorem perfere, nisi qui cuiusdam ordinariæ virtutis splendore cæcati, statim obruuntur, & oculos ad vanam & mundana deflectunt? Si talis sum, quid mirum, si pater ille, qui totus lux est, me quotidie ignauiae & negligentiae arguat & increpet: & si perseverauerero à sua prouidentiae specialissimæ vngue dimittat, & non filium, sed seruum ignatum, & inertem agnoscat? Illud etiam incitat nos, ut magna quæramus & ad

D d 4 excellen-

^{2 Cor. 6.}

424 P. ALVAREZ DE PAZ

excellentissimā virtutem festinemus, qui
qui magna cupiunt, & magna petunt, me-
gna consequuntur; qui verò paucis comit-
maiora & altiora fastidiunt, non semel
luctuosam miseriam dilabuntur. Deus enim
qui scrutatur corda, scit quid desidererit
ritus. Scit quidem approbans sanctum de-
siderium, & illud innata benignitate mo-
adimpler. Cuius impletione anima mi-
delectatione latatur, & omnem tristitiam

Bern. ser.
32. in
Cant.
Ioan. 14

doloremque deponit, Qui ergo magna
piunt, ad magna & perfecta accipienda
disponunt, &c. aptè Bernardus existimat
cundum magnitudinem desiderij, boni-
gnitudinem obtineri. Eius verba sunt:
magna siquidem fides magna meretur, & qui-
tenus in bonis Domini fiduciae pedem po-
rexeris, eatenus possidebis. Philippo quoq;
secundum petitionem cordis sui ostensus

Ioan. 20.

est pater in filio, &c. Sed & Thoma iuxta
desiderium cordis eius palpandum se puz-
buit, & voluntate labiorum eius non fra-
duavit eum, &c. Sicut enim Dominus secu-
dum capacitatem visus & auditus, videnda
& audienda proponit, ita secundum capaci-
tatem desideriorum, dona sua & virtus
attribuit. Oculos itaque conjiciamus in
magna ut aliquando in animabus nostris
magna perfectionis dona videamus. Quod
magnam & celsam perfectionem meus ad-
spicit

spirant, operæ pretium est, ut minima quæque mala diffugiant, & paruulos defectus, non eò quod paruuli sunt, in seipso curare contemnant. Omnia enim magna ex pusillis pendent, nec magna & mirabilia sunt, si non etiam minimas imperfectiones excludant. &c. Sanctitas magna, & magna perfectio, quæ magna pulchritudo animæ, & magna sapientia est, minimos defectus ac minimas, & vix apparentes (quantum potest) imperfectiones deuitat: & si magna perfectio magna charitas est, & magna charitas est magnus amor, & magnus ac ardēs amor, eum quem amamus, nec leuiter contristare permittit: quomodo eximiē amabimus Deum, & perfectam erga illum charitatem habebimus, quem quotidianis imperfectiōnibus lādere non veremur. Bernardus Bern de
ordine
vit. tanquam expertus casum aliorum bene ait. Mens Deo dicata, sic caueat minora vitia ut maiora: quia à minimis incipiunt, qui in maxima proruūt. Audiamus igitur, & ope-
re suscipiamus consilium sapientis: Quasi à Ecccl. 21. facie colubri fuge peccata. Qui enim sapiēs est, non tantum serpentem aut colubrum fugiet, sed etiam faciem colubri, id est, occasiōnem peccati & primum eius ingressum perhorrescer.

Dd 5 Obli.

CAP. XXXI.

*Obliuiscenda à viro religioso præterita, & seculi
futura. Desideria in conuersionis initio dilige-
ter conseruanda.*

Dicitum consuetudo est, res minimæ
tanquam nullius pretij despicere, &
semper ad magnas & superbas anhelare.
Idem omnino viris spiritualibus accidit, quæ
se diuites & meritorum plenos iudicant,
adeptis bonis contenti sunt, &c. Hæc autem
cogitatio, quo diuites sunt, & nullius esse
inde in mentibus eorum exoritur, quod præ-
terita contemplantur, & minimæ futura re-
spiciunt. Considerant enim annorum mul-
titudinem in vita religiosa, aut spirituali
consumptam corporis asperitates suscep-
tas, labores pro animabus conuertendis exar-
tatos, onera paupertatis, castitatis, & ob-
dientiæ portata, merita in oratione, in Dei
cultu, & in alijs pijs operibus conquilita.
Non verò cogitant, quantum illis ad veram
perfectionem desit, quantum à menu
puritate distent, quantum à viris sanctis
superentur, quam sæpè vitiorum & præ-
rum affectuum incursione vincantur: &
ideo quasi diuites: paruos defectus tanquam
magnæ substantiæ minimam iacturam no-
metum.

metuunt. &c. Quodnam est huius mali re-
medium, quæ huius vanæ cogitationis re-
motio, quæ ineptæ huius existimationis me-
dicina? illa sane quam Paulus mentibus in-
firmis adhibuit, ut bona præterita à nobis
facta obliuiscamur, & quæ nondum fecimus
sedulò cogitemus, & tota mentis deuotione
se tememur. Hoc quidem documentum natu-
ram medicamentorum sortitum est, quæ so-
lent esse gustui insuauia, corpori verò salu-
bria: sic obliuisci bona quæ fecimus, & bona
quæ non fecimus contemplari, minus sapit,
sed non parum animæ saluti conducit. &c.
Sed quantam id animæ viilitatem afferat,,
sanctus Dauid non obscurè profitetur, dum
ad hanc præteritorum laborum obliuionem
& nondum susceptorum recordationem,
concedi sibi tempus exposcit. Locutus sum
inquit, in lingua mea. Notum fac mihi Do- *Psal. 38.*
mine finem meum, & numerum dierum
meorum quis est, ut sciam quid desit mihi.
Non scire principium sed finem exoptat, nō
cognoscere quod sibi adest, sed quod sibi
deest, concupiscit, quia præteritorum labo-
rum consideratio illum ad superbiam &
vanam securitatem impellebat maiorum
verò bonorum nondum adeptorum priua-
tio ad humilitatem, ad timorem, & ad
nouos pro Deo labores suscipiendos
incita-

incitabat. Finem suum, id est, vitæ suæ pœ-
tionem querit, numerum dierum suorum
id est, nouos virtutis profectus, ad quos el-
vocatus, inquirit, optime dierum nomina
designatos, quos latio iustitiae super nos
radijs suæ gratiæ profert, & à potestate cil-
ginis & tenebrarum educit. Ad quid ve-
talis postulatio, nisi ut præterita merita nobis
adaugeat, & quod itineris supereft, alacritate
currat. In hoc autem adolescens ille deli-
liquit, qui à Domino assequendæ felicitas
rationem quesuit. *Magister bone*, dixit, quid
ni faciam, ut habeam vitam eternam? Eta
subsequentibus constat, eum vniuersa on-
data seruasse, quem id simpliciter conser-
tem, Christus benignis oculis intuitus est, &
singulari amore dilexit. In quo ergo minus
prudenter se gessit? In hoc profecto, quod in
præterita sua bona oculos mentis iniecit, &
nec dum à te facta præteriuit. Dicit ipse, ut
Dominum ad suam ipsius laudationem alli-
ceret: Omnia hæc custodiui à iuuētute mea,
quid adhuc mihi deest? nihil tibi deest in
ore Domini audire desiderans. At Salu-
tor noster magister optimus, qui ita dis-
pulos suos de præteritis laboribus laudat, ut
semper nouos cœlestis disciplinæ profectus
ab illis requirat, quid dixit? Non quidem
nihil tibi deest, sed vnum tibi deest: vnde
que

Math.
19.

quæcumque habes, vende, & da pauperi-
bus; cum ad præteriorum bonorum obli-
uionem, & futurorum recordationem inui-
tans; ut videlicet viator amplius ambula-
ret, & discipulus amplius addisceret. Con-
tristatus est ille, & abiit mortens, quia nihil
sibi defuisse putauerat, qui si in ea, quæ non
habebat, oculos animæ intenderet: &
quantum sibi deesset, cognouisset: & cæ-
lesti Doctrina animatus, iter perfectionis
arripuisse. O quantos similes adolescentes
vita religiosa progignit, qui non matris
incuria, sed sua ipsorum negligentia, non
nulla virtutis imagine satiantur, & eam
veritate perficere, & singulari puritate ex-
polite non curiant, &c. Fratres, inquit Paulus,
ego me non a buror comprehendisse, vnum autem, *Phil. 3:2*
que quidem retro sunt, obliuiscens, ad ea vero, quæ
sunt priora, extendens meipsum, ad destina-
tum persequor, ad brauum supernæ vo-
cationis. Non dum inquam, palmam acce-
pi, nec plenam de hoste victoriam reportaui,
nec ad præmium mansi onum cælestium mi-
hi constitutum, perueni, & ideo vnum mihi
summis conatibus exquirendum assequen-
dumque constitui. Nam, ut inquit Hierony-
mus, felix est, qui quotidie proficit, qui non *Hier. 8:8*
considerat, quid heri fecerit, sed quid hodie
faciat, ut proficiat, felix non quia iam præ-
mium

430 P. ALVAREZ DE PAZ

mium felicitatis possideat, sed quia via
certissimam felicitatis ingreditur. Be-
ne

Euc. 12.

serui illi, quos, cum venerit Dominus, in-
nerit vigilantes. Qui namque sunt isti sen-
per vigilantes, & nunquam dormitientes,
nisi illi qui præteriorum bonorum obli-
semper ad noua augmenta virtutis adponit
utinam fratres, inquit Bernardus nos se-
essemus cupidi gratiæ spiritualis, quemad-
modum sacerdotes homines pecunia tem-
poralis, &c. Si tam sollicitè viam perfec-
tis sequeremur, quam cœpimus, breuiter
pore ad magnum profectum veniremus.
Sed quanam ratione aliquis in primo seru-
re persistet, & à prima vigilantia, qua viam
spiritualem incepit, non excidet? Si desideria
in conuersionis exordio à Domino excita-
custodiat, & à sua mente elabi non sinat.
Quod abbatis Agathonis fuit salubre con-
silio, ita dicentis: vide qualis fueris prima
die, quando existi de sacerdoto, & receperas
fuisti in clauistro, & talis permane semper.
Illud sane dictum, qui diligenter custodie-
breui tempore multum proficiet, & diuino
præsidio munitus, facile ad magnam per-
fectionem adscendet. Si ita sententiam Abba-
tis Agathonis intelligas, & hoc modo eam
custodire nitaris, nō gradum aut adscensum

Bern.
ser. dc
alitudine
& Bas.
cordis.

Dionys.
refert in
scala
claustr.

autem
nec illis
ne vult spiritu

ad perfectionem pones, sed magis indies te ipsum ad pristinas vilitates & imperfectiones deprimes. Quia tunc, cum nihil proficeris, sine villa dubitatione deficies, & in deteriora laberis. Ut enim suprà diximus, qui non proficit deficit, & in vita spiritus, quæ est continua quædam adscensio, ipse status deletione quædam est, & ipsum non progreedi regredi est. Consilium est hoc Ecclesiastici, Ecc. 18dum ait: *Non est minuere, neque adiçere, nec est inuenire magnalia Dei cum consummauerit homo, tunc incipiet, & cum quieuerit aporiabitur.* Magnalia Dei dicamus nunc perfectionis opera ab omnibus creaturis annulla, & per se considerata, quæ adeò pulchra sunt, & perfecta, ut nec homo in illis defectum nec excessum inueniat, nec eorum decorem ac perfectionem comprehendat. In his operibus, cum homo consummatus videtur, tunc ne ab adepta virtute cadat, debet quasi incipiens ad primum ferorem reuerti, & quasi nouitius inchoare. Si verò omnino quieuerit, & progreedi ultra noluerit, tunc incipit esse mendicus, & pauper, & aporiabitur, id est, his quæ se habere putabat, bonis indigebit. Quotidianus ergo profectus, ab hac memoria & exercitatione primorum desideriorum maximè depender,

quæ

quæ nos ad Dei voluntatem explenda efficacissimè excitat. Qui cum morum disciplinam & virtutis actiones à semetiphs exigunt, quas in initio suæ conuersonis exibant. Feruens enim spiritu est, ut inquit filius, qui cum ardenti studio, & inexplorabile cupiditate, & assidua diligentia voluntatem Dei facit, in Charitate Christi Iesu Domini nostri. &c. Si autem feruidi sunt non cibunt profectu, quem tanto feruore quam & tam ardenter desideriis obtinere nuntiatur. Dominus enim à nobis ut nos bonis cumulet, nihil aliud requirit, quam ut fuerenter gratiæ cooperemur, & vite punitione non segnitur, sed diligenter promouere nuntiatur. &c. *Confide in Deo, ô iustitiae ac virtutis*

Eccles. 11. amator, ait Ecclesiasticus, & mane in loco tuis ibi enim, & medijs tibi à tuo statu prescriptis, virtutis possessione diraberis. Audi Paulum præcipientem: vnuquisque in qua vocazione vocatus est, in ea permaneas. Tanti Apostoli. imò & Spiritus sancti mandatum non spernas, sed in tua vocacione perfistas. Solutus es, & statum solitudinis professus es, noli ad externas actiones a professore exire, neque in alienam messem falcem mittere, neque aliena negotia tractare, quia sine animarum videtur, sanctus esse poteris, & tuo statui

1. Cor. 7

accommodans, magnam puritatem con-
sequeris. Tandem ut communis parœmia
te moueat: Spartam naœtus es, hanc orna.
Monachus es, ne clericum agas, id est, ne
relicta quiete, & solitudine functiones,
clericales præsumas: clericus es, & Aposto-
licæ vitæ lector, ne ut Monachum te ge-
ras, & cura tuæ vocationis abiecta, ad tibi
nec congruam, nec permissam quietem ad-
spires. Esto tua sorte & tua vocatione con-
tentus, quæ proculdubio apprime custodi-
ta efficax est te hominem spiritualem face-
re, & ad magnam sanctitatem prouehere.

C A P V T X L I I.

*Opiniones, & dicta tepidorum à Religioso contem-
nenda. Et Christus Saluator noster, quoad fieri
poterit, imitandus.*

O Quam multa itineri perfectionis ob-
stant! ô quantæ difficultates in via
conuersationis spiritualis insurgunt! O
quam immanes hostes nos carpente-
ter, & ad puritatem festinantes impe-
diunt! Obstant perfectioni mala, si non
ab illis fugiamus: obstant & bona, si non
bene & debito ordine illa suscipiamus:
obstat & homo sibi ipsi, qui propria imbe-
cillitate compulsus ab eo, quod perfectum

E e est

Rom. 7.
est, quia difficultatum spiris circumdatu miserabili pusillanimitate discedit. Q iure optimo posset clamare cum Paul Infelix ego homo, quis me liberabu corpore mortis huius? nam quamdiu mortalitas durat, sicut innumera sunt, qu eum ad mortem corporis trahunt, itamero comprehendendi non possunt quae dem à perfectione sanctitatis diuellum. Inter viros spirituales non deest aliquis homo carnalis, qui habitum religiosum induit, vt suæ fami, quam in sæculo patie tur abundè consuleret, & alijs fratribus sanctè viuentibus sanctitatem exprobne. Tepidi ergo, & inuercundi religiosi, qui non tam ab aliorum lingua, quam vita increpari se vident, nonnumquam solent viros spirituales & perfectionis cupidos spernere, ipsorum sanctas exhortationes irridere, studia verbis amarantibus proscindere, & eos vanos stulos & phanaticos nuncupare: & cum isti improbi sint, & virtutis inimici, improbos amant perditos magni aestimant, & superbos, arrogantes, & ambitiosos laudibus effrunt; humiles vero, quietos, & la profectus curam habentes, velut holies persequuntur, & vt pestes infestissimas auerstantur. Qualis unusquisque est inquit Thomas à Kempis, tales etiam lo-

cios diligit : deuotus deuotum , pudi-
cus pudicum , sanctus sanctum , vagus
vagum , dissolutus querit dissolutum.

Praui namquæ cum recta incipientes
adspiciunt , aut irridendo , aut quasi
confusando contradicunt &c . Qui er-
go virtutem at & perfectionis con-
fortium desiderat , hæc odia tepido-
rum , has sannas , & detractiones , has
eorum opiniones vanissimas animosè
contemnat , & qui propter istorum ac-
quirendas laudes vitam spiritualem non
cœpit , propter ipsorum illatas mole-
stias à cœpto perfectionis itinere non
desistat . Prophetam regium imitetur .
Pro eo , ait , vt me diligerent detrahe-
bant mihi : ego autem orabam . Ego
vero orationem meam ad te Domine : *Psal.*
tempus beneplaciti Deus . Oret Do- *108.1*
minum , vt sibi constantiam in bono
tribuat , & improborum hominum facta
& dicta pro nihilo habere concedat ,
& vt tempus quo ipsum à lingua dolo-
sa , & à labijs iniquis liberaturus ad-
ueniat . Sit quasi surdus , qui detractiones
inuidorum non audiat , sit quasi mutus , qui
nihil pro se respondeat : Stultus fiat in con-
spectu hominū secundū consiliū Pauli , vt *1.Cor.3*
sit sapiens in cōspectu Dei . Sic occasiones ira-

E e 2 & in-

436 P. ALVAREZ DE PAZ
& indignationis abscondet, & seipsum
simplicitate continebit.

Tepidorum ergo opinionibus dictis
contemptis, tu ô religiose, viam perfectio-
nis, quam rectam & Deo placitam esse
gnoscis, diligenter attipito. Omnia regi-
larum ac statutorum exactissimam cultu-
diam ama, silentium serua, obedientiam in
studi, vana colloquia fuge, negotia sacerdotalia
desere, te ipsum, & omnia mundana co-
temne orationi incumbere, sancta lectione
trade, in omnibus recte te gere, & more
rurum spiritualium & perfectorum vivere.

Hæc autem vita tua est sancta singularis
quæ suam professionem seruat, & se à mul-
titudine insipitum elongat: in quam fer-
tentiam sanctus Bonaventura ait: Quod si
ad infor- timet aliquis de singularitate notari, & ob-
nouit. 2. hoc alijs fieri odiosus, sciat quod nullus san-
par. c. 3.ctorū singularis glorię particeps factus est in
cælo, nisi qui inter homines positus studi-
esse in sanctitate vitæ singularis; quod tan-
de singularitate virtutum dico, nō tantum
ceremonialibus obseruantijs, paruam
nullam habentibus utilitatem virtutis. De-
cat proinde sanctitatis cupidus: cadent in
Pf. 140. tiaculo eius peccatores: singulariter sum ego dona-
transeam. Nam si illi qui peccata, aut imper-
fectiones, & relaxaciones discipline no-
timoniam

ritement, in retia diaboli incident, ego tamen singulariter ero, ea singularitate discreta, quæ à periculis cadendi me sequentur, ut secundum quod hæc vita mortalis fert, tutus & securus incedam: & in alio loco dicit idem Propheta: *Quoniam tu Domine singulariter in spe constitueristi me.* Si *Psal. 4.* autem Dominus hominem singularem constituit, ita scilicet, ut vulgus tepidorum fugiat, & per hanc vitæ singularitatem spe cælestis patriæ assequendæ confirmat, nullus erit, qui iure hanc singularitatem arguat, & mores imperfectorum fugientem reprehendat.

Imperfectorum (eorum scilicet, qui sua virtutia amant & excusant, & nulla ratione emendant) familiaritas omnimodis fugienda est, & tanquam pestis mentem inficiens detestanda. *Quoniam, ut inquit Hieronymus,* proclivis est malorum æmulatio, & quorum virtutes allequi nequeas, citò imitari vitia, &c. Vita perfecti viri sermo Dei est, & quidē satis apertus, quo veram virtutem perpedit, & perfectionis semitas ante oculos ponit. Et si utile est, sanctos vita & conuersatione sequi, quanto utilius erit & fructuosius ipsum Sanctum sanctorum, & ab solutissimum omnis virtutis exemplar imitari? Certè hoc documentum quod modo explicandum aggredimur, tanti mometi

Hieron.
Epist. 7.
ad letam

E c 3 est,

438 P. ALVAREZ DE PAZ
est, ut ipsum solum, si bene & diligent
obseruetur ad assequendam maxima
perfectionem sufficiat. Vniuersi sancti, &
maiores aut minores fuerunt, quo dilig-
tius, aut segnius hoc (quod nunc dicimus)
obseruauunt. Sicut enim illa lux maior est
qua^e similior est soli, & illa minor qua
magis a primo illo luminari distat: in
ille sanctus maior est, qui perfectius Christi
vestigia sequitur, & ille minor, qui minime
perfecte eius virtutes imitatur. Christus
perfecto datus est nobis, non tantum in
redemptionem qui nos redimeret, in mo-
gistrum qui nos edoceret; verum etiam
in exemplar, cuius vita nos ad omnem per-
fectionem instrueret. Quod & ipse se a
hoc etiam venisse, manifeste fatetur, dicens

Ioan. 13 Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego fu-
vobis, ita & vos faciatis. Et iterum: Discite a me,

Mat. 11 quia misericordia sum & humilis corde. Ad quid etiam
ille Rex sumus, & verus filius Dei, ac sanctitatis
origo, qui ad infinitam sanctitatem
quam a monumento suae conceptionis ha-
buit conseruandam, nullo procul medio
indigebat, in stabulo nascitur, & pannis in-
uoluitur, & in praetepio collocatur, & pa-
perem vitam ducit, famem & siti sentit,
ignominias, opprobria, crucem & mor-
tem perfert? Ad quid, inquam, hac
nunquid ut ipse proficeret, num ut virtus

te cresceret qui semper immensus & infinitus fuit? Non, sed ut nobis exemplum præberet omnis iustitiae, & exemplar vniuersarum virtutum se exhiberer. Est Salvator noster instar magnetis: Nam sicut magnes non verbis, sed abscondita naturæ vi ferrum ad se trahit, & mirabili nexu coniungit: ita Christus non solum docendo, ut magister, & faciendo ut redemptor, sed etiam operando, ut virtutis exemplar, corda nostra ferrea post se trahit, & sibi per veram imitationem vnit. Quam sponsi proprietatem indicat sponsa, cum ab sposo ad se trahi instanter effigitat, *trahe me* inquit, *post te surremus*; trahe inquam, ad modum magnetis, & virtute actionum tuarum me tibi actionibus virtutis assimila, &c. Diuerso itaque modo Christus, & alij sancti nobis dati sunt, ut nos suo exemplo illuminent, & ad virtutis amorem accendant. Isti ut stellæ, quæ à Redemptore nostro splendorem mutuantur, & si cum ipso conferantur parum illuminat: ille vero ut splendidissimus sol positus in fulore diei, qui infinitam virtutis lucem emittrit, & (quod ad se pertinet) minimas quoq; tenebras imperfectionū dispellit, & in unaquaq; re quod perfeccissimum est manifestissimè ostendit. Hoc virtutis & sanctitatis exemplar præcipue in omnibus inspiciendum est, ut ex

Cant. I.

E e 4

ipso

440 P. ALVAREZ DE PAZ
ex ipso immensum melius quam ex aliis
quicquid est virtutis addiscamus. Quod
ne & debitum, & necessarium & utilissimum
& honorabilissimum esse quisq; manifestat
perspiciet. Debitum quidem est, quoniam
verbum patris carnem nostrā sibi vniuit, &
quod semel assūpsit, nunquam depoluit,
nec ab homine assumpto discessit. Gram-
do autem postulat, imo & iustitia petet,
amatori nostro per imitationē vniatur,
nunquam ab eius sequela recedamus. At
ultra praeceptum volumus Christum sequi,
& eius indumento quod omnis virtus est
vnde quaque vestiri, id quidem utilissimum
inuenitur, nam & illum magistrū sequimur
qui breuius instruit, melius docet, & nec
minimo à tramite deuiat veritatis ac tan-
dem hæc Christi Saluatoris imitatio homo-
ri fidentissima est quæ nos virtute perfec-
tissima, causa honoris replet, & apud omnes
rectè sapientes honorabiles facit. Nam si ille
honorificentior est in republica terrena,
qui similior & propinquior est regi: in Eccle-
sia profecto honore & reverentia dignus
erit, qui vigilanter contenterit Christo se
propinquare: & quanto magis ipse se con-
formare studuerit in terris, tanto erit glo-
rior & sublimior, ac ei sede propinquior
in cælis. Quia sicut gloriam beatorū Christi
imitatio efficit, ita maiore gloriā perfectio
imitatio

mitatio pariet. Estote imitatores Dei , ait Paulus, sicut filij charissimi : & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Christus ergo caput nostrum est , vnde ab eo, ceu à capite omnes actiones nostræ virtutis influxum exspectet, tuncautem exspectant, cum per gratiam huius capitis operamur, & ei operum imitatione coniungimur. *Ephes. 5.*
Et felix membrum , vt Bernardus ait, quod *Bern.*
huic adhæserit per omnia capiti, & sequetur *ser. 1. in*
illud quocunque ierit , quia sic sensum & *capite*
vitam accipiet &c. Christus tandem creator *Ienunii.*
noster est , qui sicut nos divina sua virtute
creauit, ita & suæ humanitatis imitatione
reformat, & imaginem suam peccatis nostris
fœdataam, ad gratiae nitorem , & sanctitatis
pulchritudinem reuocat. Quare, vt hunc ni-
torem adipiscamur, eum mens nostra con-
templetur, eum affectus complectatur, & ip-
sum actio & vita semper imitetur. Sic Chri-
stiformes efficiemur, & à Patre, vt filij charis-
simi diligemur, vt cum naturali filio nos in
filios adoptati, per omnem æternitatem re-
gnemus. Amen.

CAPVT. XXXXIII.

Quod religiosus perfectionis amator congresu pa-
rentum & propinquorum abstineat, & nimias
familiaritates vitet.

Im igitur Christi imitatores in istud om-
nis virtutis exemplar oculos mentis in-
tendant,

442 P. ALVAREZ DE PAZ

tendant, & hoc documentum quod sequitur, (& ad perfectam parentū & cognatorum derelictionem pertinet) non repugnat, sed libenter suscipient. Nam ipse Dominus, ut huius renunciationis formā religio-

Luo. 2. exhiberet, puer duodennis parentes reliquit, & in templo remansit, ut his, quæ aeternitatis sui erant, dum interrogat, & audit legi

Matth. 12. Doctores, insisteret. Cumque semel docent in domo, matrem & cognatos prostantes, & ei loqui desiderantes, audire, omni affectu sanguinis & carnis exutus, dixit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? digito monstratis discipulis, subiecit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est: ipse meus frater, & soror & mater est. Quare sic respōdit noster Salvator

Lauren. Iustit. tract. de Dominus Iesus: vtique propter nos, ut coram uersos ad Dominum tam non sollicitet cara parentum carnalium, & necessitudines illorum non impediant exercitium spirituale. Grauis est, ait Ioannes Climacus, & omnino vitabilis ad propinquorum, vel etiam extraneorum aliquem immoderata affectio, cum ea nos ad sacerdotalem sensum possit trahere, ignemque compunctionis nostræ penitus extinguere. Sicut impossibile est

Climac. gradu 3. uno oculo in cælum, altero in terram adspicere.

cere, ita fieri non potest, ut in his anima non
periclitetur, qui corpore & cognitione ab
omnibus & propinquis, & extraneis non
se peregrinum fecerit. Si enim duos oculos
habentes, cælum vno, & terram altero simul
videre nequimus: quanto minus, si vnuar
tantum oculum haberemus, eo eodem tem-
poris momento cælum & terram adspiceremus.
At vnuus animus tantum est nobis
vnum cor, vna voluntas, vnuus affectus, quo-
modo ergo possumus eo cælum terramque
complecti, & nosipso carne, & spiritu, Deo
(qui totos nos petit) & parentum ac propin-
quorum negotijs occupare? præsertim cum
iuxta dictum Isaiae angustum sit stratum, ita
ut alter decidat, & pallium breue, quod duos
operire non possit, nemo quidem potest *Isa. 28.*
amicum, & inimicum sequi, & familiari &
hosti simul assentiri: vnde nec poterit Dei &
parentum ac propinquorum, non tam di-
uerla, verum & contraria, negotia tractare.
Christus quippe amicus noster est, qui cum
Dominus sit, personam etiam amici suscep-
pit, cum protestatus est: *Vos autem dixi ami-
cos: parentes verò, & cognati, si nos ad
suas curas & sollicitudines pertrahant,*
hostes sunt manifesti: quia inimici homi-
nis domestici eius. Non ergo possumus

Christi

444 P. ALVAREZ DE PAZ

Christi vestigia sequi, & propinquorum
strorum, quæ nos à Christo auellunt neg-
tijs & sollicitudinibus inhærete. Si enim
Christum, ut dixit Bernardus, inter cognos
suos, dilecta & desolata mater non inveni,
vtique nec nos in domo parentū, & cognos-
torum non suorum, sed nostrorum nego-

Ps. 44. quam eum poterimus inuenire. Audi filia
vide, inquit sanctus Dauid, sponsam Christi
alloquens, & inclina aurem tuam, & obliga
populum tuum & domum patris tui. Vocavit De-
minus quendam, ut sequeretur se: & illi de-
Matth. 3. centi: *permitte mihi primum ire, & sepelire patrem*
meum: respondet qui illum ad se vocabat, sic
ut mortui sepeliant mortuos suos: tu autem
vade & annuncia regnum Dei. Alius vero
non vocatus, disciplinæius seipsum in-
gescit, dicens: *Se quar te Domine, sed permisisti*
mihi primum renunciare his que domi sunt. Ad
quem Dominus: nemo mittens manum
suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est
regno Dei. Reddat rationem Basilius, quæ
Basil. Dominus neutri eorum tam breuem erga
coff. mo- parentem, & erga res suas occupationes
mast. c. 21 permisit. At qui ait, quæ vterque rogabat
rationi maxime consentanea esse videbatur
ac iustissima: sed enim neutquam ea Salu-
tor probauit, neque vel ad pœnum quidem
temporis, sciugo ab illo cœlestis regni alum-

nos

nos permisit, ne sublimi illa & cælesti animi elatione, humilius aliquid vel agerent vel cogitarent, mente in rerum terrenarum fragiliumque cogitatione depressa & acclivitatem qui ad res cælestes animum aduxerunt, ijs neutiquam liceat eorum qui in terra sunt rationem ullam habere, vt qui iam ex ea animo emigrauerint, & mentis contemplatione altiores mundo sint effecti. Quod si nec minima occupatio sacerularis, volentibus Christum sectari, ab ipso Domino permitta est, quia aliquantulum à cælesti proposito retardabat, quanto minus illa negotia permetteret, quæ nonnulli religiosi non verentur suspicere? Quibus hic postremus gradus dimissionis patentum arriserit, optimè illud Deuteronomij competit: *Qui Denuo dixit Patri suo & matri sua, nescio vos, et fratribus suis, ignoro vos, & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Iudicia tua, o Iacob, & legem tuam, o Israel.* Nam hi non ut cumque, sed perfectissime illud Domini eloquium pactumque custodiunt, quo dictum est illis ut parentes, fratres, propinquique dimittant, si volunt ad perfectam religiosæ vitæ disciplinam venire. Imo & perfecte custodientes hoc pactum, in hoc quod carnem & sanguinem nesciunt, mirifice ad Dei scientiam & contemplationem

Deut.
33.

Gregor. 7. mor. cap. 14. Gregorius: Ille scire Dominum familiariter appetit, qui præ amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter scivit. Graui enim damno scientia diuina minuitur, si cum carnis notitia partitur. &c. Omnes quidem tan religiosi quam sæculares amâdi sunt, proxima enim sunt quos charitas suo gremio complectitur, sed nemo immoderato ac nimis amore diligendus. Nullus quantumuis factus ad nimiam familiaritatem admittendus, nisi forte consultò velimus diuinam familiaritatem amittere, & in ingentes mentis distensiones, & in magna vitia prolabi. Perfectus amor Dei omnem alienum amorem rejicit, & vera cù Deo orationis familiaritas omnem ineptam cum hominibus familiaritatem excludit: quod si hæc quisque complectatur, nec perfectus in eo Dei amor, nec intima orationis familiaritas est &c. Ita nimia familiaritates & immoderatae amicitiae primum cor viri spiritualis amore creaturæ inficiunt, & cogitationibus inutilibus, & vanis desiderijs contaminant. Amor enim creaturæ alicuius, qui ordinatus non est, nec Dei causa à nobis assumptus, non dubium quin cœnum ac lutum fœtidum sit, dum mentem à Deo aliquantulum avocat, & in vilissimam creaturam immoderatus inclinat. &c.

CA.

CAPVT XXXIV.

Quod religiosus diuinis inspirationibus pareat,
bona opera strenue faciat, & nullam occasione
proficiendi pretermittat.

QVisquis diligenter in intimis sui cordis
admiserit, & attentus vocem Domini
se vocantis, inuitantis, & docentis ausulta-
uerit, breui tempore magnos progressus in
itinere viræ spiritualis efficiet. Illud vero
est Deum audire, Deo obedire, Dei monita
& hortationes accipere, & illud cuiusdam
sapientis celeberrimum dictum. Sequere
me, vita & actione præstare. Bernardus ait:

Quis ita vigil, & diligens obseruator mo- Bern.
tionum internarum suarum, sine in se, sive for. 22^o
ex se factarum, ut liquidò ab quæque illicita in canis.
sensu cordis sui discernat inter morbū m. etis
& morbum serpentis: ego nulli hoc mor-
talium possibile puto, nisi qui illuminatus à
spiritu sancto speciale accepit donum, quod
Apostolus inter cætera charismata, quæ
enumerat, nominat discretionem spirituum.
At licet ignotū sit nobis an cogitationes ad
malum incitantes, à nobis, an à demone ex-
orientur, notū tamen & compertū est, eas
omnes esse rejiciendas eo ipso quod ad ma-
lū instigant. Cogitationes à Deo procedentes
sunt,

448 P. ALVAREZ DE PAZ

sunt, quæcunque ad bonum impellunt, sanctitatem & puritatem nos excitant, mentem nostram pace quadam calmus immissa tranquillant. Atque harum memini

Psal. 84

1. Reg. 3

2. Cor. 4

*Ber. ser. 32. in
stant.*

Dauid dicens: *Audiam quid loquatur in me* minus Deus, quoniam loquetur pacem in plenam suam, & eas exspectabat Samuel dum audebat Dominum: loquere Domine, quia adest seruus tuus. Et Dominus a se manare non negat, qui ait: *ego sapientia habito in cibis, & eruditis intersum cogitationibus*, que enim Deus illas approbat, quas non se prodire cognosceret. Paulus quoque non quod sufficientes simus cogitare aliquem a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra

ex Deo est. Itaque pacem, pietatem, iustitiam Deus in nobis loquitur, nec talia nos cogitamus ex nobis, sed in nobis audimus. Omnes ergo cogitationes ad bonum mouentes ad mortificationem, ad virtutem, ad puritatem incitantes, sciamus a Deo progredi, ab omnium bonorum principio varijs modis & instrumentis immitti.

Has a Deo immissas cogitationes, divinitus inspirationes vocamus, quod illis Dominus in cordibus nostris desideria virtutis excitat & ad varias boni actiones instiget. Quae attente audire debet & diligenter operi completere, nec illis ullo modo reluctari, quemque vult spiritu proficere, & ad perficiendam

ctionem peruenire. Hæ inspirationes sunt quæ nos bona & sancta loqui iubent. Hæ quæ bonum in omnibus exemplum dare præcipiunt &c. Dominus non solū per scripturas, & per externam prædicationem, sed etiam per internas inspirationes, dictis Ecclesiæ conformes, iustos erudit, ut eos ad virtutæ puritatem promoueat. Dominus intellexit docet, & voluntatem inflammat, & gratiæ vires ad operandum attribuit. Qui vult ergo in virtute crescere, & ea quæ sunt principis, id est, viri perfecti, perdiscere, has Domini allocutiones audiat, illis obediatur &c. Diuinis ergo inspirationibus obedire, efficacissimum medium accipiendæ perfectiæ est, quoniam illa suprema maiestas, cuius natura est sanctitas, cuius verbum est ipsa sapientia, non vana & inania nobis loquitur (quis enim hoc de Deo credat) sed quæ sua puritate ac maiestate sunt digna, & quæ nostræ emendationi præsint. Inspiratione sua vult vitia nostra prosternere, & duritiam mentis nostræ confringere. Richardus enim ait: In obduratebus mentibus, melius operatur Deus inspiratione, quam percussione corrugaturque sæpe interna illustratione, quæ non possunt flagella corrigere. O quæ virtutis est diuinæ inspirationi patere, quæ duretiæ nostræ emollit, & emolliitos Deo subjicit

Ff & fi-

Richard
lib de
erudit
interio
nis homi
e. 270.

450 P. ALVAREZ DE PAZ

& ficta altitudine vitiorum nos liberat. Ne
solum diuina inspiratio susceppta malum pe-
lit, sed & multitudinem cælestium donum
in nobis infundit. Nam dum Deo inter-
loquenti, & diuersarum virtutum studia po-
cipienti obedimus, sedem in nobis virtutu-
bus & donis supernis præparamus. Radix ma-
inquit Iob, aperta est secus aquas, & ros morati-
tur in missione mea. Gloria mea semper innova-
tur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.
Radix nostra cor nostrum est, à quo sicut
radice vita procedit: quod tunc secus aqua-
aperimus, cum diuinæ inspirationi recipi-
dæ subjicimus. Tunc autem ros moratur in
missione nostra, id est in iustus actionibus
nostris, quæ rore, nimis superna gratia de-
super cadente, crescunt, & ad perfectionem
maturitatem perueniunt: tunc pulchritudo
mentis nostræ augetur, & fortitudo succre-
scit, quia Dominus sibi obedientibus, & sui
alloquia recipientibus largam benedictionem
immittit. Bonum est itaq; audire Deum, &
non tantū eius præceptis omnibus in com-
mune propositis, sed etiam specialibus inspi-
rationibus obedire, quæ custoditæ nos à ma-
lis liberant, & bonis cumulat, & ad amplio-
ra bona recipienda disponunt. Vitam, in-
quit Bernardus, & mihi aperiat aurem Do-
minus, intrer ad cor meum sermo veritatis,
inundet oculum, & læta præponet visioni.

Iob. 29.

Ber. ser.
g. in Cæs.

2
erat. Nu-
um po-
donat
inten-
dia po-
s virtu-
s mor-
mouati-
ur adi-
s sicut
s aqua-
cep-
ratur in
tionalis
atia de-
ectionis
hritudo
succes-
s, & su-
dictione
eum, &
n com-
ous infi-
os à ma-
amplio-
art, in-
em Do-
eritatis,
vifion),
11
DE VITA SPIRIT. EPIT. 451

vt dicatn Deo etiam ipse: præparationem cor
dis mei audiuit auris tua. Ut audiam à Deo *Psal. 9:*
etiam ipse cum cæteris obedientibus : & vos *Ion. 15:*
mundi estis, propter sermonem, quem locu-
tus sum vobis. Nec omnes mundantur, qui
audiunt, sed qui obediunt. Beati qui audiūt
verbum Dei & custodiunt illud. Talem re-
quirit auditum, qui mandat dicens: Audi Is-
rael. Talem offert, qui ait: loquere Domine,
quia audit seruus tuus. Talem spondet, qui
dicit: Audiatn quid loquatur in me Domi-
nus Deus. Et vt scias etiam Spiritum sanctū
hunc in animæ spirituali profectu ordinem *Greg. 3:*
obseruare, vt videlicet prius formet audi-*Psal. 84:*
tum, quam lætificet visum: Audi, inquit, fi-*Psal. 44:*
lia, & vide. Quid intendis oculum? aurem
para. Videre desideras Christum? oportet te
prius audire illum, audire de eo, vt dicas,
cum videris: Sicut audiuimus, sic vidimus.
Immensa clarites, visus angustus, & non
potes ad eam. Potes auditu, sed non adspe-
ctu: Clamantem denique Deum, Adam *Cen. 3:*
vbi es? non videbam iam peccator, audiebā
tamen: sed auditus adspectum restituet, si
pius, si vigil, si fidelis præcesserit. Fides
purgabit, quem turbavit impietas. Et
quem inobedientia clausit, aperiet obe-
dientia. Denique à mandatis tuis intelle-*Ps. 118:*
xit, inquit, quod intellectum reddat ob-
seruatio mandatorum, quem tulit trāsgres-
F f 2 ho: Ad-

452 P. ALVAREZ DE PAZ
sio . Aduerte adhuc in sancto Isaac
Gcn. 27 quomodo præ cæteris sensibus auditus
tam sene vignerit . Caligant oculi Pa-
Rom. 10 triarchæ , palatum seductur , fallit
manus , non fallitur auris . Quid mirum
si auris percipit veritatem, cum hæc exau-
ditu, auditus per verbum Dei, verbum Dei
veritas sit ? Ista omnia bona infra
auditio Dei, auditio, inquam illa, quæ
mente audimus loquenter Deum, & ope-
re quod iubet solerter exequimur . Primo
intellectum erudit tali doctrina, tali lumi-
ne, quod si velimus, desideria excitat, ve-
luntatem moueat, & cor inflammet . Deinde
ad opus excitat, ad bellum contra vitia
& vniuersos affectus in ordinatos prouo-
cat . Tandem mundiciem, & mentis san-
ctitatem importat . Intenti igitur simus vocem
coniectamur, ei diligentissimè obedientes
simus Ipse Dñs gloriæ est qui vires nostras
Bar. Jer. interius mouet, ut bonum sciamus, velimus
1. pent. & operemur . Ipse profecto (ut ait pulcherrimus
Bernardus) moneret, & mouet, & docet . Mo-
net memoriā, rationem docet, mouet voli-
tatem . In his enim tribus tota cōsistit anima .
Propterea non solum moneri, & doceri, ve-
rum etiam moueri , & affici ad bonum ne-
cessit est, ab eo vtiq; spiritu, qui adiuuat in-
firmitatem nostrā, & per quem in cordibus
nostris

nostris diffunditur Charitas, quæ est bona voluntas. Itaque cum sic adueniens Spiritus totam possederit animam suggestendo, instruendo, afficiendo, loquens semper in cogitationibus nostris, ut audiamus & nos, quid loquatur in nobis Dominus Deus, rationem illuminans, voluntatem inflammans, non tibi videtur, quia totam domum impleuerint dispertitæ lingue tanquam ignis? Si Dominus est, qui venit, si Spiritus eius est qui loquitur, si Deus ipse annunciat homini eloquium suum: præparare, o anima, in occursum Dei tui Israel.

Enitendum est, ut omnia bona opera diligenter, & strenuè perficiantur. Cum vero aliquod opus bonum aggredieris, etiā si minimum aut leuissimum videatur, illud magni momenti, & apud Deum magni valoris esse memet: qua meditatione formatus, opus occurrens non perfectorie non quasi aliud agens, sed quiete, attente, & deuote incipies continuabis atq; perficies, &c. Nesciat finistra tua quid faciat dextera tua, ut enim inquit Gregorius: Valde perfectorum est, sic ostensio opere, auctoris gloriam quærere, ut de illata laude priuata nesciat exultatione gaudere. Tunc solū namq; innoxie hominibus laudabile opus ostendit, cū per despectum mētis veraciter laus impēsa calcatur &c. Sēpe vera in ostēsione operis, auctoris patefac-

F f 3

re glo-

Mat. 6.
Greg.
moral.
lib. 8. c.
38.

454 P. ALVAREZ DE PAZ
gloriam cupiunt, sed excepti favoribus
laudis propriæ cupiditatem rapiuntur:
que se metipso deiudicare interius neg-
gunt, sparsi exterius ignorant, quod agunt
etrumque opus suæ elationi militat, atque
hoc se impendere obsequio largitoris pos-
tant, &c. Nonne animæ exercitatio, et ob-
negatio sui, qua praus affectus & vita
velut humores noxios minuit, atque col-
mit? Sed in dubium esse non potest. Sal-
monis sententiam excipienti:

Pro. 24. Diligere agrum tuū, ut postea adfices domum tuū.

Agrum quippe exercere est, vita nostra
mortificatione conuellere, & affectus no-
stri abnegatione purgare. Vnde Gregorius

Greg. ait: Quidnam est, præparato opere agrum
10. mœv. diligenter exterius exercere, nisi euallis in
2. 16. quietatis sentibus, actionem nostram ad fru-
gem retributionis extollere? &c. Ars longa
& vita breuis. Deus post Adæ peccatum in
vitam nostram abbreviauit, ut molestie eius

Amb. quæ prosperitate non poterant, tempore
ser. 42. exiguitate finirentur. Et ideo etiam, ut ipsa
suam potentiam in humana imbecillitate
monstraret, qui in tanta vita brevitate,
artem longam perfectionis hominem
nem docet: Nam rogo, quænam ars vita
spirituali longior, & virtutis perfectione
prolixior? Hoc homo discit, non tantum
Deum cognoscere, sed Deum amon-

com

complecti, Deum ad se pertrahere Deum
actibus imitari. Hac discit terram in cælum
conuertere, animale in spiritale, impurum in
sanctum commutare. Hac discit seipsum, &
omnia terrena contemnere, & suam men-
tem diuitijs numquam perituis ditare, &
Dei puritatē ac sanctitatem induere. Quod
si artes, quæ rerum creatarum naturas con-
siderant, longæ, id est multum temporis ad
sui adeptiōē requirentes, appellantur,
quantum hæc perfectionis ars cæteris non
solum dignitate, sed & temporis, ad sui ac-
quisitionem necessarij diuinitate p[ro]fessabit,
quæ creatorem ipsum docet non tan-
tum cognoscere, verūm etiam ut sponsum
complecti, & illi tanquam Domino famula-
ri? Illi quidem qui ex yilibus metallis, &
multis varijsque rebus, aurum se facturos
promittunt (quos alchimistas vocant) lon-
ga temporis spatia ad hanc conuersionem
faciendam exposcunt: quam in immensum
longiora requirentur, ut carnalis homo in
spiritualem, & terrestris in cælestem com-
mutetur? profecto, ars longa & vita breuis,
sed in hoc potentiam suam ac misericordiā
commendat Deus, quod artem lögam bre-
uiter ingerit, & non solū annos homines,
& senio confectos, sed & pueros, & tene-
ras puellas perfectione virtutis imbuit.

Cum ergo perfectionis ars longa sit, quæ
Ff4 docet

456 P. ALVAREZ DE PAZ
docet peccata destruere, vitia extingui-
fctus moderari, virtutes acquirere, Deus
amore cōplete, & vitā cālestē atq; di-
nā in terris instituere, necesse est, vt nos pe-
fectioni assequendā incessabili diligē-
cooperemur, & vt in rem magnā, & non per-
uiam, sed plane difficultē & laboriosā in-
cumbamus. Qui autem in omnibus studiis
proficere, hic nec reprehensioni locum de-
bit, nec (licet ad finem perfectionis non ve-
niat) sui laboris fructu carebit: vnde Berna-
dus ait: Ambulare, proficere est. Non am-
bulātem sed sedētem à mortis tenebris cō-
prehendi, periculum est. Et quis sedet, nū
qui nō curat proficere? Id caueto: & si mor-
te p̄occupatus fueris, in refrigerio eris, di-
ces Deo: *Imperfectum meum viderunt oculi tuū*.
Et nihilominus *in libro tuo omnes scribemur*.
Qui omnes? profecto qui in desiderio pro-
ficiendi inueniuntur. Proficientes enim à
morte p̄occupati fuerint, in eo quod ēs
deest perficiendi sunt. O magna consolatio
quod à nobis non peruentio ad perfectio-
nē, sed labor proficiendi, & enitendi solum
exigitur. Imitentur proinde spirituales vi-
falsæ & fugacis pulchritudinis amatores,
qui indignissimum ducunt, aliquā occasio-
nem placendi ei quam amāt p̄terminere.
An non sunt amatores verē sapientie, cuius
decor numquam perit? An non sunt similes

Ber. ser.
15. ex
paruis.

Psal.
133.

illi qui dicebat. Hanc amavi, & exquisui *Sap. 3.*
à iuuentute mea, & quesui sponsam mihi
eam assumere, & amator factus sum formæ
illius? &c. Redimamus à malitia tempus,
quo possimus in nostræ virtutis augmen-
tum semper in umbere. Quid est redimere
tempus, nisi aut detrimento rerum tempo-
ralium, aut nostræ commoditatis damno.
tanquam prelio soluto tempus coemere,
in quo vacemus virtutis studijs? Redimere
tempus est, inquit Anselmus, ut quando
aliquis infert tibi litem, perdas aliquid, ut
Deo vaces, non litibus. Quod enim perdis,
preium est temporis. Quo modo perdis
nūmos, ut emas tibi aliquid, sic perde num-
mos vel quodlibet aliud, ut emas tibi quie-
tem. Redimamus itaque tempus, id est, cō-
modis nostris, & curis huius sæculi subtra-
hamus, ut in frequentibus virtutum occa-
sionibus, quæ singulis momentis se offerunt,
seipsum impendat. Redimamus tempus, quia
verè captiuum est, cū nō Deo famulatur, sed
nostræ propriæ voluntati, aut vanitati deser-
uit. Tunc vero redimimur, cum ab ijs, quæ
nostrum statum non decent, liberatum, au-
gamenti nostræ virtutis à cōsequimur &c Sa-
lomon ait: *Quodcumque facere potest manus tua Ecol. 9.*
instanter operare. Quid est quodcumque? &
magnum bonum facito & minimum non
omittit? difficile amplectere, & facile noli

*Ansel-
mus. ib.*

458 P. ALVAREZ DE PAZ
adspernari. Minima perfectio à nobis facien-
da sunt, ut in postremo die in minimis fide-
les inuenti super maiora constituamur. Sed
valde formido, quod in magnis Dei volu-
tatem non facit, qui in minoribus virtutem
spernit.

CAPVT XXXV.

*Quod religiosus perfectionem amans sit vita com-
munis affectator, otiositatem odio habeat, &
nimias occupationes timeat.*

Non est minoris momenti ad viam
perfectionis feliciter peragendam,
amor & exacta custodia vitæ communis
quam in statu religioso nostri maiores insi-
tuerunt, & suo exemplo ac vita ratione
probarunt. &c. Merito quidē vita religiosa
quam omnes in commune sequuntur, voca-
ti potest expultrix malorum & maximorū
bonorum initium &c. Thomas inter Apo-
stolos Dominum videt, manuum vulnera
tangit, aperturam lateris oscularur; & quis
hominem agnouerat, Deum confiteut,
Tse. 20. dicens: Dominus meus, & Deus meus. Et tu
similiter si à consortio fratrum per negligen-
tiam aut singularitatem, auulsi, Do-
minum corde aut opere reliquisti, vel con-
scientiæ scrupulis punctus, & cæcitate tur-
batus, Deum tibi infensum cognouisti, redi-
ci



ad fratres, sanctorum laborum particeps
esto, & similibus studijs occupari curato, ut
Dominū mentis oculis videas, affectibus
amplectaris, & laudis eius confessione di-
teris. Quod Apostoli & Discipuli experti
sunt, tu similiter cæteris fratribus corporali
præsentia, & labore cohærens sine dubio
conquereris. Illi enim omnes erant pariter
in eodem loco, & quia corpore iuncti, &
studio orationis similes, & voluntate con-
cordes, spiritum sanctū acceperunt, & luce
eius perfusi, ac ardore inflammati, ex pusil-
lanimitate ad fortitudinem, ex ignorantia
ad rerū diuinarū eximiam cognitionem, &
ex timore ad charitatis ardorem reuocati
sunt. Non sine magna ratione sanctus Bo-

A. 2

*Bonas.
in specu-
lo partit
3. 6. 5.*

nauentura vitam cōmunem status religiosi
collaudat, dicens: Conuentualem vitam, ut
sanctissimam, imo angelicam toto affectu
animi amplexantes, ei tam continua quam
deuota prosecutione adhærent. &c. Vnde
Augustinus ait: Omnia opera vestra in vnū
fiant, maiori studio, & frequentiori alacrita-
te, quam si vobis singulis feceritis propria.
Charitas enim de qua scriptū est. Non quæ-
rit quæ sua sunt, sic intelligitur quia cōmu-
nia proprijs, non propria communibus an-
teponit. Et ideo quanto amplius rem com-
munē, quā propriam vestrā curaueritis, tan-
to vos amplius proficere noueritis, &c.

*Aug.
in reg.*

*2. Cor.
13.*

Car-

460 P. ALVAREZ DE PAZ

Caibones quidem accensi mutuo se fuen-
vnuſ ſolus exſtinguitur & tabeſcit: ita vi-
iſti charitate ſuccenſi in vnuim congre-
mutuo ſe in virtute iuuant, & ad perſetto-
nē impellunt: vnuſ verò ab alijs corpoſe, &
corde ſeiunctus, paulatim in iam concepo-
ſeruore tepeſcit, &c. Qui ſingulares eſſe
videri cupiunt, odi a ſibi & inimicitiis, aed-
tractiones aliorū conſtant, qui verò cō-
nium laborū & ſtudiorum participes hum-
omnium in ſe amorē & benevolentiam cō-
ciliant. &c. *Sanctificate, inquit, ieiumum, voca-
cōtum.* Quid eſt enim cōtum vocare? vni-
tē ſeruare, diligere pacē, fraternitatem an-
re. *Sanctificate ieiumum, vt pura, & deuon-*
ora, & diuinę illud offerat maiestati; voca-
cōtū ut congruat vnitati. &c. Religiosus, ut
otioſitatem vitet, & iſtud magnū imped-
imentum perfectionis abſiccat, ſemper a ſtudijs interioribus qualia ſunt oratio, con-
templatio, lec̄tio, aut actionibus externis, in
quibus functiones ad animarū ſalutem or-
dinatas numeramus, vel operi manuum in-
fiant: ita videlicet, ut ſtudia interna occa-
pationes externas ditigant, & moderentur;
externa verò opera internos labores animi
dū intercidunt tueantur. Hęc autē ſic inter-
mista & congruis temporibus accepratazō
ſine ingenti iucunditate merita noſtra apud
omnium honorū remuneratorē augmen-
tant.

Ioel. 2.

tant. Quare illi, qui otio tabescerat, à patre-
familias sunt vehementer reprehensi, & au-
dierunt: *Quid hic statis tota die otiosi: quia scili-
cet hic, id est, in loco meritorum prouehendo-
rū otiori, & nō illa, vel mentis, vel corporis
laboribus adaugere, ingēti debet stoliditati
mētis adscribi.* Sicut è cōtra magnæ sapien-
tiae tribuendū est in officina bonorum ope-
rum aliquid semper quod Deo placeat dili-
genter operari. Gloriam enim sapientes pos-
siderebunt, quæ sanæ laborū præmium, & nō
otiositati, sed bene operandi curę respōdet.
Dominus quidē, qui hominem propter se-
metipsum videndum & possidendum con-
didit, & ad æternū præmium vocavit, otio-
sitatē vetuit, dum primo mortalium parenti
laborandi præceptum indixit. Quin & post
lapsum idem præceptum iterauit, dū in la-
bore corporis, & sudore vultus ab ipso pri-
mo parente pane in comedendum esse præ-
monuit. & erito autem iussio hæc, & in statu
innocentiae, & in statu peccati lata est, vt
sciremus, otium & innocentiae aduersari, &
peccatis conuiuere: honestum verò labo-
rem, tum peccata destraere, tū innocentiae
esse custodem, imo & vt non ignoremus
Dei voluntatem esse, vt innocens aliquid
operetur quod innocentiam augeat, & pec-
cator aliquid elaboret, quod pro suis pec-
catis sati faciat. Deum verò hominem nō
ad segnitiem, sed ad honestos labores &

stū-

Mat. 20

Gen. 2

Baf. cōst
monast.
c. 5

studio sas occupationes creasse Basibū
adstruit. &c. Qui sibi domum virtutis no-

construit, telas aranearū contexit. Curiosus
inquit Bonanentura, non curanda curat, ne
cessaria negligit, & sui oblitus aliena con-

Isa. 59. derat, notat, & explorat. &c. Audi quid dicit
Dominus: Operamini non cibum qui peccat
sed qui permanet in vitā æternā. Cibus qui

perit occupatio sacerularis est, quam nulli

Ioan. 6. sublequetur merces, & forsitan ipsa penit
suos operatores disperdet. Cibus autem qui
permanet in vitā æternam oratio est, i.e. cibū
est, profectus animarum est, & omne opus
religiōtū est, cuius erit merces æterna. Hoc
opus operantem nunquam in bonum de-
seret, sed velut ala illum in cælestes man-
nes subleuabit, & ab ista mortalitate in im-
mortalitatē efferet. Tandem pro certo habe-

quicquid temporis vanis occupationibus,
aut colloquijs concedis, aut à Deo quo cum
cōuerlari deberes, aut à proximis, quos eis
doctrina adiuturus, iniustissimè suffurari.

Religiosus nimias occupationes timeat,
non sola otiositas nobis fugienda est, sed
etiam nimia occupatio. Hæc enim distrahit
sicut illa dissoluit, & sicut otium spiritales
vires enervat, ita negotij nimietas eisdem
vires paulatim absunt, & alieni robur eti-
comedunt, qui seipsum nesciens, quæ sunt
supra suam facultatem, aggreditur. &c.

Noa

Non prosunt autem laboranti labores sui,
si ut alios illuminet, seipsum cæcat, si ut
alios doceat, ipse religiosam disciplinam de-
dicit, si ut alijs apponat doctrinæ seu præ-
dicationis mensam, semetipsum pane ora-
tionis, & reliquis exercitationibus Spiri-
tum reficientibus priuat. Imo nec prosunt
filijs Ecclesiæ, quos communiter frigidus
non calefacit, cæcas non docet, ignorans
non dicit. Quam obrem ipse laborum sco-
pus hortatur, ut labores ipsi sint moderati,
& viribus laborantis accommodi. Fili inquit
Ecclesiasticus, ne in multis sint actus tui, & si Ecol. 32
diues fueris, non eris immunis à dilio: Si enim
secutus fueris, non apprehendes, & non effugies, si
precucurreris. Tunc verò actus tui erunt in
multis, cum vires tuas spirituales excesse-
rint, & te ad tui profectus obliuionem im-
pulerint. Diues quidem eris negotijs, quia
non tibi soli, sed alijs etiam socijs sufficient,
sed multis scrupulis non carebis, qui tuam
conscientiam, aliena curantem, & seipsum
negligentem instimulent. Si hac ratione in-
sequutus fueris honorem, illum proculdu-
bio non apprehendes, quia semper videbis
homines vniuersa negotia indiscretè curan-
tes detractionibus laceratos. Sanctorum
Patrum vitas considera, & eos doctrinam
istam opere expleuisse perspicies. Isti enim
ita externis occupationibus obDei gloriam
assum-

464 P. ALVAREZ DE PAZ

assumptis institerunt, ut sempere a prud
tia dirigerent, & cura orationis, & propria
perfectionis cohiberent, ne qui a lijs prefe
erant, sibi ipsis deficerent. &c. Qui seipso
cura externæ actionis inquietat, & vivo
animæ turbat, non poterit orationis tempo
re debitam tranquillitatem tenere, & variis
rerum imaginibus mentem ad Deum con
templandum exuere. &c. Gregorius docet

*Greg.
18. mor.
c. 29.*

Cum occupationes extrinsecus perfite
punt, intrinsecus in amore pacatissimi
quies tenetur, atque occupationem tumultu
tus exterius perstrepentis dispensat, interius
præsidens index ratio & tranquillo modi
ramine, & quæ circa se minus sunt, tra
quilla disponit. Sicut enim vigor membra
frænandis præst motibus carnis, sic sapientia
super impositos tumultus occupationis
bene regit amor quietis: quia exteriores ca
ræ si peruerso amore non appetuntur, non
confusio, sed ordinato animo ministrantur
queunt.

CAPVT XLVI.

*Sit religiosus in communi coniunctu gravis, in con
uersatione cautus, & in eadem vitaratione po
seuerans.*

Dicamus, in quibus, & quomodo illa
gravis seruanda sit, ut quod bonum
& utile nouimus, opere compleamus.

Sant

Sane grauitas in cogitationibus, in verbis,
& in actionibus est tenenda, & omnia hæc
ne perefluant, pondere maturitatis firman-
da. Primum in cogitationibus teneatur, ex
quarum leuitate, sicut ex fonte, verborum
& actionum leuitas solet prodire. Cogita-
tionum autem grauitas in hoc posita est, ut
nihil vanum, nihil ad rem nostram non
pertinens, nihil scurrile, nihil ad risum
& cachinnos mouens cogitandum admit-
tamus; sed sola necessaria, & utilia & se-
ria, & statu spirituali digna cogitemus.
Qui enim yana & scurrilia cogitatione vo-
luunt, leues sunt animo, quem aptum ad
otiositatem & ad leuitatem, ineptum vero
ad spiritualia, & sancta colloquia, & ad ope-
ra virtutis profertunt, &c. Iusta igitur, &
sancta cogitent iusti, ut & suæ menti, &
omnibus tum verbis tum factis stabili-
tatem præbeant. De hoc enim à Sa-
piente laudantur, dum ait: *Cogitationes Pro. 12.*
iustorum, iudicia. Ut quemadmodum
iudicium non inconsiderato agitur, sed à
iudice magna mentis attentione exerce-
tur: ita mens iusti, & ad perfectionem
anhelantis cogitationes rationis indicio se-
lectas recipiat, & non indifferenter ex
otiositate aut curiositate insurgentes admit-
tat. Cōprimat eas timor Dñi sanctus, qui occul-
ta etiā cordis nostri & secreta rimatur. Liger-

Gg

cos

466 P. ALVAREZ DE PAZ
eos spes donorum cælestium, quæ non in-
nia cogitantibus, sed pura & sancta con-
siderantibus frequenter offertur.

v. Pet. 1. Nam Petrus Apostolus ait: propter quæ
succincti lumbis mentis vestra, sobrij, perfecti, spe-
re in eam, quæ offertur vobis, gratiam in reu-
tatione Iesu Christi. Lumbos mentis praecur-
gunt, qui affectus & cogitationes cohibent,
& non tantum à malis, verum etiam à
otiosis auertunt. Qui sobrij & perfecti di-
dicuntur, quoniam perfectorum est de-
deria & cogitationes vanas comprimente,
& sobrij mentis, non solum à vino, sed &
quali diligentia ab inanibus temperare.

Hi non erubescunt sperare gratiam, id
est, dona cælestia, quæ reuelatus Christus
puris animabus promeruit. Cupidus ho-
rum donorum, lumbos mentis, affectu
scilicet ac cogitationes præcingat, & tam
istas, quam illos, spiritu maturitatis ve-
stiat. Quicquid leue est, inaneque, re-
jiciat, & cogitata qua compunctionem
& grauitatem mentis tollunt, absindat
atque contemnat, &c. Leuita, inquit Gre-
gorius assumptus vocatur. Oportet ergo Le-
uitas omnes pilos carnis radere, quia si qui
in diuinis obsequijs assumitur, debet
ante Dei oculos à cunctis carnis cogita-
tionibus mundus apparere, ne illicitus
cogitationes mens proferat, & pulchram
animam.

*Greg. 5.
mor. 6.
24.*

animæ speciem quasi pilis fructificantibus deformem reddat. Iстis tum illicitis, tum vanis cogitationibus & desiderijs euulsi, sanctis vero & utilibus generatis, satis mens nostra maturitatem debitam seruat, & verba, ac actus, ab omni leuitate quam alienissimos generat. Ex his maturis cogitationibus sermones graues, & maturi producent, animæ religiosæ indices, & spirituæ utilitatis effectores &c. Quoniam sermo grauis audientes ædificat.

Grauitas autem verborum, siue sermonum est, nihil futile aut ineptum in conuersatione proferre, nihil quod certum, & indubitatum non sit, pro certo affirmare, nihil irreligiosè facetum, aut quod sapiat scurilitatem dicere: fratres honorabiliter proprijs nominibus nominare, nihil per opprobrium, aut contemptū, aut risum inuentum nomen imponere, &c. Honore inuicem præuenientes. Hæc religiosa grauitas non tantum magni ponderis est ad fratrem Charitatem conseruandam, verum etiam ad spiritualem profectum ex fratrum cōuersatione captandū. Hieronymus ad De Hiera.
Epist. 2.
67. metriadē virginē: ridere, ait & rideri sæcularibus derelinque grauitas tuam personā decet: & si iam statū secularem deseruit, & religiosam professionem induit, omni verborum leuitate seposita, debitam grauitatem

Gg 2 custo.

468 P. ALVAREZ DE PAZ
custodiat, &c. Sit itaque grauitas nostra ho-
milius, sit humilitas grauis, &c. At ista grau-
itas religiosa, que in cogitationibus in open-
bus, & in verbis elucet, eo præstantior est, &
oculis Dei nostri gravior, quod non ex van-
a cura placendi, sed ex animæ adepta pul-
chritudine & puritate procedit. Perfecta
grauitas non ex cura se moderandi, sed ex
ipsa moderatione ac sanctitate mentis ex-
stituit. Que cum ipsam vicerit, cum vita afe-
ctusque compresserit, tunc corpus etiam
grauitatis decore circumdat, & illa mirabil-
tum moderatione, tum placiditate actionis
exornat. Quantum vero hic grauitatis fru-
ctus ab hac radice procedens, diuinis oca-
lis placeat, quam pulcher sit & suavis, quam
etiam similem Deo hominem faciat, Ber-
nardus satis eleganter inquit: Hoc illud de-
corum est, quod super omnia bona anima
diuinos oblectat aspectus, & nos no-
minamus, ac definitus honestum. Cum
decoris huius claritas abundantius optima
cordis repleuerit, prædat foras necesse est,
tāquam luceina latens sub modio, imo lux
in tenebris lucens latere nescia. Porro effu-
gētem & veluti quibusdam suis radis eri-
pētē, mentis simulacrum corpus excipit, &
diffūdit per mēbra & sētis quatenus omnis
inde reuceat actio, sermo, aspectus, incessus
risus (si tamen risus) mixtus grauitate, & ple-
nus honesti. Petrus Apostolus omne oscit-

Ber. ser.
85. in
Cant.

A, Pet. 5

tiam è nostris cordibus euellit dicens. Fratres, sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Causa tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subuersione tua ambulas. Consule tibi ipse ait, & obtura aures cordis tui &c. beatus homo qui sèper est pauidus. Et Habacuc ait: super custodiam meam stabo, &c. Vnuscuiusq; ensis super femur suu m, propter timores nocturnos. Dauid ait: Seruite Dño in timore, & exultate ei cù tremore. &c.

*Eze. 13.**Pro. 28.**Cant. 3.*
Psal. 2.

Hec quidem animi cautio, atque in omnibus circumspectio propria est amicorum Dei, qua scipios, quantum possunt, ab omnibus casu & labo custodiunt. Animalia enim cæca tanquam immunda à sacrificijs repulsa sunt, quia in sua spirituali salute cæcus, non est aptus Domino in sacrificium offerri. illa quoq; quatuor animalia ab Ezechiele depicta, tā Deo familiaria. & throno Deitatis propinqua, plena oculis describūrur; quia videlicet plusquam linceū esse oportet, qui eam est puritatē adepturus, qua ad Dei familiariatem admittatur. Vnde Gregorius ait, corpora animaliū idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est: bona desiderabiliter prouidēs, mala solerter cauens. &c. ideo etiam positi sūt ianitores à Dauide ad quatuor portas tabernaculi, ad orientem videlicet, *1. Paral. 26.*

Greg. lib. moral.

Gg; & oc-

470 P. ALVAREZ DE PAZ
& occidentem, septentrionem atque me-
ridiem, quia mens iusti quæ tabernaculum
Dei est, ne periculis pateat, vndique debet
custodiri, in oriente, id est, in initio cuius-
que operis, cautio custos assistat, ne hostis
sinistræ intentionis irrumpat. In occiden-
te, id est, in fine operis, circumspetio
actionem custodiat, ne eam inanis gloria
supplantet. In meridie prosperitatis adi-
prudentia, futura prospiciens, quæ superbo
arceat. In septentrione aduersitatis nos-
desit serpentis asturia, quæ pro seruâda vi-
tute cōstanter omnia profūdat. Nam si ab
que isto custode simus, facile erit ruere, &
multis annis comparata uno momento de-
struere.

Sit Religiosus in eadem vitæ ratione per-
seuerans: finis, ut aiunt, coronat opus, & lo-
la perseuerantia coronatur. Quid enim pro-
derit, domus fundamenta iacere, & par-
tes in altum erigere; nisi super imposito te-
cto habitatio nostra usque ad finem perfec-
tiatur? perseuerantia est, quæ semper ad finem
operis nititur, & nihil cōceptum, aur-
mifacētum relinquit, sine qua ipsum spiritu-
lis vitæ finem, quem perfectionē esse defin-
itimus, nemo procul dubio conqueret. manu
Ap. 1.2 centi, ait Dominus, dabo manna absconditum
& nomen nouum. Ergo qui difficultates no-
vincit, & ab eo quod cœpit, retrocedit, ne

manna absconditum perfectionis, nec nomen nouum sancti atque perfecti, quod Christus nouus homo nobis acquisiuit, accipiet. Istudque manna, istudque nomen nouum prælibatio quædam est coronæ futura, quæ solis perseverantibus in virtute promittitur. Qui certat in agone, inquit ^{2. Tim.} Paulus, non coronabitur, nisi legitime certauerit. Non sufficit in stadio religionis currere, nisi usq: ad finem curras. Ideo diabolus soli perseverantie parat insidias, cui in Genesi dicitur: *Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Tanta est sane huius hostis insolentia, ut contrito capite à persecuzione nostra non cesser, sed calcaneo, id est fini operis, ac perseverantie laqueum instabilitatis obtendat. In quo profecto ad nostram perditionem obtinebam non fallitur, qui optimè nouit, quod ubi ceciderit lignum, ibi erit, & non ignorat hominum ^{Ecol. 11} sortes à Domino non ex initijs, sed ex fine pessari. Vnde pulchre Hieronymus ait: Non ^{Hiero.} queruntur in Christianis initia, sed finis. ^{Epist.} ^{10 ad} ^{Corin.} Multi quippe sunt, qui viam perfectionis incipiunt, quod initia non esse admodum difficilia satis ostendit, sed ô quam pauci ad finem huius vitæ, nempe ad perfectionem, ascendunt. Qui ergo perfectionis palam obtainere concupiscit, incipiat quidem viam istam felicem ingredi, sed magna

G g †

cura

472 P. ALVAREZ DE PAZ

cura in eo, quod incepit, perseveret, Ez-
*Eze. 2. chielis animalia, quæ viros iustos designi-
bant, non reuercebantur cum ambulare.*

1. Reg. 6

*Vaccæ quoque arcam Testamenti portan-
tes ibant in directum, & itinere uno gradie-
bantur, pergentes & mugientes. Ita omnia
sunt virorum perfectionem sicuti
imagines, qui iugo Christi subiecti, non de-
bent quietcere, non reverti, non ad dexte-
ram vel sinistram declinare, quousque ad
Bethsaines, quæ interpretatur domus solis;
id est, ad perfectionem adscendant. Quia
tempus ignominiosa tepiditate quieuerit, & ad
sæculi commoditates reuersus fuerit, num-
quam perfectionis thesaurum possidebis.
Non poterit quis ad consummationem
virtutis attingere, nisi voluerit in ipsius
exercitatione perseverare, &c. Amplius
igitur debemus inspicere, quæ bona nec di-
fecimus, quam ea, quæ iam nos fecisse gau-
demus. Quoniam licet omnis virtus, om-
nisque perfectio sit donum Dei, tamen ipse
hoc donum non incipientibus, sed perleu-
rantibus pollicitus est. Eximia profectio-
res, & supra quam cogitari potest, desidera-
bilis est sanctitas, quam Christus filius Dei
homines docturus aduenit: quam ad ani-
mas exornandas suo sanguine comparauit,
ad cuius præmium regnum cælestè mirabi-
lum*

liter condidit cuius amatoribus ac possessoribus totum id quod peccatum perdidit, ineffabiliter cumulatum restituer.

Sanctitatem Christus docturus aduenit, quoniam apparuit gratia Dei, ut inquit Paulus, Saluatoris nostri, omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sacerularia desideria, sobrietate, & pie vivamus in hoc saeculo.

Quibus verbis mirificè sanctitatis naturam, cuius gratia filius Dei visibilis apparuit inter nos, patenter exposuit. Hæc enim & omnem impietatem odit, & desideria sacerularia rejicit, & his malis sublatis sobrietatem erga nos ipsos, iustitiam erga proximos ac pietatem erga Deum, ut sic omnem comprehendat iustitiam, impertit, &c. Sanctus Apostolus explicare pergit, adjiciens: exspectantes beatam spem, & ad-

Tit. 2.

Tit. 2.

uentum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni ini-
quitate, & mundaret sibi populum accep-
tabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc itaque causa aduentus Domini, hæc ratio
quare se hostiam pro nobis omnibus obtu-
lit, ut nos à peccatis eriperet, & gratia ac ve-
ra virtute mundaret, in quibus omnis san-
ctitas perfectioque consistit. Sanctitatem

Gg 5 etiam

444 P. ALVAREZ DE PAZ

etiam Christus ad ornandas animas nostras suo sanguine comparauit. Ipse enim est qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Dilectio eius processit erga nos, quam omnium donum quę accipimus, originem confitemur. Huius verò dilectionis effectus est proprijs cunctis effusio, quo animas à peccatis elueret, & pulchras, id est, sanctas, conspectui patris presentaret, & quidem ad hoc amarum dilectissimus sponsus sanguinem suum pro Ecclesia profudit, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ; ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, nō habentem maculam, aut rugam aut aliquid huiusmodi; sed ut sit sancta & immaculata &c. Ne putaremus nostri Salvatoris aduentum, bellum ac laborem esse sublatum, ait Augustinus: Nascente domino, luctus cœpit, non cælo, sed mundo: indicatur matribus lamentatio, Angelis exultatio, infantibus transmigratio. Quia licet Dominus sufficientissime pro omnibus latis fecerit, ac sanctitatem, & eius præmium, scilicet gloriam, vniuersis acquisierit, tamen efficaciam suæ redēptionis non applicat nisi ei, qui aduersus peccata, ob arcem virtutis occupandam, pugnando laborat. Homo ergo, qui connubium virtutis affectat,

*Aug.
ser. de
sanctis.*

& eam perfectè ceu sponsam possidere desiderat, sciat se debere pro virtute diligenter laborare, nec se posse sine spoliatione veteris hominis, & acceptione noui, tam pulchram ac nobilem sponsam obtainere.

In quo igitur homini laborandum est, ut regnum perfectionis assequatur: utilis sane interrogatio, cui non ego, sed Dominus ipse respondeat: *Qui vult, inquit, venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Ite post Christum, ac sequi illum, summa perfectionis est; labor vero in sui Basil. 5. abnegatione collocandus, ac in crucis pro sus. disp. priæ baiulatione ponendus.* At quid est *reg.* sui ipsius abnegatio? Nihil est aliud, inquit Basilius, nisi summa rerum omnium vita superioris obliuio, atque a sui ipsius voluntatibus recessio. Et quid est crucis propriæ baiulatio? Animi, ait idem beatus pater, ad mortem pro Christo subeundam alacritas, & membrorum, quæ sunt super terram mortificatio: & istud, quod quis libenter se cuius impendi periculo offerre pro Christi nomine paratus sit, & nulla de rebus vita huius affectione tangatur. *Qui in his duabus laborauerit, se aptum ad virtutem reddet, & mirifice ad perfectionem consequendam disponet.* Abnegare seipsum, est pro amore Christi omnia mundana relin- quere:

quere: Crucem tollere, est molestias quæ ex hac demissione frequenter emergunt, & quæ animiter sustinere. Negare seipsum est inordinatis affectibus ac proprijs voluntatibus valedicere. Crucem tollere, iugum diuinæ legis, & onus regularis obseruandæ præferre. Negare seipsum est, pristinam sculli conuersationem omnino dediscere. Crucem tollere, cunctis virtutibus, ex quibus vita spiritualis texitur, & non sine labore, queruntur, corpus & animam honestate. Hec enim virtutes, dum animam desiderijs carnis aduersantem constituunt, hanc ex duobus lignis Crucem efficiunt. Quæ crux Christum quidem oneravit, & pressit qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum ut peccati mortui, in stiæ viuamus. Nos autem postquam illum oneravit, non onerat, sed mirabili suavitate condecorat. Cum itaque sui ipsius abnegatio, ac Crucis acceptio, sint sequelæ Christi adipiscendæ instrumenta, ac rotius perfectionis itinera, in his duobus laborem suum collocet, qui ad perfectionis apicem venire contendit. &c. Nihil proderit scire quo patet mens nostra ad perfectionem patandas, nisi iuxta scientiam lectione, & Spiritus sancti illustratione quæ sita opere ipso formatur, & nouis quotidie virtutum incrementis augeatur, post conuersationem, qua peccata

1. Pet. 2

ta fletuimus, & diaboli pompis renuntiaui-
 mus, & mundo, ac terrenis omnibus vale-
 diximus, à perfectionis desiderio incipien-
 dum est, quod veluti calcar nostram segni-
 tiem excitet, & ad festinandum, ac curren-
 dum impellat. Hoc desiderium non tepidū
 fit, sed fervidum, sed ardens, quod ortas dif-
 ficultates supereret, & inter verbera, si ita Lxx. 22.
 oportuerit, inter persecutiones, & cruces.
 Deum, & eius amorem, ac mentis puritatem
 inquirat. Desiderio desiderauit, ait Dominus
 hoc pascha manducare vobis cum antequam
 patiar. Ille desiderio desiderat id est, valde
 & impensè desiderat illam cffinam, qua no-
 bis seipsum in cibum ac potum erat datu-
 rus, & nos ad sui participationem, & vniōnem
 euecturus, vt nos doceat desiderio deside-
 rare, id est, ardenter illū statū sitire, & con-
 cupiscere, in quo nos totos Deo tradimus,
 & per verā imitationem, & ardētissimū amo-
 rem Christo capiti copulamur. &c. In omni-
 bus autē, ipsa sanctitas, ac puritas mentis, vt
 finis & scopus inquiratur. Hoc enim est il-
 lud vnu, quod Dñs ad Martha n dixit solum
 esse necessariū, nō quia alia virtutis opera,
 aut necessaria aut utilia nō sunt, sed quia om-
 nia, si recte fiant, puritatis causa diligentur.
 Et verò puritatis ita, non in quocunque
 gradu querenda est, sed in supremo gra-
 du procuranda, vt dum oculos & desideria

im

Lxx. 10.

in culmen montis conjicimus , saltēm ad
eius radices accedamus. Religiosus prae-
rea diuinis inspirationibus sit attēnus
(quando Deus multifariam, multisque mo-
dis loquitur, & erudit nos) & cælestibus
monitionibus, siue per Ecclesiam , siue per
Prælatos, siue per sacram Scripturam , sive
alio modo ad se delatis, diligenter obediat
&c. Occasiones proficiendi amplectantur
ipsarum quamcumque ut ditissimum the-
saurum elabi non sinat. Ita se gerat, vt ne
aduersitas eum frangat nec prosperitas ille-
dat, sed in aduersitatibus & prosperitatibus
huius sæculi immobilis semper in sancto
proposito proficiendi, & idem omnino per-
seueret. Tunc erit ex illis viris fortissimi
quos scriptura ambidextros appellat , qu
fortiter utraque manu pugnabant. Horum
fortitudinem Ioannes Cassianus explica-
bit. Habet vir sanctus, inquit dexteram, sive
celus videlicet spiritualis, in qua tunc con-
sistit, quando feruens spiritu , desiderijs &
concupiscentijs omnibus dominatur, quan-
do ab omni diabolica impugnatione feci-
rus, absque ullo labore , & difficultate vi-
carnis, vel respuit vel abscondit? cum subli-
matus à terra , vniuersa præsentia atque
terrena velut inanem fumum umbramque
vacuam contemplatur, & vt mox transitum
contemnit, cum futura per excessum mer-
itum

Ind. 20.

Cassian.
coll. 6.
f. 10.

tis non solum ardentissimè concupiscit, verum etiam clari us intuetur, cum efficacius spiritualibus pascitur theorijs, cum lucidius reserata sibi conspicit cælestia Sacra menta, cum orationes purius atque alacrius emitit ad Deum, cum ita Spiritus amore succensus ad ea quæ inuisibilia sunt, & æterna, tota animi alacritate transmigrat, ut nequam se iam credit in carne consistere. Habet similiter & sinistram, cum tentationum turbinibus implicatur, cum ad desideria carnis incentiuorum æstibus inflammatur, cū ad iracundiæ fuorem perturbationum igne succenditur, cum superbiæ seu cenodoxiæ elatione pulsatur, cū tristitia mortem operante deprimitur, cum machinis acediæ & impugnatione concutitur, cumque omni spirituali feruore subtracto, quodam tempore atque irrationabili mœrore torpescit, ut non solum cogitationibus rectis, ac feruenteribus deseratur, sed etiam Psalmus, lectio, oratio, cellæ remotio simul horreant, & intolerabili quodam tetroque fastidio vniuersa sordeant instrumenta virtutum, quibus cum pulsatur Monachus, sinistris partibus se cognoscat vrgeri. Quisquis igitur in illis, quæ dextre partis esse prædiximus, minimè fuerit subintrante gloria vanitatis elatus, & in ipsis, quæ sinistræ partis sunt, viriliter dimicans, nulla desperatione considerit,

480 P. ALVAREZ DE PAZ
ciderit, ac potius de contrarijs arma, quæ
patientiæ ad exercitium virutis assump-
rit, utraque manu vntetur pro dextera, & in
utroque actu triumphator effectus, tam de
sinistro statu, quam de dextro palmam vi-
ctoriæ consequetur. Ita ergo quæ haecenus
dicta sunt custodiamus, ut seduli Christi
ministri reputati, tam incomprehensibili
mercede donemur.

*Deo Iesu Christo aeterni Patris &
aeterno filio fit gloria & honor in
omnem eternitatem. Amen.*

INDEX

Í N D E X

C A P I T V M .

Multa esse, quæ religiosos ad vitam spiritualem inuitant.

Caput. 1. fol. 1.

De miserijs seculi, à quibus per vitam religiosam sumus liberati. caput. 2. fol. 6.

De ignorantia atque insipientia seculi, caput. 3. fol. 11.

Quod magnum bonum sit hec omnia mala seculi effugisse per religiosam vitam. caput. 4. fol. 14.

De bonis vita religiose: quanta benignitate Deus Religiosos adspicit, caput. 5. fol. 17.

De auxilijs gratia homini in vita religiosa attributis, caput. 6. fol. 23.

Quanta sit tranquillitas animæ religiose, & quam magna sit occasio puritatis cordis in vita religiosa. caput. 7. fol. 26.

Religiosos ad magnam Dei familiaritatem, & amicitiam, fuisse vocatos. caput. 8. fol. 35.

De sublimitate vita religiose, quod anima religiosa est, sponsa Dei: ac primò de vinculo huius spiritualis coniugij. caput. 9. fol. 43.

De fide ac prole Dei, & animæ religiose. caput. 10. fol. 52.

De indumentis & pretiosis gemmis animæ religiose. caput. 11. fol. 57.

Quanta sit magnitudo honoris religiosorum. caput. 12. fol. 62.

Religiosos omnia prædicta bona suscepisse, ut Dominus si.

H h

D e n

INDEX

- Deus eorum, ipsi autem populus Dei, caput 13. fol. 67.
Vitam spiritualem prout in habitu consistit esse gratia
facientem nos Deo gratos. caput. 14. fol. 72.
De indicij vita spiritualis, & quid sit vita spiritualis, pri
in actione consistit. caput. 15. fol. 81.
Quae opera ad vitam spiritualem pertineant & quem faci
habere debeant. caput. 16. fol. 91.
De quinque gradibus vita spiritualis, incipientium, pio
entium & perfectorum. caput. 17. fol. 95.
De triplici vita spirituali, actiua, contemplativa, & mihi
caput. 18. fol. 106.
De substantia fine & officio vita actiua. caput. 19. fol. 111.
De substantia fine & officio vita contemplativa. caput. 20.
fol. 121.
De substantia, fine, & officio vita mista atque de eius p
stantia supra alias. caput. 21. fol. 134.
Quod perfectio consistat in Charitate Dei & proximi
caput. 22. fol. 157.
Quae Charitas sit perfectio, & de quatuor fructibus. cap.
23. fol. 178.
Quomodo perfectio exponatur illis verbis, diliges Dominum
Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, &
ex omnibus virtutibus tuis. caput. 24. fol. 196.
Perfectionis substantiam etiam in fratrum Charitate co
sistere: & quid sit fraterna Charitas, caput. 25. fol. 218.
Duodecim documenta ad consequendam perfectionem
Charitatis erga Deum & erga proximum. caput. 26.
fol. 229.
De mirabili dignitate perfectionis, sumpta ex multiplici in
 nomine, atque ex ipsius natura. caput. 27. fol. 241.

INDEX

- Quod perfectio est familiarissima amicitia hominis & Dei,
& maxima unio inter animam, & Deum. caput 28,
fol. 268.
- Perfectionem esse huius vita beatitudinem, & esse præstantissimum opus Dei, caput 29, fol. 288.
- Perfectionem non alijs quam Dei amicissimis esse concessam
& maxima gloria Deum afficere. caput 30, fol. 299.
- Quod perfectio animam in verissimam dignitatem extollit,
immensis diuitijs multiplicat, & ineffabiles delicias con-
tineat. caput 31, fol. 312.
- Qua sint utiles Ecclesie perfecti, & de pulchritudine, de pace
securitate & libertate animæ perfectæ. caput 32, fol. 322.
- De sanctissimis cogitationibus & desiderijs anime perfectæ,
de & de singulari pronidentia Dei erga perfectos. caput 33,
fol. 345.
- Quomodo Deus perfectus illuminat, inflamat, ad bonum
roborat, à malo retrahit, & à tribulationibus liberat.
caput 34, fol. 352.
- Quanta benignitate Dominus perfectorum orationes ex-
audiat, quantis donis replete, & quanto honore afficiat.
caput 35, fol. 364.
- De virtutis perfectorum, quam admirabilis sit perfectorum
vita, quam pretiosa mors, & quam ineffabile præmium.
caput 36, fol. 371.
- Quam iucunda sit perfectorum memoria, & quod perfectio
ob summam sui dignitatem ab omnibus sit excolenda.
caput 37, fol. 382.
- Multa esse, quæ hoc perfectionis desiderium excient: quo-
rum primum est ipsius estimatio perfectionis. caput 38,
fol. 394.

Hb 2

Reli 3

INDEX

Religiosus perfectionis cupidus magistrum perfectionis querat, in omnibus obediatur, & ipsam perfectionem spiritu-
lis vita finem sibi prescribat. caput 39. fol. 414.

Religiosus oculos semper intendat in magna, & perfectio-
ne sitiens non adsperratur minima. caput 40. fol. 420.

Obluiscenda a viro religioso præterita, & sectanda futura,
desideria in conuersationis initio diligenter conseruanda.

caput. 41. fol. 426.

Opiniones, & dicta tepidorum a religioso contemnenda,
Et Christus Saluator noster, quoad fieri poterit, imita-
dus. caput. 42. fol. 433.

Quod Religiosus perfectionis amator congressu parentium &
propinquorum abstineat, & nimias familiaritatis vita
caput 43. fol. 441.

Quod Religiosus diuinis inspirationibus pareat, bona opere
strenue faciat, & nullam occasionem proficiendo pro-
termittat. caput 44. fol. 443.

Quod Religiosus perfectionem amans, sit vita communi-
affectator, otiositatem odio habeat, & nimias occupati-
nes timeat. caput 45. fol. 458.

Sit Religiosus in communi coniunctu grauis, in conuersatione
cautus, & in eadem vita ratione perseverans. caput. 46.
fol. 464.

IND



INDEX LOCORVM
SACRAE SCRIPTVRÆ
quæ in hoc opere citantur &
explicantur.

Ex Genesi.

- Gen. 1. Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. fol. 234.
- gen. 2. Inspirauit Dominus in faciem hominis spiritum vite, & factus est homo in animam viuentem. fol. 332.
- Gen. 2. Hoc nunc os ex ossibus meis. fol. 44.
- gen. 2. Formauit Dominus Deus hominem de limo terre, &c. fol. 76.
- gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. fol. 108.
- gen. 3. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. fol. 471.
- gen. 12. Egressus de domo tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monstrauero tibi. fol. 40.
- gen. 15. Noli timere Abram: ego protector tuus sum. fol. 40.
- gen. 17. Ambula coram me, & esto perfectus. fol. 165.
- gen. 18. Num celare potero Abraham quod gesturus sum. fol. 278.
- gen. 24. Soror nostra es, crescas in mille millia & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. fol. 57.

H b 3

Ex

INDEX
Ex Exodo.

- Exod.3. Dominus Deus Hebraorum vocavit nos: ibimus
viam trium dierum. fol. 107.
cap.33. Ego ostendam tibi omne bonum. fol. 157.
cap.33. Si inueni gratiam in conspectu tuo, offendere
faciem tuam. fol. 37.
cap.33. Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad suum
sicut solet homo ad amicum suum. fol. 275.

Ex Leuitico,

- cap.6. Ignis in altari meo semper ardebit. fol. 360.
cap.11. Ego sum Dominus qui eduxi vos de terra Aegypti,
ut essem vobis in Deum. fol. 67.
Cap.11. Sicut eritis, quoniam ego sanctus sum. fol. 43
fol. 94. fol. 282.
cap.26. Comedetis verissima veterum, & veterorum
superuenientibus propter. fol. 145.

Ex Deuteronomio.

- cap.4. Dominus Deus tuus ignis consumens. fol.
fol. 59.
cap.20. Constituet te Dominus in caput, & non cau-
dam, & eris semper supra & non subter, si tamen au-
dieris mandata Domini Dei tui. fol. 323.
cap.30. Elige ergo viam, ut & tu vivas &c. ipse
enim vita tua. fol. 207.
cap.32. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris &
vaste solitudinis, circumduxit eum, & docuit. & custodi-
uit quasi pupillam oculi sui. fol. 43.
cap.32. Constituit eum super excelsam terram, ut con-
cederet fructus agrorum, & sageret ntel de terra. fol.
43. fol. 43

INDEX.

cap.32. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos*
& super eos volitans. fol.423.

cap.33. *Dominus dilixit populos, omnes sancti in manu*
illis sunt, & qui appropinquant pedibus eius, accipient
de doctrina illius. fol.304.

cap.33. *Qui dixit patri suo, & matri sua, nescio vos, &*
fratribus suis, ignoro illos. fol.401. fol.445.

Ex Iosue.

cap.2. *Ad montana concendite, ne forte occurrant vo*
vobis reverentes, ibique latitate tribus diebus donec
redeant, & sic ibitis per viam vestram. fol.338.

Ex primo Regum.

cap.2 *Ego diligentes me glorificabo, qui autem contem*
nunt me, erunt ignobiles. fol.64.

cap.14. *Ionathae gustanti fauum mellis oculi aperti sunt*
fol.401.

cap.14. *Turbanit pater noster terram, vidistis ipsi, quia*
illuminati sunt oculi mei, eo quois gustauerim paululum
de melle isto. fol.401.

Ex libro Iudith.

cap.5. *Egressi mare rubrum, deserta Sinai montis occupa*
uerunt. fol.20.

Ex libro Iob.

cap.12. *Lampas contempta, apud cogitationes dimitum*
oparata ad tempus statutum. fol.317.

cap.22. *Qui enim humiliatus fuerit erit in gloria.*
fol.64.

cap.28. *Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere*
à malo intelligentia. fol.241.

INDEX

Ex libro Psalmorum.

- psal. 5. Mane aſtabo tibi, & videbo. fol. 76.
psal. 17. Ignis à facie eius exarſit, carbones succenſi ſu-
ab eo. fol. 260.
psal. 22. Ad te leuaui oculos meos qui habitas in ali-
fol. 98.
psal. 22. Gufate & videte, quoniam ſuavis est Dominus
fol. 403.
psal. 24. De necessitatibus meis erue me. fol. 96.
psal. 26. Tibi dixit cor meum, exquisuit te facies mu-
fol. 37.
psal. 26. Vnam petiſ à Domino. fol. 109 fol. 448.
psal. 30. Aſcondes eos in abſcondito facieſ tue. fol. 109.
psal. 31. Memento Domine Dauid, & omnis manuſu-
diniſ eius. fol. 102.
psal. 35. In luxine tuo, videbi muſi lumen. fol. 144.
psal. 34. Cufodiuit Dominus omnia offa eorum; vnde
ex hiſ non conteretur. fol. 324.
psal. 38. Locutus ſum in lingua mea, notum fuſi mihi
Dominus ſinem meum, &c. fol. 427.
psal. 41. Quando veniam & apparebo ante faciem
Dei. fol. 37. fol. 321.
psal. 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam
fol. 44.
psal. 72. Mihi autem adhæſere Deo bonum eſt. fol. 109.
psal. 81. Diſtis, & filii excelfi omnes. fol. 282.
psal. 72. Deus cordes mei, & pars mea Deus in eternum
fol. 49.
psal. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur De-
deorum in Sion. fol. 676.
psal. 83.



INDEX.

- psal. 83. Beatus vir, cuius est auxilium abs te &c. fol. 198
psal. 84. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.
fol. 451.
psal. 92. Dominus regnauit, decorum induitus est. fol. 48.
psal. 102. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur ut aquila iuuentus tua. fol. 403.
psal. 103. Confessionem & decorum induisti, amictus lumine. fol. 374.
psal. 115. Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. fol. 377.
psal. 118. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. fol. 290.
psal. 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui. fol. 96.
psal. 130. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, &c. fol. 103.
psal. 132. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. fol. 103.
psal. 135. Ecce nunc benedicte Dominum. fol. 105.
psal. 138. Imperfatum meum viderunt oculi, in libro tuo omnes scribentur. fol. 456.
psal. 138. Proba me Deus & scito cor meum, interroga me &c. fol. 277.
psal. 140. Singulariter sum ego, donec transeam. fol. 436.
Ex libro Proverbiorum.
Cap. 1. Frustra iacetur rete ante oculos pennatorum.
fol. 146.
Cap. 3. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius divitiae & gloria, via eius viæ pulchra. fol. 86.
Cap. 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem. fol. 80. fol. 260.

H b 5

cap. 7.

INDEX,

- cap. 7. *Fili mi custodi sermones meos, & precepta mea
reconde tibi.* fol. 422.
- cap. 12. *Cogitationes iustorum iudicia.* fol. 465.
- cap. 17. *Gemma gratissima expectatio praelatuum, quae
cumque se vertit, prudentur intelligit.* fol. 154.
- cap. 18. *Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quibus
murus validus circundans eum.* fol. 336.
- cap. 18. *Qui mollis & dissolutus in opere suo fuerit, fu-
ter est sua opera dissipans.* fol. 411.
- cap. 24. *Diligenter exerce agrum tuum, ut postea adju-
domini tecum.* fol. 454.
- cap. 25. *Aufer rubiginem de argento, & egredietur
puriſimum.* fol. 230.
- cap. 31. *Fortitudo, & decor indumentum eius.* fol. 45.

Ex Ecclesiaste.

- cap. 2. *Sapientis oculi in capite eius.* fol. 105.
- cap. 5. *Non sat recordabitur dierum vita sua, eo quod
Deus occupet deliciis cor eius.* fol. 128.
- cap. 8. *Ego os regis obseruo, & precepta iuramenti Dei.*
fol. 105.
- cap. 10. *Muscae morientes perdunt suavitatem vnguenti.*
fol. 155.

Ex Canticis.

- cap. 1. *Trabe me post te, curremus in odorem vnguenti
rum tuorum.* fol. 439.
- cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* fol. 35. fol. 167.
fol. 351.
- cap. 3. *Inueni quem diligit anima mea, tenet eum.*
fol. 132.

INDEX.

cap.7. *Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. fol.*
287.

cap.8 *Quae est ista, que ascendit de deserto, delicijs affluens
innixa super dilectum suum. fol. 49.*

cap.8. *Pone me ut signaculum super cor tuum. fol. 55.*

cap.8. *Fortis ut mors dilectio. fol. 217.*

Ex libro Sapientiae.

cap.7. *Est in illa spiritus intelligentiae, sanctus, unicus
multiplex. fol. 244.*

Ex Ecclesiastico.

cap.18. *Cum consumauerit homo, tunc incipiet. fol.*
431.

cap.23. *fili, ne in multis sint actus tui. fol. 463.*

cap.30. *Miserere animae tue, placens Deo. fol. 152.*

cap.38. *Qui minoratur actu, percipiet sapientiam,
fol. 133.*

cap.28. *Sapientiam scribe in tempore vacuitatis.
fol. 133.*

Ex Isaia.

cap.9. *Principatus eius super humerum eius. fol. 270.*

cap.26. *Sic sancti sumus a facie tua Domine, & quasi
parturiuimus. fol. 46.*

cap.28. *Quem docebit scientiam, & quem intelligere
faciet audirem, a blactatos a lacte, anulos ab uberibus.
fol. 294.*

cap.28. *Augustum est stratum, ita ut alter decidat, &
pallium breve quod duos operire non possit. fol. 443.*

cap.32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &
in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta. fol. 127.
fol. 145 fol. 330.*

cap.33.

INDEX,

- cap. 33. *Iste in excelsis habitabit.* fol. 129.
cap. 50. *Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate un
quoniam completa est malitia eius.* fol. 6.
cap. 57. *Vt viuiscet spiritum humilium.* fol. 64.
cap. 58. *Tunc delectaberis super Domino, & sustollam
super altitudines terra.* fol. 87.
cap. 58. *Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis
& dicet, ecce adsum.* fol. 366.
cap. 58. *Cibabo te hereditate Iacob Patris tui.* fol. 38.
cap. 62. *Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio
fortitudinis sue.* fol. 54.
cap. 66. *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse ma
pariam.* fol. 46.

Ex Ieremia.

- Cap. 3. *Conuertimini filii reuertentes, quia ego vir ipso
fol. 28.*

Ex Ezechiele.

- cap. 16. *Radix tua, & generatio tua de terra Chana
fol. 8. fol. 15.*
cap. 16. *Multiplicata in quasi germen agri dedi it, &
multiplicata es.* fol. 23.
cap. 16. *Ego transiui per te, & vidi te.* fol. 35.
cap. 16. *Vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amenitatis
fol. 638.*
cap. 16. *Expandi amictum meum super te, & opus
ignominiam tuam.* fol. 38.
cap. 16. *Et iurauit tibi, & ingressus sum pactum tuum
fol. 44.*

Ex Daniele.

- cap. 2. *Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in
fol. 1.*

INDEX.

tenebris constituta, & lux cum eo est. fol. 355.

Ex Osea.

*cap. 2. Et erit in die illa: vocabit me vir meus, & non
vocabit me ultra Baalim. fol. 48.*

cap. 2. Sponsabo te mihi in sempiternum. fol. 50.

*cap. 11. In funiculis Adam traham eos, in vinculis char-
ritatis. fol. 51.*

cap. 13. O mors ego mors tua. fol. 217.

Ex Iocle.

cap. 2. Dedit nobis doctorem iustitiae. fol. 93.

Ex Amos.

*cap. 3. Non faciet Dominus verbum nisi reuelauerit se-
cretum suum ad seruos suos prophetas. fol. 278.*

Ex Abdia.

*cap. 1. Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus &c.
& erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma.
fol. 237.*

Ex Michea.

*cap. 4. In illa die congregabo claudicantem, & eam qua-
eieceram colligam, & quam affixeram, & ponam clau-
dicantem in reliquias. fol. 339.*

*cap. 5. Et erunt reliquiae Iacob in medio populorum mul-
torum quasi ros à Domino. fol. 325.*

Ex Habacuc.

cap. 3. Ingrediatur putredo in ossibus meis. fol. 102.

*cap. 3. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes
meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me
victor in psalmis canentem.*

Ex Zacharia.

cap. 2. Et ego ero murus igneus in circuitu, & gloria ero

INDEX.

in medio eius. fol. 236.

Ex Matthæo.

cap. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt
fol. 33.

cap. 5. Estote perfecti, sicut pater vester caelensis perfectus.
fol. 160.

cap. 6. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum ornamen-
tum tenebrosum erit. fol. 92.

cap. 8. Permitte mihi primum ire, & sepelire panem
meum. fol. 444.

cap. 11. Discite a me quia mitis sum & humilis er-
fol. 438.

cap. 13. Sicut granum sinapis minimum quidem ex
seminibus, cum autem creuerit, maius est &
fol. 83.

cap. 19. Magister bone, quid boni faciam ut habeam
tam eternam. fol. 428.

cap. 20. Quid hic statis tota die otiosi. fol. 411.

cap. 22. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto cor-
tuo. fol. 117. fol. 233. fol. 196.

cap. 22. Secundum simile est huic: diliges proximum tuum
sicut te ipsum. fol. 92. fol. 220.

cap. 25. Domine quinque talenta tradidisti mihi. fol. 2.

Ex Marco.

cap. 13. Quod vobis dico, omnibus dico. fol. 160.

Ex Luca.

cap. 1. Depositus potentes de sede, & exaltavit humiles.
fol. 64.

cap. 9. Qui vult venire post me, abneget semetipsum
fol. 112.

INDEX.

- tollat crucem suam & sequatur me. fol. 475.
cap. 10. Martha sollicita es & turbaris erga plurima pot-
ro vnum est necessarium. fol. 109.
cap. 10. Maria optimam partem elegit. fol. 447.
cap. 14. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se
humiliat, exaltabitur. fol. 64.
cap. 14. Qui non renuntiat omnibus que possidet, non
potest meus esse discipulus. fol. 339.
cap. 17. Regnum Dei intra vos est. fol. 265.
cap. 17. Vbicunque fnerit corpus, illuc congregabuntur &
aquila fo. 381.
cap. 19. Videns ciuitatem stetit super illam, dicens, &c.
fol. 6.
cap. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras.
fol. 188.

Ex Ioanne.

- cap. 3. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum vni-
nitum daret. fol. 273.
cap. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. fol. 140.
cap. 6. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati,
fol. 341.
cap. 6. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet
in vitam eternam. fol. 462.
cap. 13. Mandatum novum do vobis ut diligatis inuicem,
sicut dilexi vos. fol. 224.
cap. 13. Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego
feci vobis, ita & vos faciatis. fol. 438.
cap. 14. Si quis diligit me sermonem meum seruabit.
fol. 17.

cap. 4.

INDEX.

cap. 14. Et ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. fol. 173

cap. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia que audieris a patre meo, nota feci vobis. fol. 278.

cap. 17. Non pro eis rogo tantum, sed pro eis qui credunt sunt. fol. 171.

Ex epistola Pauli ad Romanos.

cap. 2. Gloria & honor, & pax omni opera utilium fol. 370.

cap. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit gratia fol. 309.

cap. 6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est. fol. 343.

cap. 6. Gratia Dei vita eterna. fol. 74.

cap. 8. Quis nos separabit a charitate Christi. fol. 5.

cap. 8. Quicumque spiritu Dei aguntur hi filii Dei sunt. fol. 103.

cap. 8. Non sunt condigne passiones huius temporis & futuram gloriam, qua reuelabitur in nobis. fol. 363.

cap. 13. Abiiciamus opera tenebrarum, & induamus arma lucis. fol. 353.

cap. 14. Regnum Dei non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. fol. 146, fol. 266.

Ex I. ad Corinthios.

Cap. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. fol. 243.

cap. 6. Qui adhaeret Deo unus spiritus est. fol. 31, fol. 33.

cap. 13. Charitas numquam excidit. fol. 159.

Ex secunda ad Corinthios.

cap. 1. Gloria nostra haec est testimonium conscientia nostra fol. 89.



INDEX

- cap.3. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* fol. 342.
- cap.3. *Non quod sufficientes simus cogitare, aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* fol. 448.
- cap.6. *Hortamur vos me in vacuum gratiam Dei recipiatis.* fol. 411.
- cap.6. *Eritis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino.* fol. 423.
- cap.12. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabet in me virtus Christi.* fol. 334.
- cap.12. *Virtus in infirmitate perficitur.* fol. 363.
Ex Epistola ad Galatas.
- cap.2. *Christo confexus sum cruci, viuo ego, iam non ego vivit vero in me Christus.* fol. 192.
Ex Epistola ad Ephesios.
- cap.2. *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.* fol. 331.
- cap.5. *Estone imitatores Dei, sicut filii charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit vos.* fol. 169.
Ex Epistola ad Philippienses.
- cap.1. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* fol. 54. fol. 321.
- cap.2. *Deus est qui operatur in nobis yelle & perficere.* fol. 297.
- cap.3. *Ego me non arbitror comprehendisse, unum autem quae quidem retro sunt, obliuiscens &c.* fol. 429.
- cap.3. *Existimo omnia detimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei.* fol. 130.
Ex Epistola ad Colossenses,
- cap.1. *Qui dignos nos fecit in partem fortis sanctorum in lumine*

INDEX

lumine. fol. 74.

cap. 3. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & tu
apparebitis cum ipso in gloria. fol. 79.

Ex prima ad Timotheum.

cap. 4. Attende tibi & doctrinæ: in ista in illis; hoc enim
faciens, & te ipsum saluum facies & eos quæ audient,
fol. 138.

Ex Epistola Petri.

1. cap. 1. Propter quod succincti lumbos mentis, vestre, sedi
perfecti, sperate in eam. fol. 466.

2. cap. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gen
sancta, populus acquisitionis. fol. 82.

Ex Epistola Ioannis.

1. Ioan. 2. Nos scimus quoniam translati sumus de mor
te ad vitam, quoniam diligimus fratres. fol. 228.

2. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, &
Deus in eo. fol. 169. fol. 173.

3. Ioan. 5. Cooperatores sumus veritatis. fol. 419.

Ex Apocalypsi,

cap. 2. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi cal
culum candidum. fol. 214. fol. 470.

cap. 2. Dabo illi stellam matutinam. fol. 380.

cap. 12. Et date sunt mulieri ale due aquila magna, ut
volaret in desertum in locum suum. fol. 3633

cap. 19. Vocabatur fidelis, & verax. fol. 53.

cap. 22. Ostendit mihi fluum aqua viua splendens
fol. 180.

IN



I N D E X
R E R V M.

Præcipuarum quæ in hoc opere
explicantur.

Abnegatio.

Abnegatio sui, exercitatio animæ est. fol. 359.

Abnegare seipsum, quid sit fol. 415.

Abnegatio est instrumentum sequula Christi adipiscendæ.
fol. 476.

Actio,

Actio sine bona intentione mortua est. fol. 93.

Actio manus sinistra est, & oratio dæxtera. fol. 117.

Aduersitas.

Aduersitatum sustinentia fructus perfectionis, ac Charitatis
fol. 187.

Amicitia.

Amicitia cum Deo omnia bona animæ assert. fol. 161.

Amicitia leges Deus seruat cum homine. 270.

Amicitia leges numerantur. fol. 270.

Amicitia inter Deum, & homines perfecta est, quamvis homi-
nis amor exiguus. fol. 273.

Amicitia nimia vitande sunt. fol. 447.

Amor.

Amor verus seipso contentus est. fol. 174.

Amor Dei non est cæcus. fol. 216.

Amor in aduersis præcipue patescit. fol. 217.

Amoris encomium. fol. 220.

It 2

Amor

INDEX

Amor sanctus nos efficit sanctos. fol. 223.

Anachoreta.

*Anachoreta vitam solitariam amplectens, in Canobio pri
se exerceat.* fol. 123.

Animus Anima.

Anima iusta, est spiritualis Hierosolyma. fol. 6.

Animam oportet audire loquentem Dominum. fol. 9.

Anima quando concipiatur ex Deo. fol. 47.

*Anima ac Deus in solubili vinculo per professionem iu
lantur.* fol. 47.

Anima habens gratiam in beatitudinem tendit. fol. 77.

Anima nostra caelestibus cogitationibus pascitur. fol. 92.

*Animam unum spiritum cum Deo faciam, illi sine inter
missione intellectu, & affectu coherere quintus ge
dus perfectorum est.* fol. 105.

*Anima sine charitate, sicut pars corporis praevisa ab aliis in
partibus.* fol. 171.

Animae morbi & infirmitates sunt passiones. fol. 180.

Anima nostra vita, & anima Deus. fol. 207.

Anima ad Deum recipiendum se preparare debet. fol. 208.

Anima in quo ab spiritu differat. fol. 219.

Anima viri perfecti habitatio Dei est. fol. 313.

Anima perfectionis auida ubique decora. fol. 228.

Anima perfecta instrumentum est Dei. fol. 331.

Anima maior mundus dicendus, cur sit. fol. 349.

Animarum cibus Deus est. fol. 399.

Anima facies est gratia. fol. 468.

Anima sua faciem cognoscere quam iucundum erit. fol. 453.

Aquila.

*Aquila comparatur Deus circa pusillanimes in rebus spir
tualibus.* fol. 423.



I N D E X.

Arma.

Arma lucis quae sint. fol. 353.

Ars.

Ars longa, & vita breuis. fol. 359. fol. 360.

Arsenius.

Arsenius se ad perfectionem incitabat, sepe illud cogitanda,
ad quid venimus. fol. 419.

B.

Beatitudo.

Beatitudo huius vita & perfectio. fol. 288.

Beatitudo huius vita in quo consistat fol. 299.

Beata vita & perfecta idem. fol. 168. 299

Beatitudo huius vita exigit contemplationem Dei. fol. 294.

Bernardus.

D. Bernardus se ad perfectionem incitabat, sepe illud cogitando: ad quid venisti? fol. 418.

C.

Calceus.

Calceus quid significat. fol. 58.

Caro.

Carnem suam vincunt sancti. fol. 394.

Castitas.

In Castitate perfectio non consistit. fol. 100. fol. 168.

Cella.

Cella Religiosi viri, terra sancta, & locus sanctus est. fol. 6.

Charitas.

Charitas a nobis debet incipere. fol. 153.

Charitas est quae iungit nos Deo. fol. 169.

Charitas a gratia separari non potest. fol. 169.

Charitas Deo nos unit, 102. fol. 102. fol. 113. fol. 190.

Li 3

Cha-

INDEX

- Charitas est spiritualis contractus & complexus. fol. 170.
In Charitate perfectio Christiana consistit. fol. 170.
Charitas est radix omnium bonorum. fol. 173.
Charitas amicitia quid sit. fol. 174.
Charitas amicitie cur ita appellatur. fol. 175.
In Charitate efficiente consistit perfectio. fol. 176.
Charitas, quæ perfectio est, tribuit animæ vitam, & possum
moderatur. fol. 179.
Charitas perfecta quasi arbor in estate. fol. 180.
Charitas lux splendissima. fol. 182.
Charitas perfecta auris faciens sapientissimo comparatur. fol. 183.
Charitas gigantis robustissimo comparatur. fol. 188.
Charitas vires inter nas colligit in Deum solum. 190.
Charitas unioni quæ est inter corpus & animam comparatur.
Charitas ignea & calida esse debet. fol. 203.
Charitas terrena contemnit. & ad celestia sedilat. fol. 204.
Charitas instar cordi similitudinosa. fol. 204.
Charitas fraterna quid sit. fol. 219.
Charitas fraterna est supernaturalis. fol. 220.
Charitas fraterna est soror dilectionis Dei. fol. 221.
Charitas diligit proximum propter Deum. fol. 221.
Finis Charitatis fraternalis quis sit. fol. 224.
Charitatis fraternalis laus. fol. 224.
Charitas fraternalis unitas membrorum Christi. fol. 224.
Quis seipsum diligit hic charitate. fol. 225.
Quis diligit proximum sicut seipsum hac Charitate.
fol. 225.
Charitas fraterna & Charitas Dei separari negantur.
fol. 226.
Charitas fraterna preceptum nouum. fol. 226.

I N D E X.

- Charitatis fraterna tinea & exitium amicitiae particularis. 237.
Qui Charitatis perfectionem consequi desiderat, in proximo
imaginem Dei adspiciat. fol. 234.
Charitatis fraterna vis & fructus. fol. 240.
Charitas margarita pretiosa fol. 254.
Charitatis cognatio inter Deum & homines, est filiatio.
fol. 280.
Charitas carnis desideria frangit. fol. 349. ~
Charitatis igne inflammantur sancti. fol. 360.
Ex Charitatis igne, quae bona in sanctis sequantur. fol. 360.
Charitatis ignis nonnunquam ad faciem exit. fol. 361.

Christus.

- Christo atque animabus religiosis communis habitatio.
fol. 50.
Christus idem seruat anima religiosa ut sponsa. fol. 52.
Christum induere, id est, perfectionem acquirere. fol. 162.
Christus mundo pacem attrulit. fol. 330.
Christus ipse est pax nostra. fol. 332.
Christus est summa ac prima veritas. fol. 420.
Christi, D. virtutes quoad fieri potest imitanda sunt. fol.
438.
Christus, D. in exemplar est nobis datus. fol. 438.
Christus instar magnetis, cum tanquam virtutis exemplar
corda nostrae ferrea posse se trahat. fol. 439.
Christus tanquam sol nos suo exemplo illuminat. fol. 440.
Christi actiones quomodo imitanda. fol. 440.
Christus sanctitatem docturus aduenit. fol. 473.
Eam suo sanguine comparauit. ibid.
Christus sanguinem suum effudit ut Ecclesiam suam mun-
daret. fol. 475.

INDEX

Cibus.

Cibus qui perit occupatio secularis est. fol. 462.
Cingulum.

Cingulum religiosorum quid praeseferat. fol. 59.
Cogitatio.

Cogitationes sane que. fol. 92.

Cogitationes sanctorum que sunt. fol. 347.

Cogitationes internæ quadam à carne, quedam à Domo,
quædam à Deo generantur in nobis. fol. 447.

Cogitationes à Deo immisæ inspirations vocamus. 449.

In cogitationibus grauitas est tenebris. fol. 466.

Cogitationes iuslorum cur dicantur iudicia. fol. 466.

Cogitationum grauitas in quo constat. fol. 466.

Cogitationes pili nomine significantur. fol. 467.

Cognitio.

Cognitio charitatis inter Deum & hominem est similitudine.
fol. 163. 284.

Cognitio.

Cognitio in hac vita propter amorem est, amo vero propria
unionem. fol. 129.

Collectio.

Collectio virium internarum est perficiens suum. fol. 190.
Conformatio.

Conformatas maritat animam verbo. fol. 170.

Connubium.

Connubium spirituale. fol. 25. fol. 170.

Conscientia.

Conscientia propria nos non increpans, in licium est gratia
divina. fol. 89.

Conscientia motum ad mala corrigenda, ut bona approban-

I N D E X.

- da nobis Deus impressit. fol. 89.
Conscientia nostra nos non increpans coram Deo, gloria
nostra est. fol. 89.
Nihil in hac vita securius, bona conscientia. fol. 340,
Contemplatio, Contemplans.
Contemplans verum virtutis decorum assequi curet. fol. 132
Contemplans diuinam vniōnem querat. fol. 122.
Contemplationis delectatio qualis sit. fol. 145.
Contemplationis delectatio non conceditur omnibus. fol.
147.
Contemplatio Dei erigitur ad beatitudinem huius vite.
fol. 171.
Quem Deus sua contemplatione dignetur. fol. 294.
Contemplationis fructus est sapientia. fol. 295.
Contemplationis donū fidē non soluit, sed perficit. fol. 356.
Contritio.
Contritio vera signum est diuinæ gratiæ. fol. 85.
Cor.
Cor hominis calum est. fol. 29.
Cor illius non exaltatur qui bonam in operibus suis inten-
tionem habet. fol. 103.
Corona.
Corona perseverantibus in virtute promittitur. fol. 472.
Crux.
Crucis amator instrumentum est adipiscenda Christi se-
que. fol. 272.
Crucis amor in quo manifestatur. fol. 477.
Crucis propria baiulatio quid sit. fol. 476.



INDEX
D.

Desertum.

Desertum bonum. fol. 20.

Desiderans & Desiderium.

Desideria sola vitam gratiae custodire non possunt. fol. 81.

Desideriorum impatientia perfectionis est fructus. fol. 115.

Desideriis ardentibus resiciuntur virtutes. fol. 204.

Desideria auida virtutis sunt sanguis elaboratus, quibus
virtutes resiciuntur. fol. 204.

Desiderium perfectionis excitat scire quod temporalia
satiant. fol. 208.

Desiderium perfectionis ad perfectionem acquirendam imp-
gat. fol. 393.

Desiderium perfectionis signum est gratiae inhabitatio
anima. fol. 407.

Desideria efficacia perfectionis ad opus exeunt. fol. 417.

Deus.

Dei erga religiosos proteccio fol. 38.

Deus & anima religiosa vinculo insolubili copulati fol. 51.

Qui sunt qui Dominum habent in Deum. fol. 42. 71.

Deus qua ratione in mentibus iustorum commoreatur. fol. 74.

Deus vera vita anima qua ratione dicatur fol. 79.

Deus cultores suos his omnibus temporibus vult renas-
ciare fol. 120.

Deus diligitur non sine premio fol. 174.

Deo nos vnit Charitas. fol. 190.

Deus ex corde diligendas quomodo intelligendus sit fol. 191.

Dei amici perfecti pauci. fol. 200.

Deus est veluti anima & vita nostrarum animarum. fol. 207.

Deus in omnibus rebus est per essentiam presentiam, &
tentiam. fol. 211.



INDEX.

- Dei immensitas. fol. 212.
Deus in iustis est tanquam in templo sancto suo. fol. 212,
Dei thronus & sedes iusti dicuntur. fol. 212.
Deum quando homo diligit, ex omnibus viribus. 214.
Deus quis, qualis sit, quomodo habendus sit. fol. 214.
Deum diligere ex omni fortitudine quomodo accipiendū. 217
Deus est qui hominum corda in bonum mutat. fol. 255.
Dei amicitia omnia bona anima afferit. fol. 261.
Deus amicitiae leges cum homine obseruat. fol. 271.
Deus animas iustorum diligit praecipue fol. 273.
Deus sepe loquitur cum anima perfecta fol. 274.
Dei verba & colloquia cū anima facta quam dulcia sint. fol.
Deus anima donat omnia quae habet. fol. 195, (274)
Deus sua secreta iustis reuelat. fol. 278.
Dei filiorum quidam sunt felices & miseri. 281.
Deus perfectorum est census & hereditas. 293.
Dei opus præstantissimum est perfectio. fol. 297
Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. fol. 298.
Deus perfectionis est dator. fol. 293.
Dei prouidentia circa iustos & sanctos. fol. 299.
Deus sanctitatis est largitor. fol. 299.
Dix, & filii Dei cur appellantur iusti. fol. 305.
Deum sancti ac perfecti gloria summa afficiunt. 306.
Deus a sanctis vita probitate magnificatur. fol. 307.
Deus speculum sanctorum. fol. 332.
Deus & sancti quadammodo rūum sunt. fol. 332.
Deus murus igneus dicitur in circuitu iustorum. fol. 336.
Dei omnipotentiae effectus est sanctorum libertas. fol. 343.
Dei singulari prouidentia erga perfectos. fol. 350.
Dei prouidentia circa sanctos, velut erga sponsam & dilectissimos filios. fol. 350. Dei

IN D E X,

Dei prouidentia circa electos tria sunt instrumenta fol. 342
Dei prouidentia lucis sue radis sanctos illuminat. fol. 353.
Deus lumen in corde iustorum. fol. 358.
Deus ignis consumens est. fol. 360.
Deus solis hominum cibus est. fol. 399.
Deus quid à nobis requirit. fol. 432.

Diabolus.

De diabolo victoriam reportant sancti. fol. 374.

Dilectio.

Dilectio est actus voluntatis. fol. 201.
Dilectio totius vite spiritualis perfectione continet. fol. 206.
Dilectio fortis ut mors. fol. 218.
Dilectio fraterna praeceptum Christi. fol. 225.
Dilectio fraterna praeceptum nouum. fol. 226.

Diligere,

Diligere Deum ex toto quid sit. fol. 198, 199.

Diligunt perfectè Deum pauci. fol. 200.

Diligere Deum ex tota anima quomodo accipiendum. fol.
206.

Qui diligent Deum ex tota anima. fol. 207.

Distractio.

Ex distractione, quæ damna eueniant. fol. 259.

Diuitiæ.

Diuitiæ temporales cur contemnda. fol. 300,
Diuitiæ sanctorum gratia & charitas. fol. 300,
Diuitiæ gratia soli Dei amicissimi assequuntur. fol. 301,
Diuitiæ gratia pauci eas percipiunt. fol. 302.
Diuitiæ vera quæ sint. fol. 327.
Diuitiarum huius seculi tinea est superbia. fol. 317.
Diuitiæ sanctorum virtutes sunt. fol. 238.

S.



I N D E X.

S. Dominicus.

S. Dominicus inter missarum solemnia Christum eleuans
in altum tollitur. fol. 361.

Drachma.

Drachma cur perfectio vocetur. fol. 251.

E.

Ecclesia.

Ecclesia sunt utiles sancti, & perfecti. fol. 324.

Ecclesia veluti capita sunt sancti. fol. 323.

Ecclesia veluti ossa sunt sancti. fol. 324.

Episcopus.

Episcopi mundi gubernatores & humani generis preceptores
sunt. fol. 136.

Episcopatus prestantior est statu religionis. fol. 150.

F.

Fides.

Fidei luce sancti collustrantur ad sancte viuendum tum ad
sapientissime intelligendum. fol. 455.

Filius.

Filius spiritus. fol. 47.

Franciscus.

Francisci feruentissimum Dei seruendi desiderium. fol. 103

Franciscus sapientia prestantissimus fuit. fol. 247.

Francisci signa charitatis in eo ardenter. fol. 361.

G.

Gaudium.

Gaudium de rebus, cœlestibus conceptum extrema habet late,
& signum est gratiae diuinae. fol. 86.

Gaudium gratia fructus est, ac vita spiritualis effectus. fol. 87.

Gratia

I N D E X.

Gratia.

- Gratia est mater animæ. fol. 34.
Gratia quid sit, & quid in anima nostra operetur, fol. 74.
Gratia est vita animæ. fol. 75.
Gratia signata fuit rationali summi sacerdotis fol. 83.
Gratia vestis sacerdotis est, & quorum sacerdotum. fol. 83.
Gratia grano synapi, qua ratione humilis dicatur, fol. 83.
Gratia non solum internas animi vires moderatur, sed etiæ
sensus & actiones disponit. fol. 83.
Gratia diuina, signa aliqua fol. 84.
Gratia gratum faciens maiutina stella præfulgida vocatur.
fol. 86.
Gratia diuina indicium est letitia de rebus celestibus con-
cepta. fol. 86.
Gratia diuina indicium est mortem non timere fol. 89.
Gratia seihen glorie. fol. 179.
Gratia ros appellatur. fol. 257.
Gratia status cum innocentia statu confertur. fol. 179.
Gratia nunc collata est robustior ea quæ dabatur in statu
innocentia. fol. 309.
Gratia est animæ facies. fol. 407.

Grauitas. (fol. 465)

- Grauitas tenenda est in cogitationibus, verbis & actionibus
Grauitas in cogitationibus in quo consistat. fol. 465.
Grauitas in verbis in quo consistat. fol. 467.
Grauitas ex animæ puritate interiori adeptia procedit. fol. 468.
Grauitas Deo gratissima est. fol. 468.

H.

Hierosolyma.

- Hierosolyma typus animæ nostræ. fol. 6.

Homi-



INDEX.

Homo,

- Homo eius vera magnitudo in quo consistat. fol. 26.*
Hominis interioris vita in diuinarum rerum cognitione
consistit. fol. 92.
Hominem Deus ad sui imaginem fecit. fol. 234.
Hominis velle, & perficere Deus operatur in illo. fol. 298.
Vetus Homo in viris perfectis crucifixus est. fol. 344.
Homo quem desiderare debeat. fol. 398.
Hominum vita breuissima. fol. 454.
Homo discit Deum cognoscere. fol. 455.

Honor.

- Honor verus qualis sit. fol. 63.*
Honor verus a virtute procedit. fol. 63.
Honor quibus debeatur. fol. 63.
Honor virtuti comparatur. fol. 369.
Honore sancti afficiuntur a Deo. fol. 371.
Honor verus in quo consistat. fol. 369.
Honor sanctorum, diuinitum ac nobilium honorem superat.
fol. 371.

Humilitas.

- Humilitas sanctorum. fol. 319. 320.*

I.

Ignis.

- Ignis consumens est Deus. fol. 359.*
Ignis inflammans sanctos, est Charitas. fol. 360.
Ignis in altari Dei semper ardens. fol. 361.

Ignorantia.

- Ignorantia sapientissima. fol. 357.*

Inspiratio,

- Inspiratio diuina tanquam ros in animas iustas descendit*
fol. 256.

In-

INDEX.

- Inspirationibus diuinis parere debemus. fol. 267.*
Quid sit inspiratio diuina. fol. 268.
Inspiratio diuina quanta sit utilitatis. fol. 269.
Inspirationes diuinae, qui eis parent cito in virtute proficiunt. fol. 268. 269.
Ad eis parentum exhortatio. fol. 271.
Intellectus.
Intellectus iusti quid præstare oporteat circa Deum. fol. 215.
Intenio.
Intentio prava oculo nequam significatur. fol. 93.
Ioannes Baptista.
Ioannes Baptista cum lucerna ardens vocatur, perfidus prædictor vocatur, quem omnes imitari debent. fol. 141.
Iugum.
Iugum Christi Domini & suave est, & honorificum. fol. 51.
Iusti.
Iustorum specialissimam habet Deus prouidentiam. fol. 350.
L.
Latitia.
Latitia de rebus cœlestibus concepta diuina gratia induit. est. fol. 86.
Latitiae cœlestis extrema, leta, ac iucunditate plena sunt. fol. 87.
Libertas.
Liber in Domino quis sit. fol. 342.
Libertas animæ in omnibus iustis, maximè in perficiâ. fol. 342.
Lux.
Lux sapientiae quid præstet. fol. 12.

I N D E X.

Lux cœlestis illustrans mentes, ad vanitatem fugiendam cœlestiaque amplectenda signum est gratia iustificantis. 86.

Luci comparatur sanctitas. 353.

Lux datur sanctis ad sancte viuendum. 354.355.

M.

Magister.

Magistro perfectionis opus est cupido perfectionis. 415.

Magnus,

Magnus quinam verè dicendus. 26.

Magnum est cor hominis & spaciosum & capax. 30.

Mandatum.

*Mandatorum omnium diuinorum impletio, signum est
dininæ gratia.* fol. 86.

B. Maria.

B. Maria quomodo Deum magnificauit. 307.

*B. Maria virgo in ipso sua mortis momento maiorem puri-
tatem esurit.* 179.

Margarita.

Margarita idem quod perfectio, idem quod Charitas. 252.

De margaritis quid notabile resertur. 256.257.

Maria Magdalena.

Maria imago est vita contemplativa. fol. 115.

Martha.

Martha typus est vita activa. 115.

Mens.

Mentis nostræ perfectio quæ. 167.

Monachus.

*Monachos nominant ex indivisibilibus sanctis contempla-
tionibus ad Deiformem unitatem & amabilem Deo
contemplationem.* 414.

K k

Mo.

INDEX

Monasterium.

Monasteria praesidia munitissima. fol. 3.

Mons.

Montis nomine perfectio nuncupatur. fol. 262. 263.

Mons Thabor quid significet. fol. 263.

Mons Sion quid significet. fol. 263.

MORS.

Mortem non timere, sed alacri animo eam expectare. 21.

Mors animæ separatio est à Deo. fol. 228.

Mors sanctorum quam sit pretiosa. fol. 378.

Mors somnus est. fol. 379.

Mundus.

Mundus desertum quoddam incultum. fol. 13

O.

Oculus.

Oculus nequam intentionem prauam significat. fol. 93.

Oculus sit lucerna corporis. fol. 93.

Oleum.

Oleo comparatur Charitas. fol. 155.

Opus,

Opera omnia, ut ad vitam spiritualem pertineant, in Deo dirigi debent. fol. 92.

Opus sine intentione bona, idem est quod corpus sine vita. fol. 93

Operum pulchritudo fructus perfectionis ac charitatis. fol. 112.

Perfectionis opera quæ sint. fol. 420.

Opera ex Charitate procedentia, pulchra & honesta etiam Deo videntur. fol. 188.

Or



INDEX.

Oratio.

Orationi instare debent qui perfectionem consequi desiderant
fol. 233.

Orationes sanctorum exaudiuntur a Deo. fol. 365.

Orationis efficacia fol. 366.

Os.

Os interioris hominis, est desiderium cordis. fol. 31.

Otium.

Otium sanctum ad amorem Dei est accommodatum. fol.
347.

Otiositas damna. fol. 461.

Otiositas odio habenda est. fol. 461.

Otiositas quibus mediis vitanda. fol. 461.

P.

Paupertas.

Paupertate, obedientia, & castitate, perfectio acquiritur. fol.
164.

In paupertate voluntaria non consistit perfectio. fol. 165.

Nec etiam in castitate. fol. 166.

Pax.

Pax admirabilem tranquillitatem animis nostris tribuens
signum est gratiae divinae. fol. 87.

Pax quid sit. fol. 330.

Pacem iustorum remunerat Deus. fol. 334, 335.

Peccatum.

Peccatum solum dicendum est malum. fol. 91.

Peccata venialia vita spirituali contraria sunt, & ad integrum disponunt. fol. 92.

Peccata grauiam per veram pœnitentiam detestari, & se ad Deum conuertere primus gradus est incipientium. fol. 96.

INDEX

Peccata venialia non contemnenda. 425.

Peccatores sunt servi peccati. 342.

Perfectio.

Perfectio quid sit. fol. 159-154.

Perfectio in Charitate consistit. 158.

Perfectio non consistit in voluntaria paupertate. fol. 165-166.

Perfectio non est posita in castitate aut virginitate. 166.

Perfectio nostra consistit in Charitate. 170.

Perfectio in quo consistat. fol. 170-176. 190.

Perfectio ex mentis puritate colligitur. fol. 177.

Deus solus scit in qua charitatis mensura perfectio viae
consistat. 178.

Perfectio est sanitas animae. 179.

Perfectio anima, quasi arbor tempore astatis. 180.

Perfectionis primus fructus puritas mentis. fol. 109. 182.

Perfectionis secundus fructus abiectio temporalium. 182.

Perfectio thesaurus in sinu mentis repositus. fol. 182.

Perfectionis fructus est pulchritudo operum. 187.

Perfectorum conditio qua sit. fol. 196.

Perfecti qui sint. 196.

Perfectio in illis Christi verbis continetur, diliges Dominum
Deum tuum. 117. 197.

Perfectio vocatur sapientia. fol. 244; 246, 248.

Perfectio drachma vocatur, qua felicitatem coenimus. 251.

Perfectio cur margarita appellatur. 252.

Perfectio in Dei unione consistit. 253.

Perfectio inter seculares occupationes sedatur. 259.

Perfectio negligentia fuscatur & in factorem convertitur
259,

INDEX.

- Perfectionis thesaurus pro tribus sufficit. 261.
Perfectio regnum calorum vocatur. 265.
Perfectionis utilitas & dignitas. 280.
Perfectio est arctissima cognatio hominis cum Deo. 282.
Perfectio est maxima vno inter Deum & hominem. fol.
285.
Perfectio non statu sed vita animam Dei sponsam facit.
286.
Perfectio est castum connubium inter Deum & animam.
286.
Perfectio est vita huius beatitudo. 289.
Perfectio contemplationem importat. 295.
Perfectio est opus Dei præstantissimum. 297.
Perfectio labore acquiritur. 297.
Perfecti eorum animæ Dei habitatio gratissima & cœnacula
paratissimum. 313. 314.
Perfectio animam immensis diuitijs multiplicat, 317.
Perfectio ineffabiles delicias continet. 321.
Perfecti Ecclesia sunt vires. 223. 224.
Perfectio pulchritudo est animæ. 329.
Perfectio animæ magnam generat securitatem. 336.
Perfectos viros, quasi deiformes facta. 357.
Perfectionis dignitas quanta sit. 385.
Perfectionis doctrina, cognitione, desiderio & actione con-
cluditur. 387.
Quod Dei voluntas est ut perfectionem queramus, fol.
406.
Desiderij perfectionis est signum inhabitantis gratiae, fol.
408.

K k 3

De

INDEX

Deficiunt in vita spirituali qui non proficiunt. fol. 410.
Perfectionis magistro indigent perfectionis cupidi. fol. 411.
Perfectionis opera que sint. fol. 239.
Perfectio quomodo ab homine comparanda est. fol. 475.

Perseuerantia,
Perseuerantia necessaria religiosis. fol. 471.
Perseuerantibus in virtute corona promittitur. fol. 471.
Perseuerantia quid sit. fol. 471.
Perseuerant pauci. fol. 269, 472.

Præceptum.
Præceptum Charitatis primum & principale. fol. 197.
Præceptum Charitatis cur primum ac maximum mandatum vocatur. fol. 97, 198.

Prælatus.
Prælati religionum quales esse debeant. fol. 415.
Profeccere.
Non proficere, deficere est. fol. 410.
Proficiendi desiderium à nobis solum Deus petit. fol. 456
457.

Puritas.
Puritas cordis sponsæ ornamentum fol. 33.
Quæ si desit, catena Deo displicent. fol. 33.
Puritas anime, perfectionis indicium. fol. 77.
Puritas anime arbori comparatur. fol. 180.
Puritas mentis inter faculares occupationes sedatur. 239.
Puritas mentis finis est spiritualis vita. fol. 391.

R.
Radix.
Radici comparatur cor nostrum. fol. 450.

R.

INDEX.

Rationale.

Rationale summi sacerdotis gratia, que verè puritas anime nostra est, signata fuit. fol. 83.

Rationale quare ex auro & quatuor coloribus texebatur. fol. 82.

Regnum.

Regnum Dei intra nos est. fol. 27. 23. 265.

Regnum celorum vocatur perfectio. fol. 264. 265.

Regnum celorum violenti diripiunt. 268.

Religiosus.

Religiosi peregrini sunt. 16.

Religiosi status bona. 17.

Religiosa vita beneficium primum diuina vocatio. 21.

Religiosa vita remouet omnia. que puritati aduersantur 34.

Religiosus ad cordis sui domum inhabitandam vocatus est. 28

Religiosus vocatus est ad magnam Dei familiaritatem & amicitiam, 34.

Religiosorum vita tempus est amicorum & amantium, eorum scopus. 37.

Religiosa anima fidem Christo ut seruet. 38.

Eius indumenta & ornamenta, 42.

Religiosa anima ut sponsa, Dei congratulatio. 38.

Religiosi ratione sui status ad perfectionem querendam tenentur. 413.

Religiosi ad perfectionem tendere tenentur. 460.

Religionis status non est ita perfectus ac episcopatus. 235. 459.

Nomina indita religiosis, exponit. S. Dionysius. 460

Kk 4

Reg

INDEX

Religiosus est Dei holocaustum. 417.

Religiosus perfectionem spiritualis vita finem sibi prescribat. 418.

Religiosi diuinis inspirationibus pareant. 408.

Religiosi otiositatem odio habeant. 461.

Religiosus nimia occupationes timeat. 463.

Religio.

Religio desertus, sed bonum. 42.

Religio cubiculum summi principis. 37.

Religionis substantia in tribus votis. 58.

S.

Sanctitas.

Sanctitatem Christus docturus aduenit. 473.

Eam suo sanguine comparauit nobis Christus. 473.

Sanctitatis encomia. 473.

Sanctus.

Quid est sancti escole. 70.

Sanctus quis sit. 205.

Sancti amicitiae leges cum Deo obseruant. fol. 271.

Sancti pro Dei amore cuncta despiciunt. 273.

Sancti dulcia colloquia cum Deo miscent. 274.

Sancti se totos & sua omnia Deo offerunt. fol. 274. 275.

Sanctorum census & hereditas Deus est. 293.

Sanctorum diuitia gratia & Charitas. 301. 302.

Sancti solum caelestia optant. fol. 303.

Sancti per multos labores perfectionem assequuntur. fol.

303.

Sancti cur Dij, & filij, Dei appellantur in scriptura. fol.

303.

Sancti

I N D E X.

- Sancti Deum vita puritate magnificant. 307.
Sancti habitatio Dei gratissima sunt. 313.314.
Sancti vitam quandoque exhorrent. 316.
Sancti à Deo quantum amentur. 183.216.
Sanctorum diuitie, que & quanta, fol. 184 317.
Sancti continua aduersitate deprimuntur fol. 318.
Sancti quo sanctiores, eo humiliores sunt, fol. 318.320.
Sancti Ecclesia sunt veluti capita. 324.
Sancti sunt veluti, ossa Ecclesiae. 324.
Sancti Ecclesia sunt utiles, fol. 187.325.
Sancti aduersus Deum fortis amoris virtute. 326.
Sanctorum unus sufficit ad populum integrum ab ira Dei
eripiendum fol. 327.
Sancti speculum Dei sunt, 332.
Sancti cum Deo quodammodo unum sunt. 332.
Sanctorum securitas in hac vita. fol. 336.
Vnde hac securitas proueniat. 337.338.
Sanctorum libertas animæ in quo consistat. fol. 341.
344.
Sanctorum cogitationes & disideria quæ sunt, 347.
Sanctos immensa sanctitatis luce illuminat Deus. fol. 355.
Sanctos fidei ac sapientiae luce colluistrat. 354.
Sancti sapientissime intelligunt mysteria fidei. fol. 355.
Sancti quomodo scrutantur etiam profunda Dei. fol. 355.
Sanctorum Deus orationes exaudit. 365.
Sancti honore afficiuntur à Deo. 369.
Sancti de diabolo victoriam asequuntur. 369.
Sancti de carne palmam ferunt. fol. 375.
Sancti, peccatores ad virtutis viam revocant. 375.

K k 5

Sancti

I N D E X,

Sancti paucissimi inueniuntur. 376.

Sanctorum mors quam sit pretiosa. 378.

*Sancti de morte cogitant quasi de transmigratione ad vitam
meliorem.* 378. 379.

Sanctorum mors somnus est. 379.

Sancti dolorem mortis non sentiunt. 380.

Sancti in magna animum intendere debent. 424.
Sapientia.

Sapientia idem quod perfectio. fol. 241.

Sapientie discipuli qui sint. 249.

Sapientia contemplationis est fructus. 295.
Sæculum.

Seculi contemptus signum est gratia iustificantis. 88.

Securitas.

Securitas unde proueniat. fol. 337.

Securitas datur sanctis, ut studio amoris racent. 346.

Singularitas.

*Singularis qua quis se a malorum cætu se iungit, sedans
est.* 437.

Sollicitudo.

Sollicitudo virtutum perfectionis fructus est. 186.

Solitudo.

Solitarius debet esse sibi per se sufficiens. fol. 124.

Spiritualis vita.

Spiritualis vita, scientia diuina. 120.

Spiritualia bona animæ satis faciunt. fol. 301. 302.

Spiritus.

Spiritus in quo ab anima differat. 209.

Spiritu seruens quis sit? fol. 432,

INDEX.

T.

Tempus.

Tempus redimere, quid. fol. 457. 458.

Therapeutas, id est simulacrum Dei ex puro seruitio & famulo latu. 414,

Terra.

Terra & vniuersa, quae continet, incitamenta sunt ad virtutem, fol. 1.

Timor.

Timor seruilis initium sapientiae, nominatur & timor filialis perfecta sapientia. 242.

Transformatio.

Transformatio in Deum. Charitatis & perfectionis fructus. 192.

Transformatio hec in quo consistat. 192.

Tribulatio.

Tribulationes virtutum thesauros conseruant in iustis. 318.

Tribulatio omnium virtutum est mater. 362.

V.

Vestimentum.

Vestes omnes religiosorum mysticum aliquid significant, 4.

Via,

Via trium dierum conficienda est. 108.

Vir.

Viri perfecti quid cogitant, quid desiderant. 347.

Viri sancti paucissimi. 377,

Virtus.

Virtutes sunt vestes anima. 60.

Virtus est veri honoris principium. 63.

Virtus seipsa honore dignissima. 63.

Virtus

INDEX,

- Virtus vera in quo consistat* fol. 163. 164,
Virtutes omnes ubi Charitas. 172,
Virtutum regina Charitas. 104.
Virtutum sollicitudo fructus veræ sanctitatis. 186.
Virtutes membra sunt spiritualis hominis. 204.
Virtutes reficiuntur desiderijs ardentibus. fol. 204.
Virtus vera est regnum Dei, quod est intra nos. 265.
Virtutes tribulationibus conseruantur. fol. 218. 219,
Virtus sola est, que verum gaudium potest efficere. 322,
Virtus via est ad honorem & gloriam. fol. 68.
Virtutis bona animæ satis faciunt. 400.

Vita,

- Vitæ naturalis & spiritualis discrimen.* 80.
Vita spiritualis quid sit. fol. 81.
Vita vera est Deum noscere, & in alijs virtutibus se exponere.
fol. 92.
Vita contemplativa maior est quam activa, non solum
ætate, *sed etiam præstantia.* 169.
Vita contemplativa hic incipit, in patria vero caeli pos
sicitur. fol. 66. 87. 110. 145.
Vita contemplativa non est sterilis. fol. 113.
Vita contemplativa per Rachelem signatur. 114.
Vita contemplativa sollicitudinibus vacua in sola divina
rerum meditatione conquiescit. fol. 115.
Vita mixta quinque nobilibus viris præsignata fuit. 115.
Vita mixta descriptio fol. 118. 138.
Vita actiua finis est emendatio morum ac vite corretio. 120
Vita contemplativa duos fuisse, 122.
Vita contemplativa magna est utilitas magna eiusdem
dignitas. fol. 126. 127. 128.

I N D E X.

- Vita contemplativa est veluti Domini charissima sponsa.
128.
- Vita contemplativa suavitas. fol. 128, 145.
- Vita contemplativa finis. 128.
- Vitam contemplatinam assequi non possumus, si terrena
non contemnimus. fol. 130.
- Vita contemplativa diuinam vniونem querat. fol. 131.
- Vita misericordiae finis. 140.
- Vita contemplativa perfectior est quam actiua. 132.
- Vita contemplativa perfectio. fol. 143, 144, 149.
- Vita misericordiae perfectio. 149.
- Vita nostrae animae Deus. fol. 207.
- Qui in vita spirituali non proficiunt, deficiunt. 411.
- Vita hominum breuissima. 454.
- Vita spiritualis longissima. fol. 455.
- Vita spiritualis laus. 455,
- Voluntas.
- Voluntas firma non peccandi, servi fideli: est. 85.
- Voluntatum concordia fructus charitatis ac perfectionis,
fol. 191.
- Voluntatis quasi imago appetitus sensitivae. 202.
- Voluntas bona qua sit. fol. 214.

F I N I S.

APPROBATIO.

Epitome librorum de perfectione viræ
Spiritualis R. Iacobi Aluarez de Paz
Toletani è Societate I E S V, opera & in-
dustria Ven. viri Ioan. de Gorcum presby-
teri, in hunc ordinem redacta & concin-
nata, utiliter & cum fructu prælo committi
poterit. Quod attestor 27. Ianuarij
1618.

*I. Kieuits Pænitentiarius Buscoducens
librorum Censor.*

Summa Priuilegij.

ALBERTI & ISABELLÆ CLARÆ
EVGENIÆ Archiducum Austriæ,
Ducum Burgundiæ, Brabantiaæ, &c.
Serenissimorum Belgicæ Principum, pri-
uilegio cautum est, ne quis citra Hieronymi
Verdussij Typographi voluntatem, librum
cui titulus est. *Epitome in omnes Libros Al-
uarez de Paz, è Societate Iesu, de visa spirituali
eiusque perfectione, per R. Ioannem à Gorcum
presbyterum collecta, in Belgio intra Sexen-
nium imprimat, aut alibi locorum impres-
sam in has Inferioris Germaniaæ ditiones
importet, venalemue exponat. Qui secus
faxit, confiscatione exemplarium & alia
graui poena multabitur, vti latius patet
in litteris datis Bruxellæ 28. Martij. Anno
1620.*

*Liber Collegij societatis Iesu Paderbornæ.
signatum.*

Steenhuyse.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Th
2868

